C a

6
34 M
44

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
14. a.

5-B-33

5.B.33.

COMMENTARIA IN OSEAM PROPHETAM, EX VETERVM PATRVM SCRIPTIS,

qui Prophetas omnes ad Chriſtum referunt, iuxta illud Domini, Quæ ſunt in Pſalmis & Prophetis ſcripta de me,

Authore Leone Caſtro, ingenuarum artium et Sacroſanctæ Theologiæ magiſtro in inſigni academia Salmanticenſi, et Theologorum collegij in eadem academia Decano, Canonico interprete ſcripturæ in ſancta eccleſia Valliſoletana.

SOC. IESV. BIBL. COLL. ROM.
IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM PRIVILEGIO

SALMANTICÆ

Excudebant hæredes Matthiæ Gaſtij.

Anno M. D. LXXXVI.

EL REY.

POR quanto por parte đ vos el Maeſtro Leõ đ Caſtro Canonigo de la Sãcta Ygleſia colegal de la Villa de Valladolid, nos fue fecha relacion q̃ vos auiades compueſto ſeys libros en que ſe contenian vnos comentos ſobre doze Prophetas de los menores, Amos, Micheas, Sofonias, Ageo, Ioel, Abdias, Oſeas, Zacharias, Malachias, Ionas, Abacuc, Nahun. Suplicandonos os concedieſſemos licencia para los poder imprimir y preuilegio por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la pragmatica por nos hecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razõ, e nos touimos lo por bien, y por la preſente por os hazer bien y merced os damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes que corran y ſequenten dende el dia de la fecha deſta nueſtra cedula: vos o la perſona que vueſtro poder ouiere podays imprimir y vender los dichos libros que de ſuſo ſe haze menciõ, y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros Reynos que vos nombraredes para que por eſta vez los pueda imprimir con que deſpues de impreſos antes que ſe vendan los traygais al nueſtro conſejo juntamente cõ los dichos originales que en el ſe vieron que van rubricados y firmados al cabo, de Pedro çapata del Marmol nueſtro Scriuano de camara de los que en el nueſtro conſejo reſiden para que ſe corrixan con ellos y ſe os taſe el precio que por cada volumen ouieredes de hauer, y mandamos q̃ durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no los pueda imprimir ni vender ſopena que el que los imprimiere o vendiere aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros moldes y aparejos que de los dichos libros tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para el juez que lo ſentenciare y la otra tercia parte para la perſona que lo denunciare y la otra tercia parte para nueſtra camara, y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidentes y Oydores de las nueſtras audiencias Alcaldes y Alguaziles de la nueſtra caſa, corte, y chancillerias y a todos los Corrigidores aſiſtente Gouernadores Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las Ciudades Villas y Lugares de los nueſtros Reynos y Señorios, anſi a los que ahora ſon como a los que ſeran de aqui adelante que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula, y merced que anſi vos hazemos y contra el tenor y forma della ni de lo en ella contenido no vayan ni paſſen ni conſientan yr ni paſſar por alguna manera ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara, fecha en Madrid a quatro dias del mes de Agoſto: de mil y quinientos y ochenta y tres años, va en mendado, con los, vala.

Yo el Rey.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

LEGI attentius Magiſtri Leonis Caſtro In Oſeam vatem ſcholia vbique ſanctorum patrum ſic auctoritate contexta, vt omnes per vnum loquuti videantur: In quibus quidem tantum abeſt vt quippiam offenderim fidei dogmatibus diſſonum vt paſsim innumera occurrerint quæ et Chriſti ſeruatoris noſtri myſteria plane oſtendant, & orthodoxam veritatem mire propugnent, Ob eamque rem digniſsima iudicaui quæ in communem fidelium & Theologicæ ſcholæ vtilitatem euulgentur. Compluti in noſtro Collegio Diuo Patri Bernardo ſacro, quarto Nonas Iulias. 1583.

F. Franciſcus Suarez Rector
Collegij S. Bernardi.

Pedro çapata del Marmol.

PRAEFATIO IN DVODECIM PROPHETAS MINORES.

OPERÆ pretium futurum ſum arbitratus, Lector optime, ſi in ipſo limine horum commẽtariorum in duodecim minores Prophetas præfigerem, quo conſilio hoc opus ſim ingreſſus, quas merces hi commentarij habeant venales, vt ab ipſo limine, ſi merces non placeant, lætus abeas nihil nobis offenſus, qui te noſtræ tenuitatis admonuerimus, aut lætus & hilaris ad nos diuertas, & noſtra ames. Res nota eſt Hebræos, & noſtrorum plæroſque viros grauiſsimos & ſanctiſsimos, duodecim hos minores Prophetas de captiuitate decem tribuum & de Babylonica captiuitate interpretari, alios vero eoſq; patres vetuſtiſsimos & Chriſti temporibus proximos ad Chriſti tẽpora referre, eoſq; de Chriſto Domino & Chriſti myſterijs explanare: D. Hier. alioſq; viros ſanctiſsimos & doctiſsimos medios inter vtroſq; verſari, nunc huc videri, nunc illuc propendere, quo id fecerint cõſilio, alibi nos fuſius diximus. In principio hærebã dubitans quam inſiſterem viã, quos authores deligerem quos ſequerer potiſsimũ, ſi placere plæriſq; mea ſcripta vellẽ. Mihi ipſi dixi tacitus; In ſiluã ne ligna feras inſanus. Satis ſuperq; commentariorũ eſt in duodecim Prophetas, qui Aſſyriaca & Babylonica crepẽt arma, qui partes illas agant, & noſtra tempeſtate vix quiſquam in lucẽ prodit horum prophetarũ ſcholiaſtes, quin referat arma Babylonica & Aſſyriaca, Rabinorum ſcripta referat, quidam veterum patrum ne meminerint quidem. Hæc mihi cũ animo meo verſanti, venit in mentem ſapientũ cõſilium eſſe, vt naturam noſtram ſcripturi intueamur, eam ſequamur, ea nobis in rebus omnibus dux vitæ ſit, ne hilaris & lætus triſtem & ſeueram induat perſonam ſcripturus, aut contra triſtis & ſeuerus hilarem & lætum virũ agere conetur, ſuos mores ſcripturus induat, in proprijs ſplẽdeat armis, qui legenti aut audienti placere velit, oportet. Dulce

mihi eſt ſuper mel & fauum quamuis peccatis cooperto innumeris de Chriſto aliquid meditari aut ſcribere, eius mentio dici non poteſt quanta ſuauitate meum titillet animũ. Siquid ſcripturus ſum quod meũ animum omni iucunditate perfundat, vt inde in lucem proferam quod philochriſtis ſit gratum, Chriſtũ, in ſcripturis interpretet eſt neceſſe. Adde quod hæc pars quantũ ad recentes ſcriptores pertinet noſtris temporibus penè dixerim deſerta eſt, & inculta: illa prima plurimorũ veſtigijs eſt detrita. Nos ergo Chriſtũ Dominum loquamur & Chriſti myſteria, ea ex veterũ patrũ ſcriptis eruta legentiũ oculis repræſentemus, vt ſaltẽ noſtri homines ſciãt, quid de propheticis ſcriptis ſenſerit illa nunquam ſatis pro merito laudata vetuſtas, vt quãdo ſæuiſſimo incẽdio barbarorũ immaniſſimorũ ignis bibliothecas celeberrimas & locupletiſsimas abſumpſit, reliquias illius tanti incẽdij colligamus, velut gemmas pretioſiſsimas, vnde iactura aliqua ex parte videatur poſſe reſarciri. Illud etiã ad hoc opus me impulit volentem, quod hæc veterum interpretatio, quam eruere paro ex vetuſtis antiquorum ſcriptis, mihi quam veriſsima eſſe videtur, idq; argumentis inſolubilibus quantum ipſe mẽte & animo conſequi poſſum. Primum eſt illud, quod hi minores prophetæ perquam raro à veteribus citantur, quoties tamẽ citentur aut explanentur ab antiquis, temporibus Chriſti proximis quaſi vno conſilio & vno conſenſu ab omnibus de Chriſto Domino, & de Chriſti myſterijs citentur, & enarrentur. Quod argumẽtũ mihi omniũ maximũ eſſe videtur, Quis enim credat, niſi ſit impius, primos illos patres in interpretandis propheticis ſcriptis erraſſe omnes ſimul, cum ſit res confeſſa doctores ſacros authore D. Paulo ab Spiritu ſancto eſſe datos Eccleſiæ ſanctæ, & accepiſſe interpretationem ſcripturæ ab Apoſtolis, quibus Dominus aperuit ſenſum ſcripturæ, & ſuper quos, vt nos docet Dionyſius Areopagita, Spiritus ſanctus deſcendit in linguis igneis viſibiliter, vt certum haberemus quidquid nos docerent Apoſtoli ab Spiritu ſancto eſſe. Atqui quęcumque Apoſtoli ex his duodecim prophetis citãt, de Chriſto Domino citãt. Si nihil amplius dicerem, arbitrarer me argumentum texuiſſe, quod reſoluere ex

parte

parte diuerſa nemo poſſet, niſi vellet eſſe impius. Aliud accipe, omnes veteres patres proximi temporibus Chriſti prophetas minores ita de Chriſti myſterijs interpretantur, vt ſinguli ſingulos verſiculos de Chriſto Domino explanent, & ita explanant ſinguli ſingulos verſus Græci & Latini temporibus & locis diſiunctiſsimi, vt ſinguli ſingulis dicant quę dicunt congruenter, ſingula ſingulis reſpondeant, vt non à ſingulis ſed ab vno quodam illa omnia ſcripta eſſe videantur; adeo concordant omnia, & ſibi mutuò reſpondent cuncta, ſi ſub vno aſpectu ponas vniuerſa. Caſus & fortuna, vt docet Ariſtoteles, de his quę raro fiũt dici ſolet: de his quæ ſemper & eodem modo, intellectus eſt, nullum apud Ariſtotelem & Platonem axioma philoſophicum receptum magis, ſi decies, aut vicies ſanctorum patrum interpretationes ſibi mutuo reſponderent, non poſſet dici caſus nec fortuna; reſpondent ſibi ſemper ſanctorum antiquiſsimorum interpretationes Græcę & Latinæ, longo interuallo temporum & locorum inter ſe diſtractę, vt nemo poſsit inficiari ab intellectu, id eſt ab Spiritu ſancto illas interpretationes eſſe profectas. Nam in hoc ita eſſet, qui poſſent ſingulas explicare particulas locis & temporibus longe ſummoti vt inter ſe congruerẽt omnes, & ſinguli ſingula dicerent alijs conſequenter, nec vlla in re inter ſe diſcreparent, quantum ad prophetiæ ſpectat argumentum. Canon præterea ſcripturæ interpretandę is eſt, cuius ſæpe fecimus mentionem, vt quoties locus ſcripturæ ab Apoſtolo aut ab Euangeliſta fuerit explanatus, antecedentia & conſequentia eodem referantur, ſi id commode fieri poſsit, ex his duodecim prophetis quædam ab Apoſtolis & Euangeliſtis citantur ea non pauca quę ſemper ab Apoſtolis ad Chriſtum referuntur, quibus ſanctorũ patrum hęc interpretatio videtur maxime conſentanea, & quibus ſi interpreteris hos duodecim prophetas de captiuitate decẽ tribuũ aut de captiuitate Babylonica aut vix, aut nullo modo cohæreãt antecedẽtia & cõſequẽtia, vt impius Iudæus dicere poſſit de locis citatis ab Apoſtolis & Euãgeliſtis: οὐδὲν πρὸς ἔπος. i. nihil adverſum, ꝙ argumẽtũ tantũ viriũ habet,

bet, vt id effringere poſsit nemo, ſi modo fidelis ſit. Agè, illud poſtremum parum ne habet ponderis? quod trecentis annis ante Domini aduentum hos duodecim Prophetas; velut quidam antiquiſsimi ſcholiaſtæ, Lxx viri de Chriſti myſterijs interpretantur, qui inflatu Spiritus ſancti id feciſſe à ſanctis patribus perhibentur: quod alibi à nobis dictum eſt fuſius, ſi liquere cœperit, ergo Lxx tribus ſæculis ante Domini aduentum hos prophetas de Domino interpretari, vt plane apparebit, haud dubium quin ad Chriſtum hi duodecim Prophetæ ſint referendi.

LEONIS CASTRI IN OSEAM PROPHETAM COMMENTARIA.

CAPVT PRIMVM.

Vulgata D.HIERON. Verbum Domini quod factum eſt ad Oſee, filum Beeri, in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda,& in diebus Hieroboã filij Ioas regis Iſrael.

Tranſlat. LXX. Verbum Domini quod factum eſt ad Oſee, filium Beeri, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael.

OSEAS nomine ipſo Ieſum Dominum repræſentat, vt enim docet PLAO in Craty lo, nomina quæ eandẽ rei naturam ob oculos ponunt, pro eodem nomine ſunt habenda, vt rex, regnãs, regnator idem ſit nomẽ, &, ſaluificans, ſaluans, ſaluator. Oſeas ergo & Ieſus ab eodem verbo Iaſa, ſaluo, deflectuntur, & eiuſdem ſunt ſignificationis, & ſaluatorẽ ſignificãt, nec aliter differunt quã apud nos ſaluans & ſaluator. Hic ergo Propheta Oſeas qui Ieſum Dominum nomine refert, factis quoque eũdem repræſentat, quum fornicariam vxorẽ ducit, quæ typus eſt Eccleſiæ ſumptæ ex nationibus fornicarijs, ſic dictis, quòd cũ dæmonibus fornicabantur quæ idola celebrant. dicitur enim in ſcriptura ſancta idolorum cultus fornicatio. Ad hunc ergo Oſeam fit verbum Domini, ſiue ſermo Domini, id eſt, ad hunc miſſus eſt filius à patre. Verbũ enim Domini quod in Prophetis loquitur, idem verbum patris eſt, quod caro factũ eſt: quæ in diuinis perſonis ſecunda perſona eſt, vt docet ORIGENES tomo. 2. in Ioannẽ, interpretãs hũc locũ: Sermo (inquiens) factus eſt ad Oſeam, id eſt, miſſus eſt ad ipſum à patre, & verbum patris cognitione illuſtrat hominũ animos. Idẽ ait tomo. 1. in capit. 10. Hieremiæ, Homilia. 6. filius dicitur Beeri, id eſt, putei mei. Puteus vt docet ARISTOTE. 2. Meteor. origo aquarum dicitur, & fons qui nõ manat in ſuperficie terræ, ſed de profundo manat, & duas perſonas diuinas Theologi veteres multis ſimilitudinibus adũbrare conabantur, quarũ vna eſt fontis, & fluminis, vt fons & aquarũ puteus ſit pater, filius flumen ſit inde dimanans. Pater ſit lumen, luminis ſplendor filius, lumẽ de lumine, quod etiam Beeri repræſentat, or ergo lumẽ eſt & filius dici poteſt filius Beeri, eius qui in lumine ſuo ſit, quia pater eſt lumen, qui tamẽ in filio ſit, quia pater in filio & filius in patre eſt, & quod filius lumẽ eſt de lumine, id eſt, de patre quod lumen eſt, dicitur filius Beeri, id eſt, luminis, quod in meo lumine eſt, id eſt, patris qui in me eſt, iuxta illud: An non credis quia ego in patre & pater in me eſt? Ergo Oſeas, id eſt, Ieſus dicitur filius Beeri, id eſt, patris, quod eſt verum lumen, quod verum lumen in lumine meo eſt ait filius. Be, enim ſignificat, in: or, lumẽ: ori lumen meum: i, enim pronomen eſt affixum primæ perſonæ, id eſt meũ. In diebus Oziæ, &c. diximus alibi fusè præſcribi prophetijs regum nomina & regum tempora. Inde enim eſt prophe-

tiæ tanta authoritas,quod tot ſeculis an te prædicta ſint noſtræ fidei ſingula myſteria,tam plane & tam apertè, vt de his, dubitandi, niſi quis peruicax eſſe velit nullus ſit relictus locus. Vnde Dominus,vt refert AVGVSTI.cõtra Fauſtũ Manichæũ lib.4.cap.2.poſt quã ſurrexit à mortuis,ſeque non ſolum intuendum diſcipulorum oculis,ſed etiam contrectandum manibus obtuliſſet,ne ſuos ſenſus deludi arbitrarentur,magis Prophetarum teſtimonijs eos firmãdos putauit, oportebat inquiens impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſis, & Prophetis & Pſalmis de me,& hoc vnũ dicitur à veteribus noſtræ fidei inſolubile argumentum apud infideles, qui Euangelicis & Apoſtolicis litteris fidẽ non habent,ſi ſingula noſtræ fidei myſteria milleſimo,aut octingenteſimo ante anno prædicta monſtrentur. Et centies prædicta ſingula,vt Iudæi neceſſe habuerint agere fraudibus,& mille verſare dolos quod conſtricti in vinculis à noſtris quotidie tenerentur, & elabi aliter non poſſent, aut ſuos in ſuis Synagogis retinere.

Vulgata D. HIERO. Principiũ loquendi Domino in Oſee, & dixit Dñs ad Oſee:vade, ſume tibi vxorẽ fornicationum,& fac tibi filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra à Domino.

Tranſlat. LXX. Principium verbi Domini ad Oſee, & dixit Dominus ad Oſee: vade, & accipe tibi vxorem fornicationis, & fac filios de fornicatione, quia fornicans fornicabitur terra à Domino.

NOn neceſſe habeo dicere, Hebræos hæc, atque adeo totũ hũc Prophetam ad captiuitatem decem tribuum referre. Apoſtolos ſacros,& Euangeliſtas,& LXX viros quoties agũt ſchpliaſtas,quos agunt non raro, & veteres patres omnes quantum conſtat ex omnibus locis quos citant, & interpretantur,totum hunc Prophetam ad Chriſtũ Dominum referre. Apoſtolorũ & LXX virorum ſuis locis exempla ponemus, nũc de ſanctis dicamus. AVGVSTI. cõtra Fauſtũ Manichęũ.lib.22.cap.80. confutat Manichæos, qui obijciebant veteri legi, quod in ea Prophetæ fornicatio ſit imperata. Non imperata eſt (inquiens) fornicatio, ſed meretrix, relicta fornicatione, in caſtum & ſanctum coniugium aſſumpta eſt. Eodem modo eũdem refellit lib.1. contra Secundinũ Manichæum cap.21. Interpretatur hũc locũ AVGVST I. contra Fauſtũ Manichæũ lib.22. cap. 89. de Chriſto, & nouo teſtamẽto, quod vxor fornicaria, quã accipit Propheta Oſeas, Eccleſia ſit, ex gẽtibus, quã accipit Saluator: Oſeas enim, vt ſupra retulimus, ſaluatorẽ ſonat & Propheta hic Oſeas nomine ipſo & facto Chriſtũ referebat. Saluator enim meretricẽ, id eſt, plebẽ gentiũ, quæ fornicatrix erat, ſibi copulat matrimonio, eſt enim Chriſtus Eccleſiæ ſanctæ ſponſus, Eccleſia porrò magnam partẽ ex gentibus eſt conflata, quæ fornicabãtur cum dæmonibus, colebat enim Idola, & dæmones nationum congregatio, quæ fornicatio in litteris ſacris dicitur, quod fornicarentur cum dęmonibus, quos pectore, & animo recipiebant: qui creatori omnipotenti, matrimonio & religione copulati eſſe deberent. Hoc tã planũ eſſe putat AVGVSTI. vt prophetæ verba recitet tantum, nec interpretatione putet egere. Nam eſt hic mos veterum patrum, vt quę plana ſunt ſcripturæ teſtimonia, recitent tantum, nec interpretẽtur: & ipſi patres veteres in maximè manifeſtis de Chriſto teſtimonijs hoc teſtentur: & admoneant eſſe quædam teſtimonia de Chriſto tam manifeſta, vt ea interpretari non ſit neceſſe, quæ legiſſe, intellexiſſe ſit. Addit

ergo

ergo Auguſtinus. Quũ ergo iuſsi, & fa-
cti huius figuram ipſe Dominus in ſcri-
ptura euidenter aperiat, cumque Apo-
ſtolicæ litteræ hanc prophetiam com-
pletam in noui teſtamenti prædicatione
teſtentur, quis eſt qui audeat dicere, non
propterea iuſſum, & factum, propter
quod ſe iuſsiſſe, & prophetam feciſſe,
ipſe in ſanctis litteris qui iuſsit, exponit?
Hæc Auguſtinus. Tamen noſtrorũ hic
diuerſa videtur eſſe ſententia: alij enim
hanc fornicariam vxorem, quam acci-
pit Oſeas, in typo Saluatoris Eccleſiam
è gentibus eſſe putant, alij ſynagogam,
& eam appellari meretricem. Auguſti-
nus nanque hanc fornicariam meretri-
cem Eccleſiam è gentibus eſſe putat, vt
dictum eſt, idque ex D. Petro, & ex Di-
uo Paulo: in eadé ſententia eſt Irenæus
lib. 4. cap. 37. vbi quum Prophetas do-
cuiſſet dictis & factis vaticinari: Acce-
pit (inquit) Oſee vxorem fornicationis
per operationem propheticam, quoniá
fornicando fornicabitur terra à Domi-
no, hoc eſt, qui ſuper terram ſunt homi-
nes, & de huiuſmodi hominibus bene-
placitum habebit Deus aſſumere Eccle
ſiam ſanctificandam communione filij
eius, ſicut & illa meretrix ſanctificata eſt
communicatione Prophetæ. Origenes
in cap. 16. Lucæ tomo. 12. eodem modo
interpretatur hunc locum Oſee: pote-
ris dicere (inquiens) quod Iudęorũ Syna
gogam, vt adulteram, relinques Dei ver-
bum diſceſſerit ab ea, ceperitq; vxorem
fornicationis, videlicet eos qui ſunt è gé
tibus, quoniam illi qui erant ciuitas fide
lis Sion, facti ſunt ſcorta, ij vero veluti
Raab meretrix quæ exceperat explora-
tores Ieſu, cum tota familia ſeruata eſt,
ſed non amplius meretrix poſtea, ſed ve
niés ad Ieſu pedes, eoſq; rigãs pœnitétiæ
lachrymis vngenſq; ſanctæ vitæ fragã
tibus odoribus &c. Et idem Origenes in
Ieſu Naue ca. 2. Home. 3. Eſt & alia mere
trix (inquit) quã in Oſee iubetur accipe
re ꝓpheta in figura ſine dubio huius quę
ex gentibus congregata eſt. Cyrillus ve-
ro Glaphyrorum lib. 6: Beatus (inquit
Propheta Oſeas) meretricem duxit vxo
rem, neq; infames nuptias eſt depreca-
tus, & paſſus eſt ſe eſſe patrem infamiũ
liberorum, quorum fuere nomina non
populus meus, non conſequuta miſeri-
cordiã. Prophetarum prædictionibus ad
uerſabantur Iſraelitæ, neq; recipiebant,
neq; legebant legem Dei: iubebat ergo
Deus facere ſanctos Prophetas ea quæ
velut picturæ eſſent rerum futurarum;
vt veluti in tabula quadã futura plane &
aperte depingerétur, vt in aures, in ocu-
los vel nolentium incurrerent, vt qui ſa
perent, deligerent potiora: vt quos poſ-
ſent ab impietate abducerent, & ipſi ab-
ſtinerent malo. Dicebant ergo tempori
bus ſaluatoris futuros eſſe Iudæos, non
populũ Dei, & annumerandos illis, qui
non conſequuturi erant miſericordiã:
quod audire nollent Euangelij prædica-
tionem. Propheta matrimonio coniun-
ctus cum meretrice, typus Dei eſt, cum
meretrice Synagoga cohabitãus, & pro
creantis filios odioſos ex ea, ita Cyrillus
meretricem hanc Synagogam ſignifica
re putat. In eadem ſententia eſt Palæolo
gus, qui bis hunc locum interpretans: Sy
nagogam meretricé hanc appellari pu-
tat poſt crucem Domini, quod non cre-
diderit, & generarit filios infideles, &
ſpurios: & ipſa Synagoga meretrix fue-
rit, & pepererit filiũ, cuius nomen fuerit,
Non populus meus, & filiam, quæ dicta
eſt, Non conſequuta miſericordiam, &
hac cauſa non generarit ſacerdotes, nec
reges, quod non poterant generari ex
meretrice. Ambroſius quoq; in eadem
eſt ſententia, vt paulo infra eſt dicendũ.
Et D. Proſper de promiſsiõnibus cap. 15.
parte. 2. & Iſychius. 126. ſed quãtum ego
arbitror, Irenęus hanc litem dirimit: qui
Eccleſiã ex Synagoga & nationibus me
retricem appellari cenſet. Quod etiam
loco citato ſenſiſſe videtur Auguſt. pau-
lo infra, & B. Proſper. 53. Tales inquiens
animas ſiue in Iudæis ſiue in gentibus iu
bet Dominus ad ſe venire, cuius typum

meretricem eſſe ait, quam ducere Oſeas iubetur. Et ſic cohærent omnia bene cũ D.Paulo & D.Petro, & cũ verbis ſequẽtibus Prophetæ. Illud non præteribo: ſi hæc ad captiuitaté decé tribuũ referas, verba te multũ inuita, & reluctãtia eſſe ſequutura, quid congruit matrimonio meretricis cũ captiuitate decé tribuum? ſunt qui adnotent verba illa. Fac tibi filios fornicationũ, nuſquã in exẽplaribus aut Hebraicis, aut Græcis, aut emendatis latinis reperiri, neque ſententiæ conuenire: cũ ſic legat Aug. loco citato, idem enim eſt: fac tibi filios fornicationũ, & fac filios de fornicatione: & licet interpreti ſupplere verbũ vnũ: legitur enim Hebraice, vade, ſume tibi vxoré fornicationum & filios fornicationum: vbi ſuppletur per zeuma à ſuperiore, ſume tibi quod idem eſt quod fac tibi filios fornicationum: & iubetur Oſeas ſumere fornicariam coniugem, & filios fornicationũ facere ſibi filios: verus enim Oſeas ſeruator noſter Dñs Eccleſiã è gẽtibus quæ fornicata cũ dæmonibus vſq; ad illud tẽpus erat, & fuerat meretrix, ſibi iunxit matrimonio, & filios huius meretricis. i. populi gentiũ, quos Propheta appellat filios fornicationũ, ſibi ſumpſit in filios, dedit enim eis poteſtatem filios Dei fieri. Idẽ intellige de filijs Synagogę, qui credidere, filios fornicarię ſibi fecit filios.

D. HIERO. Et abijt, & accepit Gomer filiã Debelaim, & concepit, & peperit ei filiũ, & dixit Dominus ad eum, voca nomen eius Hiezrael.

LXX. Et abijt, & accepit Gomer filiam Debeleim, & concepit, & peperit ei filiũ, & dixit Dominus ad eum, voca nomen Hiezrael.

Palæologus in diſputatione aduerſus Iudæos interpretans hunc typũ coniugij Oſee cum meretrice, ſignificari, ait, hoc typo ceſſationẽ veteris legis, finem ſacerdotij populi Iudaici, & excluſionem Synagogæ: & quando hic canõ præſcriptus eſt, & obſeruatus à ſanctis patribus, vt ad explicationem ſcripturæ etymologiæ aurem accõmodemus: meretrix hęc quã ſibi Oſeas Propheta matrimonio iũgit, filia erat Gomer. i. deficiẽtis populi, hoc eſt iã iã defecturi populi Iudaici, nã Gamar, deficere eſt, & conſumari: quod in ſacris litteris profiniri ſumitur. Debelaim, maſſa ficuũ eſt, quę pedibus conculcatur, & in formã panis redigitur, vt edatur, & ficus malas, docet D.Hier. in c. 24. Hiere. Iudæos dici, qui in paſsione Domini dixere: Tolle tolle, crucifige crucifice, ficus proijciendas in porcorũ pabulum: iuxta illud: Hęc porcis comedenda relinques: cui ſententiæ addes Debelaim numero duali dici, vt ſignificentur ficus bonæ, qui ex Iſrael crediderunt, & ficus malæ quæ Dominum affecere cruce, de quibus leges apud D. Hierony. loco citato. Filiam igitur Gomer patris, & Debelaim matris. i. huius populi Iudaici rebellis, iam iam deficientis, & proijciendi pabulũ porcis, priuandi iam iam tẽplo, lege, ſacerdotio, Rege, vt ait Palæologus, ſibi iungit matrimonio Oſeas. Ambroſius in Apologia Dauid. 440. huius matrimonij Domini, & Synagogæ. ſ. qui ſignificatur hoc typo, partus, eſt Chriſtus, namque filio qui ex fornicatione natus à Domino impoſitum nomen eſt Hiezrael, quod eſt diuina generatio. Hæc fere Ambroſius, quibus verbis hoc coniugio Oſee & meretricis coniugiũ Dei & Synagogæ ſignificari oſtenditur, & huius coniugij partũ Chriſtũ Dominũ eſſe, cum verbum caro factum eſt, & hoc ſignificari nomine Hiezrael, nam, ſera, ſemen eſt, &, el, Deus quod ſpiritu ſancto ſit conceptus: & ſpiritus ſanctus fuerit pro ſemine: quo ſpectaſſe videtur Tertull. in lib. de carne Chriſti cap. 12. quum inquit Dei filius ex patris Dei ſemine, id eſt, ſpiritu S. fuit, vt

vt eſſet hominis filius : caro ei ſola erat ex hominis carne ſumenda ſine viri ſemine,vacabat enim viri ſemē apud habētē Dei ſemē.Cyrillus in Glaphyris interpretās verba illa. Quoniā magnus dies Iezrael:Iezrael inquit. i. de ſemine Dei hoc eſt filius Dei cōceptus de Spiritu ſancto.Hiero.2.ad Magnū oratorē Romanū,naſcitur Oſee de meretrice filius Iezrael,qui vocatur ſemē Dei,ſignificat etiā Iezrael,Dei brachiū,&certe Chriſtus ab Eſaia,& à D.Ioan.Dei brachiū eſt appellatus,brachiū Domini cui reuelatū eſt? nam ſeroa,brachium eſt,el, Deus, Hiezrael,Dei brachium.Eſt etiam Iezrael nomē vrbis,aut campi prope Samariā quo referunt hæc Hebræi.Sed iam oſtendemus non videri cohærere hunc ſenſum, neque cum præcedentibus, neque cum ſequentibus.

D.HIERO. Quoniā adhuc modicū & viſitabo ſanguinē Hiezrael, ſuper domū Hieu, & quieſcere faciā regnum domus Iſrael, & in illa die conterā arcū Iſrael,ī valle Hiezrael.

LXX.Quoniā adhuc modicū,& viſitabo ſanguinē Iezrael ſuper domū Iuda,& quieſcere faciā,& auertā regnū domus Iſrael,& erit in illa die, conteram arcum Iſrael in valle Iezrael.

HVnc locū Hebræi referūt ad captiuitatē decē Tribuū,quod cohærere mihi nō videtur.Sed hic noſter ſcopus eſt,vt ex libris veterū patrū & Eccleſiaſticorū ſententiā eruā,&ob oculos omniū ponā:& D.Hier.iuſſa faceſſam vt vtrāq; inter ſe cōferā Hebræorū eccleſiaſticorū ſententiam,vt lector deligat meliora, primū omniū ergo captiuitati decē Tribuū hæc verba nō cōgruunt,quanquam enim,hieu,domus ſit ſubuerſa, nō tamē ſubuerſa eſt,vt vendicaretur ſanguis Iezrael,quin potius per manus Hieu,ſanguis Hiezrael eſt vendicatus, & eo nomine Hieu,premio à Domino eſt affectus,deleta domus eſt Hieu poſtea,propter idololatriā:non cōuenit ergo vulgatæ æditioni,neq; Hebrææ interpretationi. De captiuitate decē Tribuū dicendū potius erat,viſitabo ſanguinē Iſrael, ſuper domū Acab,aut ſi ad domum Hieu referre vis,quæ ſubuerſa eſt etiā, vt dom⁹ Acab, dicendū erat,viſitabo vitulos Hieroboā ſuper domū Hieu,vt diſces ex.4.lib.Regum.cap.10.ſubuerſa enim eſt poſtea domus Hieu, ꝓpter idololatriā Hieroboā, quā ſequut⁹ eſt ipſe,quin & hoc premio illū affecit Dominus propter vindicatū ſanguinem Hiezrael,vt vſque ad quartā generationē nō deleretur eius regnum. Qui cōuenit ergo vt afficiatur præmio à Domino propter vindicatū ſanguinē Hiezrael:& ea cauſa regnū accipiat,&reſeruet vſque in quartā generationē poſt crimē idololatriꝫ:& ꝓpter eundē ſanguinē Hiezrael regnum amittat, præſertim quū cōtra ſtet ſacræ ſcripturæ authoritas,quæ deletū eius regnū dicat,quod ſequutus ſit idolatriā Hieroboā, & regnū accepiſſe,& perduxiſſe vſque ad quartā generationē propter vindicatū ſanguinē Hiezrael?Et quod aiunt Hebræi verba illa,conterā arcū Iſrael,in valle Hiezrael, ad hiſtoriā neſcio quā de prælio cōmiſſo à rege Syriæ Salmanaſare cū populo Iſrael in valle Hiezrael, cōmentitia mihi eſſe videtur hæc hiſtoria: fingūt enim Hebræi,vt prophetias deChriſto ſubuertant,quas volūt hiſtorias,quarū in ſacris litteris mētio nulla eſt, neq; apud Ioſephū,qui hiſtorias veteris teſtamēti conſcripſit.Si licet Hebræis oīa turbare, fingereque quę volūt,quid mirere,ſi omnia noſtra ſubuertāt? Age refer te ad Chriſtū,experire quā omnia cōgruāt veterū patrū interpretationi.Nam poſt Chriſti paſsionē vaſtatis vrbibus Iudææ,& Iſraelis,nihil videbatur actū,quod Hieroſolyma nobiliſsima, & munitiſsima, & ma-

xima vrbs erat totius Aſię,vt leges apud Geographos,& ita à Iudæis poſt Chriſti paſsionē munita,vt refert Ioſephus, vt viribus humanis vix capi poſſe videretur.Quæ res Iudæis animos ſuſtulit, vt Romanos orbis dominos bello prouocare ſint auſi. Quum ergo Paſchæ tēpus eſſet,ex vniuerſa Iudæa confluxit incredibilis Iudæorum multitudo,quæ ex bello erat reſidua,quod ad id cogebat lex Moſaica, vt ad celebrandum Paſcha Hieroſolyma peterent omnes, & tēporis momento, necopinantes ſunt omnes à Romano exercitu obſeſsi, & muro cincti, nequis elabi poſſet: quæ res fecit,vt intra Hieroſolyma omnes ferè incendio,fame,peſte,ſeditionibus tyrannorum perirent: & foris Romanorū armis: vt leges apud Ioſephū lib.5.& 6.de bello Iudaico. In illa igitur valle Hiezrael.i.Chriſti,vt interpretantur ſancti patres,& nominis Hebræi etymologia ſignificat,& verba Prophetæ ſequētia cogunt, vbi repetitur hæc vox Hiezrael, quā pro Chriſto accipere neceſſe eſt, & ita interpretatur D.Hiero.nam pro vrbe aut cāpo hæc vox Hiezrael in ſequentibus accipi nullo modo poſsit, vt apparebit,ſed pro Chriſto.Ergo in valle Hiezrael,hoc eſt Chriſti.i.Hieroſolymis,quę occupabat quatuor colles editiſsimos totidēq; valles,& per vallē Cedron comprehēſus Dominus à Iudæis,& in crucē actus,fractus totius Iſrael arcus fuit.Illic enim deletus eſt populus Iudęorū. Sēſus igitur totius prophetiæ eſt: quoniam adhuc modicū.i.poſt paruū tēp⁹ quadrageſimo ſecundo poſt Chriſti crucē anno viſitabo ſanguinē Hiezrael Chriſti ſuper domū Hieu,ſuper decē Tribus:ſuccreuerāt enim poſt captiuitatē decē tribus, ex reſiduis captiuitatis, & deletū eſt regnū Iuda à Romanis,& deletæ ſunt decē Tribus. Adiuuat hunc ſenſum tranſlatio.70. quę præfert: vlciſcar ſanguinēHiezrael, id eſt,Chriſti,ſuper Iudęos,& hāc lectionē agnoſcunt Auguſtinus,& alij patres veteres,& hæc lectio Hebræorū ſententiā ſubuertit prorſus:deinde, & quieſcere faciā regnum domus Iſrael,delebo decē tribus cū regno Iuda, neq; prolixitas impedimēto erit,quin addā verba Auguſtini huic interpretationi, quæ prophetę eſt, ex interpretatione Apoſtolorū, ait enim Auguſtinus,huic prophetiæ tā manifeſtè ipſo rerū effectu declaratæ, quiſquis contradicit,nō ſolū propheticis, verū etiāApoſtolicis litteris,neq; ſolū quibuſlibet litteris, verū etiā reb⁹ impletis, & clariſsima luce perfuſis impudētiſsimè cōtradicit: hæc Auguſtinus. & tā plana putat verba ꝓphetiæ vt interpretatione nō putet egere,addatque perdi ſaporē prophetiæ,ſi alijs verbis illā enuncies, verū ex authoribus citatis, & præcipue ex Diuo Ambroſio, qui principium huius ſententiæ enucleauit commentario ſuperiore totius huius loci ſenſus patet.

D. HIERO. Et cōcepit adhuc & peperit filiā,& dixit ei, voca nomē eius Abſque miſericordia, quia nō addam vltra miſereri domui Iſrael,ſed obliuione obliuiſcar eorum,& domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos,in Domino Deo ſuo,& non ſaluabo eos in arcu & gladio,& in bello, & in equis, & in equitibus.

LXX. Et cōcepit adhuc & peperit filiā,& dixit ei Dominus,voca nomē eius Abſque miſericordia,quia nō addam vltra miſereri domui Iſrael,ſed obliuione obliuiſcar eorū & domui Iuda miſerebor, & nō ſaluabo eos in arcu, & in gladio, & in bello, & in equis, & equitibus.

OStendimus ſuperiora omnia à veteribus ad Chriſtum referri, & totam hanc prophetiā,erit ergo ſenſus horum

rum

rum verborũ, meretricẽ illã concepiſſe,
& peperiſſe filiã, cui nomen imponitur.
Abſq; miſericordia, ꝙ poſt Chriſti cru
cẽ Iſrael nũquã cõſequuturus ſit miſeri
cordiã, niſi ad Chriſtũ redierit: quod euẽ
tus ipſe declarat, exulant enim miſeri Iu-
dæi per mille quingentos annos ſine ſa-
cerdotio, ſine tẽplo, ſine rege, ſine ſacrifi
cio tanquã prorſus Dei memoria exci-
derint: populus verò Iuda ſit rẽdimẽdus
à Chriſto, & captiuitate ſatanæ liberan-
dus non armis & bello, ſed Chriſti Do-
mini ſanguine. Et notandum eſt, quan-
do decem tribus diſceſſere à regno Iu-
da typũ fuiſſe tẽporũ Chriſti quo à reg-
no Iuda, hoc eſt à fidelibus Iudæis, qui
Chriſto credidere, deceſſere infideles,
qui Chriſtũ & eius Apoſtolos ſunt per-
ſequuti. Hos ergo fideles appellat Iuda,
quod eorum typus fuit tribus Iuda, quæ
non diſceſsit à lege, à verbo Iada confi-
teor, quod Chriſtũ erant confeſſuri Deũ
verũ & hominẽ verũ, & redemiſſe ſuo
ſanguine genus humanũ. Illos vero qui
nõ crediderũt, appellat Iſrael, ꝙ vt olim
Iſrael ſunt appellati qui à Deo diſceſſere:
ita qui à Chriſto vero Deo diſceſſere Iſ-
rael nominant, quod eorũ typus fuit Iſ-
rael. Ita hi vaſtandi dicuntur quod qua-
drageſimo ſecũdo poſt Chriſti crucem
anno factũ eſt, & diſperſi toto orbe, nec
reuocãdi vnquã in patriã ſunt, tanquam
Deo prorſus memoria exciderint. Fide-
les populi Iuda dicuntur, quod Chriſtũ
receperint, & confeſsi ſunt, qui redimũ-
tur non bello, aut armis, ſed Chriſti ſan-
guine. Hebræi hæc ad captiuitatẽ decẽ
tribuũ referunt, qua dũctæ captiuæ de-
cẽ tribus dicuntur, nec reuocãdæ vnquã
ab exilio tanquã Deo prorſus exciderint
memoria, & populus Iuda ſeruandus di-
citur nõ bello, aut armis, ſed angeli ope,
qui exercitũ Sennacherib vna nocte oc-
cidit. Sed hic ſenſus non congruit lectio
ni Hebrææ, nec vulgatæ: fit enim hac in-
terpretatione Deus mendax, negat enim
Dñs ſibi ſubiturum memoriã populi Iſ-
rael vnquã. At qui in ipſa captiuitate re-
ſiduos ex decẽ tribubus fecit multos: vt
ex libris regũ, & Paralipomenis intelli-
ges: & ex Ioſepho de antiquitate: vnde
refloruere decẽ tribus, & tãtopere Deus
decẽ tribuũ eſt miſertus, vt potiſsimũ in
earũ vrbibus per prophetas ſit prędictũ,
Dominũ fuiſſe verſaturũ, idq; Dominũ
cõpleſſe præferant litteræ Euangelicæ,
quæ Dominũ verſatũ aiunt in ripis Ior-
danis in mari Tyberiadis in Galilæa: quę
loca decẽ tribuũ erant, & inde plæroſq;
diſcipulorũ & Apoſtolorum delegit, &
quę maior hac Dñi miſericordia pręſtari
debuit? Tertulliãnꝰ in libro d̄ Trinitate.
607. duas perſonas diuinas declarari do-
cet his verbis. Non ſaluabo eos in arcu,
nec in equis, nec in equitibus, ſed ſalua-
bo eos in Dño Deo ipſorum. Si Deus, ait
Tertullianus, ſaluare ſe dicit in Deo, non
ſaluat niſi in Chriſto Deus, cur ergo ho-
mo dubitet Chriſtũ Deũ dicere? Si non
ſaluat niſi in Deo, pater Deus, ſaluari nõ
poterit à Deo patre quiſquã niſi confeſ-
ſus fuerit Chriſtũ Deũ, in quo & per quẽ
repromittit pater ſe ſalutem daturũ, vt
merito quiſquis illũ agnoſcit & Deum,
ſalutem inueniat in Deo Chriſto. Idem
ſentit Athanaſius de vnito nomine ſan-
ctiſsimę Trinitatis, & ſic hunc locũ cen
ſet interpretandum. Hic locus, inquã, vi-
deretur etiam Hebræorum ſententiæ cõ
gruere, niſi repugnarent antecedentia &
conſequentia, cum enim dicitur Iſrael
ſempiterna captiuitate dãnãdus, & Iuda
ſeruãdus, videtur dici, Iuda reuocãdus ab
exilio captiuitatis Babylonicæ, & Iſrael
nõ reuocãdus. Oſtẽdimus repugnare an
tecedentia, apparet etiam id quod ſequi-
tur parum congruere, cùm dicitur Iſ-
rael benedicendus, & futurus Dei po-
pulus. Si in obliuione Dei ſempiterna
futurus erat Iſrael, quo modo tam citò
benedicitur, & fit Dei populus? niſi id eſt,
quod diximus, Iſraelẽ appellari Iudæos
qui Chriſtũ non recepere, & cruce affe-
cere, populum Iuda, id eſt, confitentem
nominari eos qui Chriſtum redemptorẽ
eſſe mũdi confeſsi ſunt.

D.HIER O.Et ablactauit eã, quę erat Abſq; miſericordia, & cõcepit, & peperit filiũ, & dixit:voca nomẽ eius, Nõ populus meus, quia vos nõ populus meꝰ, & ego nõ ero veſter.

L X X. Et ablactauit eam, quæ erat Abſq; miſericordia, & concepit, & peperit filium, & dixit ei Dominus: voca nomẽ eius, Non populus meus, quia vos nõ populus meus, & ego nõ ero veſter Deus.

ORigenes Homelia.6.in ca.11.Hieremiæ, de populo Iudæorũ hæc verba interpretatur. Iudæorũ populus, inquiens, populũ Dei ſe venditans meruit audire, quia non populus meus vos. Idẽ ait Palęologus hũc locũ interpretãs. Hic igitur filius Oſee, cui nomen imponitur, Non populus meus, typus fuit populi Iudæorũ, qui poſt crucẽ Dñi excluſus eſt, ne populus Dei diceretur: & Deꝰ non diceretur Iudæorũ Deus, ea ratione qua dicitur Deus fideliũ. Eiuſdẽ populi typꝰ erat filia vocata Abſq; miſericordia quod populus Iſrael qui Chriſtũ non recepit non adepturus eſſet miſericordiã, quoad conuerteretur ad Chriſtũ, quandiu perſtaret in Iudaiſmo, quia Iudæi nõ agnoſcũt Deũ, qui ſit trinus & vnus. Veteres Iudæi, qui ſapiẽtes erant, nouerant Deũ eſſe trinũ, & vnũ: quia plane fuſum eſt per litteras Hebræas: vulgus Iudæorũ credebat hoc implicite, quod aiũt, & id nõ negabãt Iudæi, nũc id negãt, & pernegãt, & ideo Deus verus qui eſt trinus & vnus, non agnoſcitur à Iudæis, hanc lectionẽ agnoſcit Auguſtinus. Hãc præferunt codices caſtigati Græci, noſtra tẽpora multũ licentiæ ſibi vendicant quæ voluũt, non ſolũ ex vulgata lectione, ſed etiã ex lectione Lxx expungũt. Iã ergo D.Petrus, & D. Paulus hanc prophetiã de rebus Euãgelicis interpretãtur, vt proximo, & conſequẽte contextu plane apparebit: & eſt Canõ ſcripturæ interpretandæ, ſi quid ab Apoſtolo aut ab Euangeliſta ſit explanatũ, antecedẽtia & conſequẽtia ſi cõmode fieri poſsit eodẽ eſſe referẽda. Apparet ergo antecedẽtia & cõſequẽtia huius capitis ad Chriſtum Dominum debere referri.

D.HIER O.Et erit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris, quę ſine mẽſura eſt, & nõ numerabitur, & erit in loco, vbi dicetur eis, non populus meus vos dicetur eis filij Dei viuentis.

L X X. Et erit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur, & erit in loco vbi dictũ eſt eis non populus meus vos dicetur eis filij Dei viui.

AAuguſtinus contra Fauſtũ Manichæũ lib.22.c.89. hæc interpretatur ex D.Paulo, & ex D. Petro de nationibus ex quibus annumerabiles in Eccleſiã intrauerint, iuxta illud Apocalypſis. 7. Poſt hęc vidi turbã magnã, quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus & tribubꝰ, & populis, & linguis, &c. Qui dicti ſunt Iſrael, quod tincti ſacro baptiſmatis lauacro nati ex latere Chriſti, hoc eſt ex ſanguine & aqua, quæ fluxit ex eius latere, Iſrael nominãtur, quippe de latere Chriſti, qui Iſrael dicitur in ſcriptura, quod ex ſemine Iſrael eſt natus, populus Iſrael dicitur & ſemen Abrahę, ſecundũ promiſsionẽ hæredes. Igitur Auguſtinus hunc Iſraelem, cuius numerus eſt innumerabilis, quaſi arena maris populũ nationũ interpretatur ex D.Paulo, ſemen. ſ. Abrahę per repromiſſionẽ, vnde Abrahã dictus eſt pater mul

tarum

tarũ gentiũ,ergo verba illa. Erit in loco, vbi dictũ eſt eis non populus meus,quia populus nationũ dicebatur non populus Dei,dicetur eis filij Dei viui,quod tincti lauacro Baptiſmatis populi gentium regenerati ſunt in filios Dei. Idẽ Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 18. cap.28. verba hæc. Non populus meus vos,vocabuntur,& ipſi filij Dei viui, explanari ait ab Apoſtolis de vocatione populi gentiũ, qui non pertinebat ad Deũ, ſubiungitq́; cauſam quod ipſe populus gentium ſpiritaliter eſt in filijs Abrahæ. Ac per hoc recte dicitur Iſrael. Iſrael ergo cuiꝰ apud Deũ nulla memoria eſt, vt eis benefaciat,Iſrael eſt ſecundũ carnẽ,& cruci ſuffixit Dominum, & in Iudaiſmo perſtat. Iſrael vero innumerabilis ſicut arena maris, Iſrael eſt ſpiritalis populus gentiũ qui Chriſto credidit innumerabilis, qui antea non erat populus Dei, nunc filij Dei dicuntur, & ſunt iuxta illud: Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Hoc etiam Auguſtinus tomo.4.ad Simplicianũ lib. 1. quæſtione illa ſecunda fuſiſsima de prædeſtinatione,priꝰ,inquit,Paulus reddit teſtimoniũ pro gentibus. Et erit in loco vbi dictũ eſt non populus meus, ibi vocabuntur filij Dei viui,de gentibus intelligitur dictũ, Ambroſius quoq́; hunc locũ ad vocationẽ gentiũ refert,de vocatione gentiũ lib.2.cap.7.& in Epiſtolam ad Romanos,hunc locũ interpretans eodem refert. Apertũ eſt (inquiẽs) iſtud de gentibus eſſe prædictum,qui prius non erant plebs Dei, poſtea ad opprobrium Iudæorũ accipientes miſericordiã, vocãtur filij Dei viui. In eadem ſententia eſt Cyprianus libro primo aduerſus Iudæos cap.19. Nec eſt quiſquam ex ſanctis patribus, qui referat alio, quã quo retulit D. Paulus,& D. Petrus,qui ſic interpretantur,vt docet Auguſtinus.

D. HIERO. Et congregabũtur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponẽt ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra, quia magnus dies Hiezrael.

LXX. Et congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael, & ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra, quia magnus dies Hiezrael.

AVguſtinus contra Fauſtum Manichæum lib.22.cap.89. hunc locum interpretans cum ſuperiora verba. Erit numerus Iſrael, quaſi arena maris, de Eccleſia gentium eſſet interpretatus, addidit, Sed quoniam de illa Iudæa Apoſtoli,& tot millia crediderunt, & crediderunt tot nationum millia,Chriſtus lapis angularis eſt dictus,quod duos parietes in ſe ipſo coniunxerit, circunciſionis & pręputij, merito Propheta filios Iuda ponens pro Iudæis, & filios Iſrael pro gentibus. Congregabuntur, inquit, filij Iuda,& filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra. Et idem Auguſtinus lib. 18.de ciuitate Dei cap. 28. quũ Diuum Paulum dicat interpretatum ſuperiora de vocatione populi gentium, & eodem retuliſſe doceat Diuum Petrum, ſubiunctũ ait. Et congregabuntur filij Iuda, &c. Adijcitque: hoc ſi adhuc velimus exponere eloquij prophetici obtundetur ſapor, interpretatur tamen eodem modo de duobus populis, de populo nationum, qui nomine Iſrael appellatur, & populo Iudæorum, qui populus Iuda dicitur, qui vnum caput habituri ſunt Chriſtum, ſcilicet. Cyrillus in Glaphyris libro quinto, interpretans hunc locum de reliquo, inquit, vnum caput omnium eſt Chriſtus Dominus, intelligit Iudæorum & gentium, qui in Eccleſiam confluxere,& verba illa,Aſcendent de terra, interpretatur Cyrillus, docebuntur contemnere terrena, ac contẽnere mortẽ,& hæc caduca, & ſapere cæleſtia,iuxta illud. Si conſurrexiſtis cũ Chriſto,quæ ſurſum quærite, nõ quę ſuper terram. Sic interpretatur Grego-

rius Nazianzenus in oratione prima de pace, ſed Iuda (inquiens) & Iſrael principatũ vnum ſibi conſtituunt, & Hieruſalẽ & Samaria ad vnã cæleſtem Hieruſalẽ colliguntur cuius teſtimonium ideo citaui, vt Iudæos refellã, qui opponunt nobis hæc de populo Iſraele, & de populo Iuda eſſe intelligenda: non de populo gentiũ & de populo Iuda (vt interpretãtur noſtri Apoſtoli Petrus & Paulus) quos refellens Hieronymus ait. Etiam ſi ſic interpretentur, nihil nocere noſtræ fidei. Acrius erat reſecandũ hoc vlcus, ſi quidem & noſtros hoc argumento vrgent vehementer. Memini me olim doctiſsimũ quendã Epiſcopũ conueniſſe, qui meis auribus tanquam tutis depoſuiſſet, ſe hoc argumento premi vehemẽter, quod Chriſtus caput erat futurus populi Iuda & populi Iſrael, quod multis alijs Prophetarũ teſtimonijs prædictũ erat, etiam ſi Iudæos rideamus, qui populũ Iſrael negant hoc loco accipi debere pro populo gentiũ, cum res ſit plana, ſupradictũ eſſe, nunquam Dominũ recordaturum amplius populi Iſrael, & poſt tres quatuor ve verſus, pugnantia faciãt dicere prophetã, Iſraelitas futuros filios Dei viui numero innumerabiles: quæ quomodo intelligenda ſint, dictum eſt ſupra, ſed aiebat doctiſsimus Epiſcopus: Tu optime noſti etiã alias multas Prophetarũ prædictiones, quibus hoc eſt teſtatiſsimum: ego ruſticus enormis riſu excepi hoc propoſitum dubium: ille rides, inquit? quid ni rideã, aio? ille fortaſſe neſcis ductas decẽ tribus captiuas nunquã vſq; ad hæc tẽpora noſtra ab exilio reuocatas, & quo ad reuocẽtur ab exilio quomodo Chriſtus potuit illarũ, & populi Iuda caput eſſe? Noui, inquã, omnia hæc, ſed facilis reſponſio eſt: ex captiuitate decẽ tribuũ in vrbibus Iſrael plurimos Iſraelitas fuiſſe reſiduos, & quũ decẽ tribus diſceſſere à populo Iuda, qui cõtinebat tantũ duas tribus, quã plurimos ex decẽ tribus, quæ diſcedebãt à populo Iuda, cõmigraſſe in vrbes Iuda, ne diſcederent à Dei religione & tãta multitudine cõmigraſſe, vt duę tribus penè pares eſſent viribus decẽ Tribubus. Ex his ergo qui ex decẽ tribubus cõmigrarunt in vrbes Iuda à principio, & ex reſiduis captiuitatis decẽ tribuũ ſuccreuere decem tribus, & ita tẽporibus Chriſti, erant florentiſsimæ duodecim tribus Iſrael. Tũc ille, fingis tu hæc? quos huius hiſtoriæ habes authores? libros Regũ, inquam, & paralipomenõ quibus hæc ſunt teſtatiſſima: & Ioſephũ Iudæũ, qui libris de antiquitate hæc omnia prodidit, & litteras Euangelicas quibus teſtatũ eſt potiſsimũ Dñm eſſe verſatũ in ripis Iordanis iuxtà mare Tyberiadis in Galilæa, quæ ad decẽ tribus pertinẽt, & ex vrbibus decẽ tribuũ pleroſq; diſcipulos Dñi eſſe delectos. Clauſit ille ſermonẽ hoc reſponſo: ſi ita hæc eſſent legiſſem vtiq; ipſe plus enim tẽporis in his ſtudijs ſum verſatus, quam tu. Fateor inquã, præſul clariſsime, ſed qui pauca nouit, ea habet innumerato. Ergo Chriſtus caput eſt duodecim tribuũ qui omnes Iudæi dicebãtur tẽporibus Chriſti, & populi gẽtium caput eſt, quia Eccleſia ex congregatione vtriuſq; populi fuit cõgregata, neq; putet Iudęus contra nos eſſe, quod Chriſtus caput põpuli Iuda, & populi Iſrael eſſe deberet, hoc eſt duodecim tribuum: caput enim eſt eorũ, qui ex duodecim tribubus credidere: ſiquidẽ multos fecit ipſe diſcipulos in ripis Iordanis in Galilæa, & multi cõuerſi ſunt in Samaria, in Damaſco, & in vrbibus Iſrael ab Apoſtolis, & diſcipulis Dñi, & per varia tẽporũ interualla infinita Iudæorũ millia promiſcuè ex omnibus vrbibus Iſrael in Eccleſiã intrarũt: & noſtris tẽporibus pene me puero multa intrarunt Iudæorũ millia in Eccleſiã, & paucis ante annis, tẽporibus religioſiſſimi & ſanctiſsimi Dominici fratris Vincẽtij Ferrerij tãta multitudo Iudæorũ cõuerſa ab hoc viro ſanctiſsimo in Eccleſiã intraſſe dicitur, vt numerus vix poſsit iniri hęc proxima cõmemorõ, legi apud D. Hie. & antiquorũ libris manu ſcriptis in

religioſiſsimo D. Vincentij cænobio ordinis D. Benedicti, ſæpiſsimè priſcis temporibus idé fuiſſe factitatū: ne Iudæi ſibi placeãt, quod Chriſtus noſter nó fuerit caput duodecim tribuū: caput fuit duodecim tribuum, & populi gentium.

D. HIERO. Quia magnus dies Hiezrael.

LXX. Quia magnus dies Hiezraël.

CYrillus in Glaphyris lib. 5. interpretãs hæc verba: verè magna, inquit, dies Hiezrael, hoc eſt ſeminis Dei. i. filij Dei, hui⁹ enim diei meminit Dauid: Hęc eſt dies, quã fecit Dñs: & Paulus citans Eſaiam: Ecce nũc tépus acceptabile quo tépore ſaluati ſumus Chriſto ad hoc nos vocante, hæc Cyrillus. Intellige tamen Hiezrael ſonare latine, ſemen Dei, vt ait Cyrillus, quod Chriſtus Dominus ſecundũ humanitaté conceptus ſit de ſpiritu ſancto, quod enim ſemen virile in generatione hominũ facit, vt excitet potentiã vegetatiuam in matre, & formet corpus & mébra fœtus, (quod ait Ariſtoteles in libris de generatione animaliũ) id fecit ſpiritus S. excitauit in ſacra virgine potentiã generatiuã, & vna cum ipſa formauit corpus organizatũ, & diſpoſuit, vt eodé inſtanti corpus organizaretur, & animaretur anima rationali, & ideo Chriſtus, vt ſupra oſtendimus dicitur Hiezrael, de ſemine Dei, vel Hiezrael. i. brachiũ Dei, nam, ſeroa, brachiũ eſt, el, Deus, Hiezrael, Dei brachiũ, Chriſtus porrò Dei brachiũ dicitur ab Eſaia, & Diuo Ioanne.

CAPVT. II.

D. HIERO. Dicite fratribus veſtris Populus meus, & ſorori veſtræ Miſericordiam conſequuta.

LXX. Dicite fatribus veſtris Populus meus, & ſorori veſtræ Dilecta, vel Miſericordiam conſequuta.

DICTVM eſt de magno die Iſraelis, hoc eſt eius, qui natus eſt ex ſpiritu S. l. brachij Dñi, Chriſti. ſ. de magno die aduẽtus eius, quo illuxit terris: & paſsionis eius, & reſurrectionis, qua nos redemit ex captiuitate Satanæ: qui dies eſt ille, de quo dictũ eſt. Hæc eſt dies, quã fecit Dominus, & data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra: ſubiũgitur hoc ſecundo cap. vt apportét Apoſtoli hunc nunciũ ſuis fratribus, qui olim dicebãtur nó populus meus, poſt hac dicédos populus meus, quia qui crediderit, ſiue ex populo Iudæorũ, ſiue ex populo gentium, ſaluus erit: quia data eſt Dño omnis poteſtas in cælo, & in terra ſecundũ humanitaté. ſ. Nã ſecundũ diuinitaté ipſe eſt Dominus, & iubet Dominus, vt fideles dicant ſuæ ſorori, quæ dicebatur, non conſequuta miſericordiam, iam miſericordiam eſſe conſequutã. Nam, vt ait Tertullianus aduerſus Marcionem lib. 4. cap. 24. ante crucem Domini intra Iſraelem erat miſericordia, poſt crucem Domini fuſa eſt Dei miſericordia in omne hominum genus, Chriſto enim ſecundum humanitatem dedit pater gentes in hæreditaté, & poſſeſsionem terminos terræ, & cæpit deleri quod dictũ erat: non populus meus, non miſericordiã conſequuta de populo gentiũ, quod ait Oſeas: Non populus meus, ideſt, qui vſque adhuc dicebatur non populus meus: populus. ſ. nationum qui colebant idola, & dæmones, dicetur populus meus redemptus à Chriſto, & plebs gentium, quæ quod coleret idola, dicebatur non miſericordiam conſequuta, quam conſequutus eſſet populus Iudæorum: vt eſſet populus Dei, & acciperet à Deo legem, dicetur miſericordiã conſequuta, poſtquã redépta eſt à Domino, & vocata ad fidé

verbis

verbis illis. Ite prædicate Euangeliű omni creaturæ. i. non ſolum Iudæis, ſed & gentibus: qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, hanc tantā miſericordiā conſequuta eſt multitudo nationű poſt magnű illű diem Hiezrael. i. Chriſti paſsionis, poſt quē dictum eſt, vt admitterentur ad Dei miſericordiam, non ſolum Iudæi, ſed & omnes nationes, hoc verba hæc ſignificare videntur, Dicite fratribus veſtris populus meus. i. dicite fratribus veſtris qui olim dicebātur non populus meus, redēptos eſſe iā meo ſanguine, & dicendos populus meus, populus Chriſti ſi crediderint & baptizati fuerint, & ſorori veſtræ dicite multitudini nationum. ſ. quæ cum ſeruiret dæmonibus dicebatur, non miſericordiam conſequuta, quod non accepiſſet hanc gratiā, quā acceperat plebs Iudæorum, vt eſſet plebs Dei, & conſequuta miſericordiā, quod poſt hac redēpta meo ſanguine miſericordiam ſit conſequuta vocata ad fidem, ad Eccleſiam in Dei gratia, quæ olim erat excluſa, quod ſineretur viuere ſuo modo.

D. HIERO. Iudicate matrē veſtrā iudicate, quoniam ipſa nō vxor mea, & ego nō vir ei⁹.

LXX. Iudicate ad matrem veſtram iudicate, quia ipſa non vxor mea, & ego non vir eius.

Cyrillus de ſpiritu & littera. 250. Excluſa eſt (inquit) à Deo Synagoga, ſic enim propheta. Ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. At noſtri, ſi Deo placet, negant repudiatā Synagogam: & dicunt manere apud Dñm: vt infra dicemus. Cyrillus in Glaphyris lib. 4. antiquior Synagoga iūcta erat matrimonio Deo, quæ cum Chriſtum non reciperet, repudiatur vt fornicata & vitijs inquinata, quod ſignificatur verbis illis. Quoniā ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. Sic interpretatur Iſychius lib. 6. in Leuiticum fol. 126. ſanctificata erat Synagoga, poſtea Deus illā culpabilē reperit, propterea repudiauit, & omnino eiecit. Iuxta illud Oſee: Iudicate matrē veſtrā iudicate, quia ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. Theophylactus hoc interpretatur iuxta illud Euāgelij. Sedebitus & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael: Nam vos, ò Apoſtoli, iudicate matrē veſtram, quod Chriſto non crediderit, Synagogā: idem eſt cű illo: Iudicate duodecim tribus, nam Synagoga duodecim tribus Iſrael continebat: præſtringit tamen Hebræorum interpretationem, quod veteribus, poſt D. Hieronymum, hic mos era, vt vtranque interpretationem complecterētur, aut ſaltē leuiter attingerent Iudæorű interpretationē, vt noſtri riderent Iudaica deliria, quod ait Origenes: Sed neſcio qua ſorte factű eſt, vt amatores nouitatű relicta ſanctorű interpretatione Hebræorű explanationē ſequātur, adeo vt, qui Theophylactum latinè verterit, multa Iudaica deliria Theophylacti ſcriptis addiderit fortaſſe & ſcholia Theodoriti, qui Hebræorű interpretationē eſt ſequutus Theophylacti cōmētarijs confuderit, aut confuſa acceperit, & ſic verterit latinè, neceſſe eſt ergo poſt hac vt interpretationes rabinicas ſubuertamus, noſtroſq; admoneamũs quātű erroris delira ſcholia Iudæorű in cōplexu habeāt, quű præſertim hic noſter ſit ſcopus, vt Iudaicas interpretationes cű Eccleſiaſticis cōparemus: refellamus Iudaicas, & ex lectione Hebræa Græca, & Latina vulgata, cur eccleſiaſticę interpretationes ſint veræ cōmonſtremus. Hoc loco, illud dixiſſe ſatis erit interpretationē de Chriſto inde veriſsimā eſſe apparere, quod antecedētia, vt oſtēdimus, & conſequētia, vt iā apparebit, cű ea cōgruāt, repugnēt Iudaicæ interpretationi omnia. Palæologus interpretatur verba de Synagoga de qua dici, hęc ait, & ſignificari repudiű eius, quāquam noſtrorű quidam negent repudiatam Synagogam, nec libellum repudij accepiſſe.

Interpres Theophilacti infidus.

D. Hiero.

D.HIERO. Auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberũ ſuorum ne forte ſpoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecũdum diẽ natiuitatis ſuæ.

LXX. Et auferam fornicationes eius à facie mea, & adulteriũ eius de medio vberũ illius vt ſpoliẽ eã nudã, & reſtituã iuxta diem natiuitatis ſuæ.

DIſcedat Synagoga à perfidia ſua, & Chriſto credat, nam peccatũ dicitur in ſcriptura fornicatio, & adulteriũ, quod corde dæmonẽ recipiat, & Sathanæ coniũgatur. Hoc prædicatum eſt ab Apoſtolis per quadraginta duos annos, per quos expectabat eos Deus, dũ redirẽt ad ſe, & pœnitentiã agerent, & quũ peiores eſſent in dies magis, ac magis, deleuit eos Deus per Romanos. Theophylact⁹ oſtendit repudiũ ſe miſiſſe Synagogæ ob eius vtilitatem, & ait, omnẽ Domini caſtigationẽ ad vtilitates noſtras ſpectare, vt abſtrahat nos à peccatis, iuxta illud. Bonũ eſt Domine, quod humiliaſti me, vt diſcã iuſtificationes tuas. Et iuſtificatio, vt docet Ariſtoteles, ſignificat etiã pœnas peccatis irrogatas. Quas cum agnoſco ſi ſapio reſipiſco, & abſtineo à peccato. Fornicationes, inquit Theophylactus ſunt furta, adulteria, & malę cogitationes, quę ſunt in medio cordis, & ideo in medio vberum eſſe dicuntur, & euellendæ his pœnis à Domino irrogatis è medio cordis Iudęorũ, & idololatriæ vitularum Hieroboã: euellentur etiã his pœnis è medio vberũ Synagogæ, è medio corde inquã, additque: fornicatio fuit vox illa dicentium, Tolle tolle, crucifige crucifige, non habemus regẽ niſi Cæſarẽ: & ideo Iudæi ſublati ſunt à facie Dñi, & traditi ſunt Romanis, inquit, vaſtandi, quos ſibi delegerant reges. Fortaſſe etiã, inquit Theophylactus, vbera dicũtur lex, & Prophetæ, ablata eſt igitur fornicatio ex medio horũ vberũ, ne haberẽt leges & prophetas: horũ. ſ. intellectũ, iuxta illud. Auferetur à vobis regnũ, & dabitur genti faciẽti fructũ, ne in medio talium vberũ eſſet fornicatio. Sed vbera, inquit, ſunt omnes cogitationes cordis. Iuxta illud Euãgelij: ex corde exeunt &c. Itaq; verba illa: Ne forte ſpoliẽ eam, ad vaſtitatẽ à Romanis inuectã referre videtur, & nudã interpretatur ſpoliatã ſpiritalibus chariſmatis, iuxta diem natiuitatis ſuæ, antequam ad gratiã & miſericordiã vocaretur, non enim ſuis meritis primi Patriarchæ ad Dei gratiam ſunt vocati.

Cur Synagoga repudiata.

D.HIERO. Et ponã eã quaſi ſolitudinẽ, & ſtatuã eã veluti terrã inuiã, & interficiã eã ſiti, & filiorũ illius nõ miſerebor, quia filij fornicationis ſunt, quia fornicata eſt mater eorũ.

LXX. Et ponam eam in deſerto, & ſtatuã eam ſicut terrã ſine aqua, & occidã illã in ſiti, & filiorum eius non miſerebor, quia filij fornicationis ſunt, fornicata eſt mater eorum.

THeophylact⁹: ait pater omnipotẽs nudaturũ ſe eos qui Chriſto credere noluerunt ſuo auxilio, vt ſint direptioni Romanis, priuaturũ illos legis gloria, & reuocaturum illos in illam conditionẽ, in qua erãt ante quã à Domino vocarẽtur, ſine lege, ſine ſacrificijs, ſine ſacerdotibus, ſine tẽplo. Quãdo enim aliquis Chriſtum induit, inquit, per ſacrum baptiſma, & per peccatum ob corporeas voluptates Chriſtum exuit, nudat illum Deus gratia, & dono filiationis, facit illũ generationis cuius à primo fuit, corporeę. ſ. & terrenæ. Vt iuxta hãc Theophylacti interpretationẽ vaſtatio Iudææ deſcribatur his verbis prophetæ, quæ

quæ facta eſt poſt Chriſti crucē. Id enim ſignificāt verba hæc, Ponam eā in ſolitudinē, vaſtabo illā per Romanos, & ſtatuā eam veluti terrā inuiā, in hunc enim ſtatū eſt redacta poſt Chriſti crucē, ſub Adriano præſertim, & cōpletū eſt vaticiniū Moſis, quo prædictum erat: futurā Iudæā, quæ olim fuerat fertiliſsima, & amæniſsima, ſterilē & aridam, quod factū eſt, & interficiā eam ſiti. Quod in obſidione Romanorū extera exuberabant aquis, fontes colliū, qui erant in vrbe exſiccati ſunt omnes, & ita peſte, ſiti, fame, ſeditionibus, & bello Romano periere. Nec miſertus eſt Dñs filiorū eius, qui ex diabolo patre nati erant, vt ait in Euāgelio Dñs: fornicata eſt mater eorū: defecit à Chriſto, & tranſijt ad Romanos, inquiens, non habemus regem niſi Cæſarem, vt inquit Theophylactus, & ideo filiorū eius non miſerebor. Sperabāt Deū laturum illis opem in extremo diſcrimine, & reſpōdit eis Ioſephus, vt ipſe quinto de bello Iudaico libro ſcribit, ſcitis vos ea admiſiſſe flagitia, vt nihil ſit, cur à Deo vobis opem vllā polliceamini: ſemper enim innuit Ioſephus Chriſti mortē & diſcipulorum eius martyria, & profitetur ſe ſacerdotē eſſe, & verſatū in prophetijs, & eas optimè noſſe. Idem Ioſephus. l. Ponam ipſam deſertā auxilio meo, inquit, occidā ipſam, tradam ipſam inimicis vaſtandam in ſiti auxilij mei. Priuata enim, inquit, ope Dei perijt Synagoga, nanq; Chriſtū interfecit, qui & ipſum ſummū bonū, & omne bonum: priuata omni bono, vt in ſumma miſeria eſſet, neceſſe erat vt eſſet omnis boni expers: & in ſiti non habuerit aquas, quas Chriſtus dat, quæ ſaliunt in vitam æternam.

D. HIERON. Confuſa eſt quæ concepit eos, quia dixit, vadā poſt amatores meos, qui dant panes mihi, et aquas meas, et lanā meam, et linum meum, oleum meum, et potum meum.

L X X. Confuſa eſt quæ peperit eos, quia dixit, vadam poſt amatores meos, qui dāt mihi panes meos, & aquam meā, & veſtimenta mea, & linteamina mea, & oleū meū, & oīa quæ mihi conueniūt.

Confuſa eſt quæ concipit eos, Synagoga, q̄ peperit infideles Iudæos, qui regē gloriæ in crucē ſuſtulere, æternæ cōfuſionis, & ignominiæ ſe damnauit: præſignificatū enim erat multis Prophetarū prędictionibus Iudęos poſt crucē Dñi futuros ignominioſiſsimos opprobrij, & contumeliæ pleniſsimos, quia dixit. Vadā poſt amatores meos, poſt Romanos, poſt Cęſares, & reges Aegyptios & Aſſyrios, qui dant mihi panes meos. Putabant Iudæi ſe beneficio Imperatorū tueri regnū Iudææ, vrbes, & bona quibus fruebantur, & ideo Chriſtū nō recepere ne venirent Romani, & tollerent eorū gētem. Theophylactus: Vadā poſt amatores meos, inquit, poſt dæmones, & idola, quę colebant, qui dāt mihi panes, putabant ſe dæmonū & idolorū beneficio obtinuiſſe quæ haberent bona: adnotatq; Theophylactus, charitatē non curare quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei, nec dicere linum meum, oleū meū, qui ſequūtur dæmones, curant quæ ſua ſunt, non largiuntur pauperi, vt ille alter in Euangelio. Granaria mea, inquit, & habes bona multa anima mea, ſtudet opibus, quærit diuitias. Auguſtinus tomo. 7. lib. 3. de Baptiſmo contra Donatiſtas. c. 19. quanquam hoc loco vtitur aduerſus hæreticos, tamen præfert hoc de ſcribis & phariſæis eſſe dictū, & eis qui præeſſent Synagogæ, qui vna cum plebe Deum relinquente, Deum ipſi relinquebant, quod crimen fornicatio dicitur in ſcriptura, & redditus ſacerdotum regales opes ſuperabāt, vt alibi dicēdū eſt latiùs ne tantas opes perderent ſacerdotes, nō recepere Chriſtū, & populū à Chriſto abducebant. Vademus, inquiunt, poſt amatores noſtros, poſt Iudæos, qui Chriſtum

ſtum non recepere, & largiſsimas opes nobis ſuppeditant, regales prorſus, &c. ORIGENES cap. 92. 184. hoc putat ad animas cuiuſlibet poſſe referri, quę habēt multos amatores dęmones qui variis modis illam ad ſe elicere conantur auaritia, ambitione, libidine, ſimilibuſque: hos cuiuſlibet peccatoris anima amatores habet, hos ſequitur relicto Deo.

Vulgata D. HIERO. Propter hoc, ecce ego ſepiā viā tuā ſpinis, & ſepiā eam maceria, & ſemitas ſuas nō inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quęret eos, & non inueniet.

Tranſlat. LXX. Propterea ecce ego ſepiam viā eius in ſudibus, & obſtruam vias illius & ſemitam ſuam non inueniet, & perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet illos, & quæret illos & non inueniet.

CYRILLVS in Euangeliū Ioannis lib. 3. cap. 11. hūc locū interpretatur de excluſione Iudæorū, vt ſit idem cū illo: Dorſum eorū ſemper incurua, vt ſignificetur via difficilis Iudæis ad Chriſtū propter crudelitatem eorum in Chriſtū, & in Apoſtolos. Idem ſenſit in Geneſ. lib. 11. in fine: de Iudæorū Synagoga Deus ſic ait, inquit. Ecce ego includā viam eius in ſcolopibus, & reædificabo vias eius, vias eius, & ſemitā eius nō inueniet, intelligit ergo CYRILLVS reædificatas quidē ruinas Iudææ, reædificatū ſoliū Dauid à Chriſto, ſed propter crudelitatē Iudæorū viā eis interclusā ſcolopibus, id eſt, lignis longis & vallo, & ita eſt, poſt crucē Chriſti indies magis ac magis indurata ſunt Iudæorum corda fraudibus Rabinorū & praua ſcripturæ interpretatione, vt aiūt ſancti patres, & Iuſtinianus Imperator: interſeptus aditus ad Chriſtū eſt miſeris Iudæis, & hæc appellat CYRIL. ſcolopes ligna longa & dura quibus vallū fieri ſolet, nobis vero Chriſtianis plana & expedita eſt via ad cęleſtia regna, probatq; illo Eſaię quo Dn̄s ſanctis Angelis præcipit aperire portas, vt intret populus qui cuſtodit iuſtitiā, & veritatē, quod alibi ait etiā, iter facite populo meo, & lapides à via proijcite, ne per media ſcandala offendāt, & de via declinent. ORIGE. in cap. 9. ad Romanos in finē, hæc verba refert potius ad Dei beneficiū, qui peccatoribus viā obſtruit ne in præceps abeāt, vt Paulo obiecit cæcitatē cū pergebat Damaſcū, vt viros ac mulieres Chriſto credentes pduceret vinctos: vnde apparet hæc intellexiſſe de Iudæis quibus Dn̄s obſtruxit viā, ne perſtarēt in Iudaiſmo, & tamen illi pergūnt pergere in ſuā perniciē, inde enim ad omnes peccatores hoc traducit quibus obſtruit Deus viā vt eos à peccato reuocet. THEOPHYL. eodē modo interpretatur, vt via chriſticidis Iudæis interclusam intelligat, ne in ceremonijs veteris legis perſtarēt, & in vmbra, cum venerit veritas, ligna ſcolopes. i. ligna longa & vallū quibus obſtructa eſt via ne perſtarent in cultu veteris legis, appellari ait, tēpli & Hieroſolymorū vaſtitatem inuectā à Romanis, quod ſubuerſo tēplo veterē legē ceſſare neceſſe erat: notat etiā ſcolopas. i. ligna longa illa crucē Dn̄i cū alijs duabus crucibus quib9 duo latrones ſunt ſuffixi aut ſignificare, quos facinus illud immane illos ſubuertit, & eorum ceremonias, & templum, & omnes vrbes Iudææ. Quibus rebus obſtructa via Iudæis eſt, ne perſtare poſſent in Iudaiſmo: non poterant enim facere ceremonias veteris legis extra Hieruſalem & extra templum Domini, nihilominus perſtāt in ſua impietate. Vnde ſic interpretabimur noſtram vulgatā: propterea ecce ego ſepio viam tuam ſpinis, quibus me coronaſti, vel

vel ſcolopibus, id eſt, ligno crucis, & alijs lignis quibus fabrefactæ ſunt latronum cruces. I. ſepio viam tuam ſpinis aut ſcolopibus vallo. Nam, vt leges apud Ioſephũ profundiſsimæ valles quibus Hieroſolyma vrbs videbatur inexpugnabilis quod quatuor collibus æditiſsimis, & in ſummo vertice planiſsimis contineretur, & triplici præterea cincta muro eſſet, has valles profundiſsimas lignis, ſpinis, cadaueribus mortuorum operuere & exęquauere ſummis collibus, vt expugnari poſsint, & ſepiam eam materia vrbe Hieroſolyma, quæ quamuis longè lateq; pateret cincta muro eſſet, ne quiſquam poſſet elabi, & ſic deletum templum eſt, incendio abſumptum, & regnum Iudææ, quod cùm venit veritas tollenda erat vmbra, & ſic interclusa eſt via Iudaiſmo, cum enim non poſſent niſi in templo Domini facere ceremonias & ſacrificare, ſubuerſo templo, neque ſacrificia, neque Pontifices, neque ceremoniæ veteris legis ſunt, hæc enim poſita à Domino maceria eſt, ne poſſent fieri ceremonię veteris legis, ſunt enim obnoxij maledicto in lege Moſis, qui alibi ſacrificant quam in templo Hieroſolymitano: & ſemitas ſuas non inueniet: ſuas ſeremonias, ſcilicet, ſua ſacrificia, ſublato nanque templo omnia ſunt ſublata & templum ſublatũ iacet Hieroſolymis dirutis per mille quingentos annos, nec inſtaurabitur vnquã, & ſic poſita eſt maceria ne viam Iudaiſmi ingredi poſſent, & perſtant in Iudaiſmo tamen miſeri, nec illud in poſtremis habendum eſt, ad obſtructionem viæ Iudaiſmi quod refert AMBRO. & omnes ſcriptores eccleſiaſtici, quod Iulianus Imperator apoſtata infeſtiſsimus Chriſto & Chriſtiano nomini, vt religionem Chriſtianã ſubuerteret, & mendaces faceret prophetias, quas noſtri maiores de diruendo templo Hieroſolymitano, & nullo vnquam tempore inſtaurando niſi tempeſtate Antichriſti, aduocauit Iudæos ex toto orbe, & eos eſt ad hortatus, vt templum Hieroſolymitanum inſtaurarent vt poſſent ibi ſacrificia veteris legis facere & ceremonias: quando alibi lege Moſis ea facere prohibebãtur. Effoſſa ſunt fundaméta magno ſtudio Iudæorũ, omnes enim ſuas opes ex toto orbe terrarum ad id conferebãt Iudæi, & Imperator Apoſtata magnam vim auri dederat ad opus perficiendum: adeo Chriſtiano nomini erat offenſus, vix dum aperta erant fundamenta cum domicilia ad tẽpus facta à Iudæis, vt ibi commorari poſſent Iudæi qui id opus faciendum curarent, & fabri lapidarij & operæ qui id opus molirentur, concuſſa ſunt terræ motu illa domicilia & corruere: vbi oppreſsi multi periere lęto malo, nec deſtitere incepto, cùm inſtarẽt operi, ſignum crucis in cœlo apparuit, decidit ignis de cœlo, qui fugientes eſt perſequutus, vbi magna illorum multitudo male perijt, crucis in capite Iudæorum & in tergo ſingulis ſunt pictæ, neque ſic tamen incepto abſiſtunt, pergunt iacere fundamenta, ignis è fũdamẽtis emicat, & ædificatores, & Iudæos conſumpſit, & ſic deſitum eſt inſtaurari templum, & multa Iudæorũ millia ad fidem ſunt cõuerſa, hæc & plura apud hiſtoricos eccleſiaſticos: leges quædã apud AMIANVM Marcellinũ gentilẽ hiſtoricũ: neque ſemel hoc factũ eſſe ait CHRYSOSTO. hoc idem ſuis tẽporibus factum ſcribit vigeſimo ante anno, & priſcis temporibus ter aut quater, quorum mentionem nullam reperio in hiſtorijs: tamen illud liquet multos Imperatores atque adeo omnes vſque ad Conſtantinum Imperatorem fuiſſe Chriſti nomini infeſtiſsimos, hæc maceria ſempiterna poſita eſt à Domino ne cultus veteris legis ſeruari poſsit diruto Hieroſolymitano templo, neq; inſtaurãdo vnquã. Et ſequetur amatores ſuos, THEOPHY. Principes & ſacerdotes (inquit) & non inueniet eos, periere enim omnes & nõ ſunt. Hæc THEOPHY. & certè in vaſtitate Iudææ & Hieroſolymorũ

inuecta à Veſpaſiano leges, principes & ſacerdotes, & Primarios Iudæorum verberibus cęſos, crucibus ſuffixos, tanta multitudine, vt quanuis montes circunſtarent multi neque ligna crucibus ſuppeterent, neque locus in Hieroſolymorum finibus ad figendas cruces, alij per mille cruciamenta necati luere ſupplitia ſingula quæ in Chriſtum ediderant, alij vincti ducti, obijciendi in Theatris, & in ludis nationum, pabulum feris, vt in ſpectaculis publicis laniati à belluis ſpectatores delectarét, multa millia pauperum liberi abire ab Imperatore ſunt permiſſi, vnde rectè dictum eſt, ſequetur amatores ſuos ſcribas, & phariſæos, & non apprehendet eos, & quæret eos & non inueniet, quippe per multa cruciamenta necatos.

D. HIERO. Et dicet, vadam & reuertar ad virum meum priorẽ quia bene mihi erat tunc magis quã nũc, & hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumẽtũ, & vinũ, & oleũ, & argẽtum, & multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal.

L X X. Et dicet vadam & reuertar ad virum meum priorẽ quia bene mihi erat tunc quã nunc eſt, & ipſa nõ cognouit, quia ego dedi ei frumẽtũ, & vinũ, & oleum, & argẽtum multiplicaui ei, hæc autem argentea & aurea fecit Baal.

ORigenes in Epiſtola ad Romanos cap. 11. in illa verba: veniet ex Siõ qui eripiat, cũ plenitudo inquit gentiũ intrarit ęmulatione incipiet Iſrael diſcutere à ſe metipſo cœcitaté cordis, Chriſtũ verũ lumé aſpicere, dicereq́; illud, reuertar ad virũ meũ priorem, hæc Origenes, quibus intelligit Iſrael in fine ſeculorũ, & per tẽporũ interualla rediturum ad Chriſtũ virũ prioré, ipſe enim erat, qui loquebatur in ꝓphetis iuxta illud Eſaiæ, qui loquebar ecce adſum, & hæc neſciuit, qui ego dedi ei, reſpondet Dñs ſuperioribus vt ſupra eſt interpretatꝰ. Theophylactus, nã his locis deſiderantur eius ſcholia, & docet hunc huius loci ſenſum eſſe quod bona hæc terrena quæ Iudæi gloriabãtur ſe habere à ſuis amatoribus aquas meas, lanã meã, lignũ meũ, &c. nõ haberent à ſuis amatoribus, ſed ab ipſo Dño quod ipſe largitur opes, & omnia bona & creat omnia, & redditus quos à plebe Iudæorũ pluſquã regios, vt dictũ eſt, accipiebant ſacerdotes & Principes ſacerdotum à Iudæis Dei erant, ipſe lege Moſis ſanxerat, vt hæc tribuerétur ſacerdotibus, quod ergo ipſe Dñs creat omnia, & largitur, eius ſunt hæc omnia bona, & tamen ex his bonis collatis à Dño, & redactis in aurũ & argentũ faciebant imagines dęmoni quẽ appellebãt Baal. i. maritũ ſuum, & quẽ dñm ſuũ repudiato Deo vero, cui matrimonio iũcta erat Synagoga, & dñm agnoſcebat, interpretatur ſpiritaliter hunc locũ Theophyl. nõ intellixiſſe Synagogã Dñm dediſſe & verum frumentũ, & vinũ verũ, id eſt, corpus & ſanguinẽ Chriſti, iuxta illud Ioannis. 6. Operamini non cibũ qui perit, Et ego ſum panis qui de cęlo deſcendit, & granũ frumenti cadens in terrã & mortuũ quod multũ fructũ attulit. Moraliter explicat hunc locum Gregorius Papa. tit. 1. 1296.

D. HIE. Id circo cõuertar & ſumã frumẽtũ meũ in tẽpore ſuo, & vinũ meũ in tẽpore ſuo, & liberabo lanã meã, & lignũ meũ quæ operiebãt ignominiã eius, & nũc reuelabo ſtultitiã eius in oculis amatorũ eius, & vir nõ eruet eam de manu mea, & ceſſare faciã omne gaudiũ eius ſolennitatẽ eius, Neomeniã eius, Sabbatũ eius, & omnia feſta tempora eius.

L X X. Propterea reuertar & tollã triticum meum in tempore ſuo, & vi-

num meum in tempore ſuo, & auferam veſtimenta mea, & linteamina mea, ne operiant ignominiam eius, & nunc reuelabo immunditiam eius, & nullus eruet eam de manu mea, & auertam omnes lætitias eius, & ſolennitates eius, & Neomenias eius, & Sabbata eius, & cunctas feſtiuitates eius.

INnominatus qui cum Chryſoſtomo circunfertur in ca.21. Matth. Homelia.37. in illa verba. Et impoſuerunt ſuper eum veſtimenta ſua, hunc locú videtur interpretari ſpiritaliter, vt ſit propterea reuertar, & tollã triticum meú in tépore ſuo, idem cú illo Eſaiæ.59. Expectauimus lucé & ecce tenebrę ſplendorem, & in tenebris ambulauimus, & infra: ſalutem & longata eſt à nobis, ergo in tépore ſuo cum expectabatur ſalus, ablata eſt ſalus à Iudæis propter eorum incredulitatem, abſtulit ergo Dominus frumentum ſuum, panem ſuú de cælo miſſum. Ipſe enim erat verus panis qui de cælo deſcendit, & vinum meum auferã quod conſecratur in ſanguinem Chriſti in tempore ſuo, in tempore aduẽtus Domini cum datum eſt mundo, ſic ergo innominatus hunc locum videtur intellexiſſe, alibi enim promittens Deus ſe iuſtitias ſuas & gratias ablaturum de gente Iudæa, ait per Oſee Prophetam, Auferã veſtimenta mea, & linteamina mea, & oſtendam gentibus turpitudinem tuam. Eadem verba reperies apud Chryſoſtomum, ſi modo Chryſoſtomi Homelia eſt, tomo.2. Home.24. ex varijs in Matt. locis, & interpretantur ferè omnes veteres ſcripturam ſacram iuxta tranſlationem LXX iuxta quam noſtra vulgata ſic explanabitur: liberabo lanam meam, veſtimenta mea, linum meum, linteamina mea, id eſt, iuſtitias meas & gratiam meã quibus cooperta erat veſtra nuditas quę accidit vobis propter peccatum, & reuelabitur turpitudo veſtra, toto mundo prædicabitur veſtra immanitas in Chriſtum, & in Apoſtolos, & quod ſemper dura ceruice fueritis. Athanaſius vero de paſſione & cruce Dñi lib. 1. litteraliter húc locũ interpretatur. Cú enim cõpletas prophetias oſtédat eo loci, & quę mala incurrerint Iudæi per ſingula ſcelera quæ in regé glorię ediderũt, peruenit ad illud, cú auté nudarét Dñm, verberarétq; nó intelligebãt quod ab ipſo exuerétur, laboréq; aduerſus ſe prouocarent, iuxta illud, auferã veſtes meas & lintea ne poſſint tegere turpitudiné eius, vt ſit quod prædictú eſt alijs locis Prophetarũ multis, & euenit Iudæis, quod Chriſtũ Dñm nudauere ſuis veſtimentis, Principes, & Phariſæi, & ſcribæ, & fœminæ locupletes quę mirifico ornatu fulgebãt, nudatę ſunt ſuis veſtibus, & ſordidis veſtib⁹ tecti, ita vt turpitudo eorũ nó tegeretur: verberauere Dñm, cæſi ſunt flagris crudeliſſime multa Principũ Iudæorũ millia, vt leges apud Ioſephú, & iuxta hanc interpretioné explanabis: ſumam frumentũ meũ in tẽpore ſuo de fame, qua periere Iudęi, cũ vaſtati à Romanis ſunt, & periere fame, peſte, ſeditiónibus intra muros, & foris, Románorũ armis, & de hac fame Eſai.c.5. Et nũc reuelabo *ſtultitiã eius in oculis amatorũ.* Hæc verba Palæologus verba Dei irati eſſe docet de vaſtitate Iudæę inuecta per Romanos. Tunc enim ſcribæ & Phariſæi (quos ſupra appellauit Propheta Iudæorũ amatores) videre ſtultitiã, & inſaniã Iudæorũ reuelatam, quod in Chriſtũ Dñm qui eorũ erat redẽptor tantopere ſæuierint. Nã quæ maior ſtultitia, quã illa qua dictum eſt: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Hæc Iudæorum ſtultitia prædicta eſt toto orbe, & eorum alia omnia ſcelera, & flagitia, quæ prædicabuntur etiam vſque ad finem ſeculorum, deinde verba illa (nullus eruet eam de manu mea) arguere Dei iram oſtendit, quibus verbis vaſtitas Iudææ prædicitur, & captiuitas, vnde nunquam ſunt liberandi, ſimul etiam pu-

tabant

tabant Iudæi ſe vitaturos mala, quę ipſis verbis Dei minati erant Prophetæ ſi Chriſtum non reciperent, præſidio Roman. Imperatoris, qui toto orbe Imperator vnus erat, & ita dixere: Non habemus regem niſi Cæſarem, & per ipſos Romanos Deus illos vaſtauit, ſperarant Aſſyrios, Babylonios, AEgyptios finitimas nationes ſibi opitulaturos omnes ſub Imperatore Roman. militabant, nec contra Imperatorem Romanum arma ferre eſt auſus quiſquam, & Iudæos iuuare. Theophylactus de manu mea, inquit, id eſt, de vltrice potentia, quam experti ſunt chriſticidæ Iudæi traditi Romanis, & Satanæ in interitum. Et ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolennitatem eius, neomeniam eius, ſabbatum eius, & omnia feſta tempora eius. Et hæc verba Palęologus ad ceſſationem veteris legis refert, eodem refert Tertullianus lib. primo aduerſus Marcionem cap. 17. de ceremonijs veteris legis: Ceſſaturus inquit ait Oſee. Auertam omnes iucunditates eius, & dies feſtos eius, & neomenias & ſabbata, & omnes ceremonias eius, eodem etiam refert hæc verba. Idem Tertullianus lib. 5. aduerſus Marcionem. c. 6. Admonendus lector eſt cum Theophylacto mixta eſſe ſcholia Theodoriti, quæ copulata ſunt in vnum, & poſtea mixta, & Theodoritus & Theodorus in Prophetas minores rabinicas ſequutur interpretationes, hinc deprehendo quod reperies Theophyl. de Chriſto interpretatum multa, & ſubito, redire ad Babylonios & Aſſyrios, cui accedit quod multa diſtincta ſunt & appoſita nomina Theodoriti, & alibi Theophyl.

D. HIERO. Et corrumpam vineam eius, & ficũ eius, de quibus dixit mercedes hæ meæ ſũt, quas dederunt mihi amatores mei, & ponam eam in ſaltum, & commedent eam beſtiæ agri.

L X X. Et diſperdam vineam eius, & ficum eius, quæcunque dixit mercedes meæ ſunt iſtæ, quas dederunt mihi amatores mei, & ponam ea in teſtimonium & comedent ea volucres cæli, & beſtiæ agri, & reptilia terræ.

DIctum eſt in ſuperiori cõmentario Palæologum & Theophylactũ ad vaſtitatem Iudææ importatam per Romanos hæc retuliſſe, & de pœnis irrogatis à Deo chriſticidis Iudęis, ergo corrumpam vineam eius, & ficum eius, vaſtandam Iudęam per Romanos curabo, ex parte enim totum ſignificatur, De quibus dixit: mercedes hę meæ ſunt, &c. Theophylactus: quando refert populus Iudæorum hæc alijs accepta, non mihi, curabo ea delenda, & vere dixerunt. Non habemus regem niſi Cæſarem. Quas dederũt mihi amatores mei) plebs Iudæorum non ſolum ex Iudæa, ſed etiam ex toto orbe, qui offerebãt decimas, & primitias, & oblationẽ: dabant que ſacerdotibus opes pluſquã regias, vt dictũ eſt ex Philone, vel amatores mei Romani, putabãt enim ſe beneficio Romanorum habere quæ habent omnia, quod Romani rerũ potiebantur, & putabãt eos potuiſſe auferre à ſe omnia, & ea ſibi reliquiſſe, vel amatores mei dæmones, & ponã eã in ſaltũ redactam in vaſtitaté, ſic Theophylatus: ſignificari enim ait, quod chriſticidæ Iudæi vaſtabuntur à Romanis, & ſi Ioſephũ & Dionẽ legas euentus ipſe docet ita factũ eſſe, Lxx pro in ſaltũ, legũt in teſtimoniũ, pro, יער dẽpto, ר, &, י, in, ד, quæ ſunt ſimillimæ, legere, עד, teſtimoniũ, de quo leges. c. 39. Deuteronomij, vbi Moſes ait vaſtandam Iudæã & relinquendã in teſtimoniũ impietatis Iudæorũ, &c. Et comedẽt eam beſtiæ agri, id eſt, Barbari, Beſtias agri appellat ſcriptura nationes idololatras, Lxx legunt, comedent eam volucres cæli, & interpretatur Theophylactus, qui crediderint ex nationibus

Chriſto, quod volucres facti redeuntes ad Chriſtum cælum colunt, beſtias, omnes patres veteres interpretantur nationes, & ita & Barbaræ gentes Iudæam incoluere: diximus ſæpe multa ex lectione Hebręa intercidiſſe, quæ retinentur in lectione Lxx.

D. HIERO. Et viſitabo ſuper eā dies Baalim quibus accendebat incenſum, & ornabatur inaure ſua & monili ſuo & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcēbatur dicit Dominus.

L XX. Et vlciſcar ſuper eam dies Baalim in quibus immolabat eis, & circundabat inaures ſuas, & monilia ſua, & ibat poſt amatores ſuos, mei autem oblita eſt, dicit Dominus.

PAlæologus hæc verba Chriſti ſignificat eſſe minantis Iudææ ruinam, & vaſtitatem, vt ſit idem cum illo, vt veniat ſuper nos omnis ſanguis iuſtus cū impleueritis. ſ. menſuram patrum veſtrorum cruci ſuffixo Chriſto luetis flagitia veſtra in adorandis idolis, tunc vlciſcar de vobis hæc flagitia immania, Baalim pluraliter dicitur, Baal ſingulari numero dominus eſt & maritus, Baalim Domini & mariti dæmones Domini appellabantur à miſeris Idolatris, quod dæmonum ſeruitute erant oppreſsi, non vnius alicuius dæmonis, ſed multorum, qualis fuit ille qui rogatus à Domino, quod tibi nomen eſt, dixit legio. Lucę. 8. & eiuſdem Lucæ. 11. Cum immundus ſpiritus, &c. legio ergo illa dæmonum, & ſeptē illi ſpiritus nequiores, & quęlibet dæmonum multitudo Baalim, numero multitudinis dicuntur domini & tyranni, è quorum ſeruitute Chriſtus redemit genus humanum, & dedit nobis poteſtatē calcandi eos, cum dedit poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, id eſt, dæmones, horum dæmonū ſeruitute liberabantur Iudæi per fidem Chriſti venturi, & tamē ipſi malebant dæmonibus ſeruire quam Chriſto, & eis facerę ſimulachra aurea & argentea, & pretioſas veſtes, quod dū dæmonibus ſacrificabant verſabantur in vitijs & libidinibus, nec videbant miſeri quo ſe demegerant malorum. Ait ergo Dominus poſt Chriſti crucem hæc ſimul mala vindicaturum, adhibendus eſt etiam ille canon interpretandæ ſcripturæ, de quo ex Procopio & alijs ſæpè diximus, poſt Chriſti crucę & excluſionem Iudæorum, & vaticinia de Iudææ vaſtitate fere ſemper fieri mentionem, de idolatria & auaritia Iudæorum, quod Dominus dicit. Prouocauerunt me in eo qui non erat Deus dum Idolum colerent, ſcilicet, & ego prouocabo eos in eo qui non erat populus, in populo nationū qui quod dæmones coleret indignus erat qui popul' diceretur, excæcati ſunt igitur Iudæi, quod Idolatriæ & auaritiæ criminibus ſe cōtaminaſſent & reliquiſſent verū Deū, ita Dn̄s excluſit illos propter incredulitatem, & vocauit nationes. Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. 2. cap. 12. ſignificat Iudæos fornicatos cū dæmonibus, quod eos corde complecterentur, & Baalim maritos ſignificant, habebant maritos dæmones, & ex eorum congreſſu oua viperarū & aſpidum pariebant, hoc eſt fædiſsima peccata, quæ illis præſentiſsimum afferrent exitium, & fornicabantur cū auro, cum dæmoni impoſitori faciebant aurea ornamenta, & ſimulachra, & ſpecie auri & argēti allecti dæmonas colebant & inducebant plebē vt auro radiātia ſimulachra Deos putarent, & delicias & voluptates ad quæ impoſtor dæmon eos alliciebat, & opum luxus: hæc luituros Iudæos ait Clemens, & Prophetam cauſam ſubiungere quod ibant poſt amatores ſuos, & videtur Clemens intelligere hos amatores eſſe dæmones, qui eos ſolicitabant ad idolatriam, & ad alia vitia, iuxta illud: Circuit quærens quem

deuoret, Theophylactus eodẽ ſpectat. ait enim Dominũ ſignificare hæc ſe facturũ quod ſacris dæmonum ſint operati, & quod dies feſtos dæmonum egerint, iuxta illum interpretandæ ſcripturæ canonem, quẽ ex Procopio pręſcripſimus, & ait inaures quas auribus Baal pro ornamento apponebant doctrinas Phariſæorum quæ Iudæorum auribus inſtillabantur ſignificare, quæ inde in corda influebãt, & torques & catenas collo circundatas Phariſaica etiam eſſe dogmata quæ in ſuam perniciẽ ſibi circundant, & tamen noſtris temporibus hæc phariſaica dogmata ſanctitatis ſpecie tecta in Eccleſiæ cãpos irrepunt, & nulla re magis colitur dæmon quã ſi relicto vero Deo, & relicta veritate ſcripturæ, alio ſcripturæ ſenſa ſacra deflexeris inquit Theophylactus, & deprauata ſcripturæ interpretatione aperitur feneſtra omni vitiorum, & ſcelerum generi.

D. HIERO. Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpẽ, & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra AEgypti.

LXX. Ideo ecce ego ſeduco eam & pono illam quaſi deſertum & loquar ad cor eius, & dabo ei poſſeßiones ſuas, inde & vallem Achor ad aperiendum intelligentiam eius, & humiliabitur ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra AEgypti.

THeophylact⁹ multis modis verſat hunc locum, ſed cũ interpretetur hæc de Deicidis Iudæis ille modus præter cæteros placet: propter quod: Ecce ego lactabo eam, aut vt Lxx vertere ſeduco eam Hebraice mepatea deflecto eam ad ea quæ ſunt pręter rationẽ quod Moſes Deuteronomij. c. 28. dixerat percutio eam amentia & cæcitate & furore mentis ſi non ſeruauerint legẽ, & non reciperent Chriſtũ, vt vaſtarentur à Romanis quod factum eſſe leges apud Ioſephum. lib. 5. &. 6. de bello Iudaico cum optimæ conditiones ferrẽtur Iudæis à Romano Imperatore, ne templum tam magnifice ſtructum & vrbs totius Aſiæ nobiliſſima vaſtaretur permiſit Dominus eos errare, & polliceri ſibi auxiliũ à Deo ne acciperent conditiones illas etiã iam imminente ruina rerũ omniũ, cum dicerẽt ſolere Deũ Iudæis in vltimo diſcrimine ferre opẽ & eos periculo liberare, & Ioſeph⁹, vt ipſe ſcribit, eos admonuit nihil eſſe quod à Deo ſibi pollicerẽtur auxiliũ quod Deus illis ferre ſolebat, quod ſcirẽt bene quæ ſcelera admiſiſſent in ſe, & flagitia immania propter quæ ſi ſaperent vindictã expectarẽt potius, eamq; accerbiſsimã quã opem & auxiliũ in miſerijs tantis, erãt inquit Ioſephus percuſsi amẽtia & cæcitate miſeri Iudæi, & non accepere conditiones quas illis ferebat Veſpaſ. & periere, ſemper enim Ioſephus pręſefert vaſtatos Iudæos, ob immane flagitium in Chriſtũ admiſſum, ergo lactabo eã, permittã eã lactari & decipi falſa ſpe, vel ſeduco eã, permittã eã ſeduci, nã iuxta canonẽ pręſcriptũ ab Auguſti. eos in interpretãda ſcriptura potiſsimũ ſequor ſenſus qui Gręcę ęditioni Lxx, & noſtrę vulgatæ, & lectioni Hebrææ cõgruãt, ſimul eos reijcio qui ab aliqua harũ lectionũ aliquo modo diſcrepare videãtur (& ducã eam in ſolitudinẽ) Lxx, ſic interpretantur, pono illã quaſi deſertũ; Theophylactus vaſtabo illam, & redigam eam in deſertum & in ſolitudinẽ, vt redacta eſt poſt Chriſti crucem (& loquar ad cor eius) Theophylactus, faciam vt me intelligat per me illa mala eſſe paſſam quod doctrinam euangelicam non recepit, quod centies in hiſtoria Ioſephus præſefert

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſert ruiſſe Iudæos, quod completæ ſint prophetiæ: ſic etiã interpretatur Theophylactus, pollicetur Dominus quod exclusis Iudæis ſum loquuturus ad cor iuxta illud: dabo legem meam in corde ipſorum, & iuxta illud: erunt omnes docibiles Dei cum Spiritus ſanctus ipſis ſuggeret, vt Chriſtum recipiant (dabo eis vinitores eius ex eodem loco) Lxx dabo eis poſſeſsiones ſuas, inde dixi in lectione hebræa frequenter ſolere duplicem eſſe lectionem vbi diuerſa ſunt verba eodẽ ſenſu ſeruato. Theophylactus redditurum ſe Dominum pollicetur Iudæis poſſeſsiones ſuas adoptionem filiorum & gratiam & gloriam, & conregnare cum Chriſto, & certè poſt euerſas Iudææ vrbes non ſolum plurimi Iudæorum ſed totus orbis ad fidem eſt conuerſus cum viderent completas prophetias de vaſtitate Iudææ, poſt Chriſti crucem, addit Theophylactus omnes qui in Chriſto ſumus baptizati hinc locupletati ſumus bonis ſpiritalibus quod Dominus nobis ad cor eſt loquutus, quod ſpiritus ſanctus habitat in nobis, quod Chriſtũ induimus, quod accepimus poſſeſsiones noſtras remiſsionem peccatorum manſiones cæleſtes: hęc omnia peccator perdit quoad Dominus ei loquatur ad cor, tũc reddũtur ei ſuę poſſeſsiões. At iuxta noſtram vulgatã ſignificantior eſt prophetia, & iuxta lectionẽ hebræam. Nam ſignificatur planè quod eſt Matthæi ca. 21. de vinea: malos male perdet, & vineã ſuam locabit alijs agricolis, & infra, Auferetur à vobis regnum & dabitur genti facienti fructum. Hoc enim hæc verba ſignificant planè: ducam eam in ſolitudinem. i. in gentiũ populos, dicitur enim in ſcriptura gentium populus ſolitudo & deſertũ, quod vt Procopius in Eſaiam docet, populi gentium non ſint cæleſti aratro proſciſsi, nec cæleſti pluuia irriguũ ducẽdos ergo Iudæos captiuos ait ad populos gẽtiũ & ponendos quaſi deſertũ, quaſi gentiũ populos, & ibi loquuturum Deũ ad cor Iudæorũ vt reſipiſcãt & ſciant in quæ ſua culpa deciderũt mala (Et dabo eis vinitiores eius ex eodẽ loco) ex populo gentium dandos ait pontifices & ſacerdotes tradita iã vinea alijs agricolis, vbi mutatio ſacerdotij mutationẽ legis ſignificat veteris in nouam, apertè dicitur hoc loco dandos vinitores Põtifices & ſacerdotes inde ex eodẽ loco ex deſerto & populo gentiũ (& vallem Achor ad aperiendam ſpem) Lxx. Et vallem Achor ad apariendam intelligentiam eius) legere enim, bina, intelligentiã, pro, tiqua, ſpem. Frequentiſsime enim apud Hebræos mutatione vnius verbi duplex eſt lectio. Quũ Theophylactus hæc ad Chriſti tẽpora referat videtur mihi hic fieri, quod alibi ſæpè monui, quoties Propheta ſcripturã veteris teſtamenti citat eã intepretari & ſignificare typũ eſſe eius rei, de qua agitur. Hiſtoria Achor & Anathematis notiſsima eſt, & victi Iudæi ſunt propter anathema. i. execrationem, & exciſionẽ & propter Achar qui furatus erat ex anathemate facta pœnitẽtia & lapidato Achar cũ ſuis omnibus poſt lachrymas adeptus populus eſt terrã repromiſsionis, Achor vallis, vallis perturbationis eſt. Id enim ſonat Achor, & anathema, &, cheris, exciſio, & inflãmatio typus mihi eſſe videtur paſsiõis Chriſti, & exciſionis & inflãmationis Hieroſolymorũ, & vallẽ qua ductus eſt Dominus vẽditus triginta argẽteis dici vallẽ Achor, vallẽ perturbationis, ea enim cauſa fuit Iudæis turbarũ & ruinæ, & Achor typũ etiã eſſe populi Iudaici, qui furatus triginta argenteos illos quos pro Domino accepit lapidatus eſt & vaſtatus in eadẽ illa valle qua ducebatur Ieſus præhẽſus à Iudæis, vallis ergo Achor. i. paſsio Chriſti data eſt Iudæis in ſpem vitę æternę, vel iuxta Lxx in intelligentiã (& canet ibi iuxta dies iuuẽtutis ſuæ, & iuxta dies Aſcẽſionis ſuæ de terra Aegypti. Hęc verba eodẽ planè ſpectãt: nã quoties hiſtoria veteris teſtamẽti citatur à ꝓpheta ſignificatur eſſe typus eius rei de qua agitur apud Prophetã.

Et confeſſa res eſt liberationem ex ſeruitute AEgyptiaca & Regis Pharaonis typum eſſe liberationis generis humani ex ſeruitute ſatanæ & dæmonum, & Mariæ canticum ſubmerſo Pharaone & AEgyptijs typum fuiſſe cantici euangelici, de quo Propheta: Cantate Domino canticum nouum in ſacro baptiſmate ſuffocato ſatana, & ablutis peccatis, redempti ergo à Domino eius ſacra paſsione cantare iubemur canticum nouum, cuius typus erat canticum illud Mariæ in principio populi Iudaici hanc enim iuuentutem illius appellat, & aſcenſionem de terra AEgypti, ſed pro (& canet) vertere LXX & humiliabitur, verbum Hebræum vtrumque ſignificat עָנָה canere eſt & humiliare. Theophylactus: Humiliabitur Chriſto, inquit, vt in principio iuxta dies iuuentutis tuæ cùm humiliatus eſt Moſi, cùm vocabit eos ad liberationem ex captiuitate & ſeruitute AEgyptiaca, & accepit legem, ſic Chriſto humiliabitur ad obediendum ei, vt liberetur ex captiuitate ſatanæ, & accipiet legem euangelicam, & vt illi traiecere mare & venere ad terrā promiſsionis ſic Chriſto obedient ad baptiſmum, & venient ad regnum cælorum ipſis promiſſum. Humiliari dicitur quod ex Spiritu ſancto renatus ſit vt paruulus, & dicitur puer, quod eſt accipere remiſsionem peccatorũ, vt puer accipit, & acceptum fieri ad regna cælorum quod tribuit gratia Dei non ſuis meritis. Hæc Theophylactus. Nec intelligas regnum cælorũ non dari meritis, datur meritis, gratia verò & vocatio nullis meritis datur.

D. HIER. Et erit in illa die, ait Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit vltra Baali, & auferam nomina Baalim de ore eius, & non reuocabitur vltra nominis eorum.

LXX. Et erit in illa die dicit Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baalim, & auferam nomina Baalim ex ore eius, & non recordabitur vltra nominum eorum.

THEOphylactus, in die illa captiuitatis, inquit, & miſeriarum, quibus illos affligiant non deligent ſibi Deũ Baal, ſed me agnoſcent Deum & ſpōſum ſuum. Hæc Theophylactus. Atqui Iudæi vſque ad captiuitatem quæ eis accidit poſt crucem Domini nunquam abiecere idola, vt ad Chriſti tempora referre neceſſe habeas. Pergit Theophylactus, deleuit ex populo Iudaico Dominus Idolorum memoriam calamitatibus, & cladibus quibus affecit Iudæos, & quando ſol iuſtitiæ Chriſtus mundo illuxit, & quando ſuo aduentu diem in mundo fecit, iuxta illud. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, &c. Tunc è medio Iudæorum & è medio populi gentium ſublata idololatria eſt. Hæc Theophylactus. Et certo ſignum aduentus Dñi erat Idolorũ caſus, vt multis locis in Eſaiā præcipuè in cap. 19. ſumus teſtati. Addit Theophylactus, tunc tempore Chriſti cùm diluxit dies Domini ſublata ſunt idola & prauæ cogitationes & vitia teterrima quæ pro Dijs colebāt. Quid enim aliud Bacchus erat quam ebrietas, & Venus quā coitus, Priapus quam hominis pudendũ vt pluribus alibi diximus ex Chryſoſtomo & Platone, ſed verba illa, vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baali, eſſe idem puto cum illis euangelicis: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Nam Baal multa ſignificat, & inter cætera ſignificat dominari, ita vt tyrannus in ſeruos dominari ſolet, quæ res faciebat vt Auguſtus Cæſar Imperator & alij boni Imperatores recuſarint ſe appellari dominos, quod Dñi ad ſeruos referantur, vt tyranni, non vt Reges: vnde Baal nomen, Dominus eſt, & Dominus relatiuum habet ſeruum, vt ſit idem, Non dicēt me Baali Dominum &

tyrannum,&non dicam ego eos ſeruos: nam ſuo aduentu nos filios Dei fecit, & ita iuſsit, vt diceremus Pater noſter, non quod non ſit Dominus, eſt enim, ſed nō tyrannus: ſed quod nos in filios adoptauit, & Chriſti fratres, & amicos.

D. HIERON. Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum beſtia agri, & cum volucri cæli, & cū reptili terræ, & arcum, & gladiū, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter.

LXX. Et diſponam eis die illa teſtamentum cum beſtijs terræ, & cum volatilibus cæli, & reptilibus, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & habitare eos faciam in ſpe.

LEontius Cyprius Pontifex, vt eſt in Euthymij Ponoplia. 171. ſcriptura, inquit, gentes ſæpè feras vocat, vt in illo faciam fœdus illa die cum feris agri, & volucribus cæli, & ſerpentibus terræ, vbi crudeles feras appellat volucres ſuperbos ſerpentes vitijs inquinatos, qui repunt humi venenati homines, hæc Leontius, vt ſitidem cum illo quando demiſſum cælo linteum illud eſt immūdis animalibus refertum, & dictum eſt Petro, occide & manduca. Nam edocti ab Epiſcopis, & commanducati concorporati ſunt Eccleſiæ, Theophylactus ſignificari his putat Deum ex Gentibus & Iudæis vnam feciſſe Eccleſiam, quibus verbis Theophylactus eodem modo interpretatur, quo Leontius, vt Chriſtus lapis angularis duos populos in vnam Eccleſiam coniungeret lege Euangelica lata, pacem mundo conciliauerit. Addit Theophylactus, Verbum Dei caro factum, Eccleſiæ ſponſus faciet te habitare in Eccleſia in ſpe: quoniam ſi peccaueris, non te repellet, ſed pœnitentem recipiet in ſpe etiam meliori quod te recipiet in æterna tabernacula, vbi ſempiternus ſpōſus cū ipſa cohabitabit, iuxta illud: Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutū & in cælo (Et habitare eos faciam in ſpe) Theophylactus, In ſpe, inquit, regni cæleſtis remiſsis peccatis per Chriſti paſsionem, & dixerat verba hæc fieri ad Eccleſiam ex Iudæis & Gentibus. Theophylactus, Non vocabit me nomine Idolorū; quod Idola vocabantur Baali, & ignominia ſumma erat, ſi Deum verum Idolorū nomine nominarent, & eodem honore Idola, cùm vero Deo colerent. Verba illa, Arcum, & gladium, & bellum refert Theophylactus, ad pacem quæ temporibus Chriſti erat neceſſaria ad euangelij prædicationem, cum omnia Imperatori Romano obtemperabant, mihi magis videntur ſpectare ad Iudæorum vaſtitatem, qui magnopere impediebant euangelij prædicationem.

D. HIERON. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia & miſerationibus, & ſpōſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus.

LXX. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus.

THeophylactus, Deſponſabo te mihi, quia non Legatus aut Angelus, ſed ipſe Deus eos redemit, per ſe nos redemit, non per Angelum. Olim per Angelos nobiſcum loquebatur, tempore aduentus per ſe ipſum. Tempore Incarnationis Deo incarnato erat Eccleſia deſponſata, idque in æternum, olim ad tempus tantum, nunc in æternum, vt ſpōſus cæleſtis te recipiat in ſempiterna taber-

tabernacula. Addit Theophylactus: Deſponſabo te mihi iniuſtitia, inquit, quoniam hominis fuit mors, per hominem victa mors eſt, per verbum Dei incarnatum. Qui primus à mortuis reſurrexit, in iudicio, quoniam damnauit principem huius mundi, quod nō inueniens in ipſo peccatum, interfecit eum, in miſericordia & miſerationibus: quoniam non ex operibus quæ fecimus ſeruauit nos, ſed gratia & miſericordia per lauacrum regenerationis. Nam, vt inquit AVGuſt. 4. 315. ipſe Dominus ſe ſponſum appellat, & Apoſtolos filios ſponſi, cùm inquit: Non poſſunt ieiunare filij ſponſi, quamdiu cum illis ſponſus eſt, &c. Et eccleſiam virginem caſtam Apoſtolus appellat: & ibidem. 333. Nuptias incarnationem verbi eſſe ait ſpōſum Chriſtum, ſponſam eccleſiam. Cyrillus in Geneſin, fol. 36. Ante eccleſiam gentium maiorē natu ſibi Deus ſynagogam matrimonio iunxerat: ſed eiuſmodi coniunctio in ſæculum facta: eſt eccleſiam ex gentibus in ſempiternum iunxit: ſed dos huius ſponſæ miſericordia fideſque eſt, deſpōdebo te mihi, inquit, in ſæculum, Cyrillus in Geneſ. 80. De cælo deſcendens ſponſus ad eccleſiam ex gentibus: deſpōſabo te mihi, inquit, in iuſtitia & iudicio, iūxerat enim ſibi priuſquam eccleſiam, in matrimonium ſynagogam antiquiorem, ſed non in æternū. Dicet enim paulò infra: & ipſa non vxor mea, & alia. Hæc eadem Procopius & in Geneſ. 114. Et de concordia cum Euangelio: & addit: in æternum, inquit, vt ſeparet à matrimonio ſynagogæ, quod ad tempus fuit: etiam Cyrillus in Glaphyris libr. 4. fol. 75. verba hæc eſſe putat ſponſi, qui de cælo deſcendit ad eccleſiam ex gentibus, quod ante quidem ſynagogam ſibi motrimonio iūxerat, ſed non in æternū. Multi ex veteribus de ſynagoga interpretātur quod typus erat eccleſiæ, iuxta canonem illum, quo monemur multa dici de typo, quæ non in typo, ſed in veritate complentur.

D. HIERON. Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, & exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticū, & vinum, & oleum, & hæc exaudiet Iezrael.

LXX. Et erit in die illa, dicit Dominus, exaudiam cælum, & cælum exaudiet terram, & terra exaudiet frumentum, & vinum, & oleum, & ipſa exaudiet Iezrael.

THeophylactus dupliciter hunc locum explicat eo in tempore, quando verbum caro factum eccleſiæ ſponſus factus fuerit, iam non ad tempus, ſed in æternum, vt dictum eſt. Ego, inquit Dominus, & audiam cælos qui erubeſcebāt quodam modo quod ſuos influxus & pluuias fructibus procreandis non largirentur impediti Dei mandato propter hominum flagitia, & cæli permiſsi à me, ſuo fungi officio in procreandis frugibus, audient terram poſcentem pluuias, & bonos influxus, & terra exaudiet frumentum & fruges ſeminatas, vt ea foueat, & procreet iuxta imperium Domini, producat terra, &c. Et hæ fruges exaudient Iezrael: exaudiet, inquit, illum qui natus eſt de Spiritu ſancto, vt promittatur vbertas eccleſiæ, ſed eccleſię nunquam ſunt promiſſa terrena bona, ſed cæleſtia, ita vt cætera adijciantur, ſed vt AVGuſtinus ait: Illud nobis venientibus ad Chriſtum dictum eſt, Tolle crucem tuam, & ſimilia: magis ille alter ſenſus placet in die illa de qua diximus, ait Dominus: Exaudiam cælos, ſanctos Angelos, & alios ſanctos, qui in ſcriptura cæli nominantur: Exaudiam pro vobis precantes ſanctos Angelos & reliquos ſanctos, & illi ſancti exaudient terram, vt pluuias cæleſtes dent terræ, iuſsi enim erant ne pluerent. Mandabo nubibus

cæli,&c. Et terra exaudiet triticum & vinum Sacramentum Baptiſmi panis & vini obedient vt tingatur ſacro baptiſmate, participet corpore & ſanguine Chriſti,& hæc ſacramẽta exaudiont Iezrael Chriſtum de Spiritu ſancto natum, vel brachium Dei,vt efficiat ſuum opus: Chriſtus enim operatur in ſacramentis ſenſus inquies hic eſt ſpiritalis, minime, niſi dicere velis non eſſe figuris locum in ſacris litteris; quod ſi negares eſſe in tenuiſsimo poëta, atque adeo in quotidiano ſermone eſſes ridiculus, multa enim etiam vulgo loquimur figurate, quæ ſi ad litteram acciperes cachinnos vulgi in te concitar s, iam mentem adhibe & intellige ex proximo contextu Petrum & Paulum ſequentia de Chriſto interpretari vt appareat Apoſtolos hũc locum ad Chriſtum referre, ergo iuxta canonem ſcripturæ antecedentia & ſequentia ſi commode fieri poſsit, eodem ſunt referenda.

D. HIERON. Et ſeminabo eam mihi in terra,& miſerebor eius qui fuit abſque miſericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu,& ipſe dicet, Deus meus es tu.

LXX. Et ſeminabo eam mihi ſuper terram,& diligam, non dilectam,& dicam non populo meo,populus meus es tu, & ipſe dicet, Dominus Deus meus es tu.

De vocatione gentium hæc interpretatur Paulus ad Romanos. 9. & Petrus 1. Epiſt. 2. Sic AMBroſius de vocatione gentium, lib. 2. cap. 7. Nam plebs gentium vocata ad Chriſtum facta & vocata eſt dilecta,& populus idem gentium antea dicebatur non populus Dei,& vocatus ad Chriſtum factus & vocatus eſt populus Dei. Tertullianus aduerſus Marcionem lib. 4. cap. 23. ſic intellexit: ſed per obſcurè loquitur: ait tamen vſque ad tempora Chriſti populum gẽtium dictum non populum Dei, ſcilicet, Iudæorum populum appellatum populum Dei, poſt Chriſti aduentum extenſam hanc miſericordiam in omnes gentes, nullumque exceptum in miſeratione, ſicut nec in vocatione. Sic hunc locũ intellexit AVguſtinus de altercatione eccleſiæ & ſynagogæ ſub finem, & 4. ad SIMplicianum quæſtione ſecunda, vbi de gentibus dictum ait: vocabo non plebem meam plebem meam,& non dilectam dilectam. Et 727. in quæſtionibus ex veteri Teſtamento. q. 44. & libro 1. ex Epiſtola ad Romanos de gentibus dictum ait: Vocabo non plebem meã plebem meam,& non dilectam meam dilectam meam. Sic CHRyſoſtomus 1. 714. in expoſitione Pſal. 22. ſub finem, & ſtatim 714. in Pſal. 24. & CYPrianus libr. 1. aduerſus Iudæos cap. 19. HIEronymus tomo 3. q. 10. ad Hedibiam de hoc loco mirabiliter diſputat: ſed aduerte de prædeſtinatione HIEronymum, AMBroſium, CHRyſoſtomum,& alios ferè veteres omnes in alia eſſe ſententia quam Auguſtinum & D. Thomam, quorũ ſententia in ſchola Theologorum eſt recepta, nec immerito, cùm hic locus teſtimonio duorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſit de vocatione gentium ad Chriſtum prędictus,& Eccleſiaſtici omnes ſic interpretentur. Theodoritus tamen de temporibus Zorobabelis interpretatur in typo temporum Chriſti, tam ſunt quidam Iudaicarum rerum amatores, qualis Theodoritus hic & Theodorus Antiochenus mihi eſſe videntur, qui toto cælo diſtant à diuino illo Theodoreto. Nec illud ferendum quod faciunt interpretes, qui libris quos vertunt latinè, multa admiſcent de ſuo, veluti interpres Origenis in cap. 9. ad Romanos ſcribit Apoſtolos addere & mutare multa, quod falſiſsimum eſt. Origenis ſemper contra ſenſit: at dices quod noſtra vulgata conuenienter Hebrææ lectioni præfert miſericor-

ſericordiam conſequutum, &c. Apoſtoli dixerunt dilectam, iuxta Lxx viros. ſ. quod verbum hebræum hoc & illud ſignificat: ordinem tãtum orationum inuerſum reperies in Apoſtolis: & quis vnquam citauit ſcriptorem, vt putaret ſe neceſſe habuiſſe numerare litteras & ſyllabas. רחם vtrunque ſignificat miſereri & diligere.

CAP. III. *Oſeæ.*

D. HIERON. Et dixit Dominus ad me, adhuc vade & dilige mulierem dilectã amico, & adulteram, ſicut diligit Dominus filios Iſrael, & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinaciã vuarum.

LXX. Et dixit Dominus ad me, adhuc vade, & dilige mulierem diligentem mala, & adulteria, ſicut diligit Dominus filios Iſrael, ipſi autem reſpiciunt ad Deos alienos, & amant coctiones cum vuis.

HOc caput myſteriorũ Chriſti eſt refertiſsimum, ſed querebar antea THeophylacti ſcripta intermixta & adulterata multis locis eſſe Theodoriti ſcholijs, & Theodori Antiocheni, qui Rabinica ſunt conſectati, nunc maius vrget malum: hoc capite pro Theophylacti commentarijs ſcholia Theodoriti irrepſere, Theodoritus longe alius à Theodoreto antiquo illo doctiſsimo, & ſanctiſsimo: Theophylacti faciem induit, vt magis fallat, omittendus igitur Theodorit⁹, eſt & detrahẽda illa perſona Theohylacti quam induit, ne fallat quẽquam. AMBROSius epiſtolarum libr. 6. epiſtola. 39. ad Horontianum de diuiſione prophetica bonam huius capitis partem explanat. In hoc principio videtur ſignificare eſſe ſermonem de Synagoga Iudæorum vt prima illa meretrix, de qua in primo capite populi gentium typus fuerit, vt ſupra eſt commõſtratũ, qui populus ad Chriſtum acceſſerit, & Chriſto matrimonio ſpiritali ſit iunctus lotus ſacro baptiſmi lauacro, & ex meretrice, & filijs meretricis facti ſint filij Dei, ſecunda hæc meretrix ſit ſynagoga ex qua reliquiæ quæ ſaluæ factæ ſunt crediderunt: ſed inquies ſuperior meretrix vtrunque populum ſignificat: vt oſtenſum eſt, bene eſt, illa vtrunque populum ſignificat & precipuè populum gentium, hæc meretrix, de qua nunc ſermo, ſit Synagogam Iudæorum præſignificat. Idem putat Hieronymus tomo primo ad Gerontiam de Monogamia vbi Synagogam eſſe ait hanc quæ poſt adulterium, & negationem ſaluatoris ſedet plurimo tempore ſine altari, ſine ſacerdotibus ac Prophetis expectans conſortium priſtini viri, vt poſtquam intrauerit plenitudo gentium tunc Iſrael ſaluus fiat &c. quæ ibi leges, & idem Hieronymus tomo. 3. ad Ruffinum, de iudicio Solomonis de hoc loco notat digna notatu, quæ contra quoſdam leges qui eccleſiam ſcribunt meretricẽ, & adulteram appellari, & antequam eccleſia eſſet vocata à Chriſto vera dicunt, poſtquam vero eccleſia eſt Chriſti ſponſa, blaſphemia mihi videtur, quod D. HIEron. vertit, dilectã amico, Lxx reddidere, diligentem mala, quod punctis fit vt verbũ actiue ſignificet aut paſsiue, vt dilectam & diligentem vertere poſsis. רע amicum, ſignificat & malum varijs tamen pũctis, vt vtraque tranſlatio congruat hebrææ lectioni, quod reddidit Diuus Hieron. & adulteram, vertere potes & adulteras, ſiue adulteria addita littera ו quæ addi freqũter & detrahi ſolet, & tam frequenter, vt nihil fiat frequentius. Conducitur ergo meretrix pretio certo, de quo dicemus, & ea meretrix quæ mala di-

diligit, & adulteria, quæ meretrix typus eſt ſynagogæ, quam Deus conducit, & auget beneficijs, ipſa autem ſynagoga diligit idola & Deos alienos, & amat vinacea vuarum, res caſſas & vanas, ſic enim appellat idola. Nam quod reliquum eſt ex vua preſſa in torculari hoc appellatur nomine, quod vtilitatis iam nihil habet, niſi ad id adhibeas vt ignem foueāt, & alant, & porcis aut auibus præbeant pabulum, quo nomine appellantur idola, quę vtilitatis & commodi nihil prorſus habent tantum porcorum ſunt pabulum & ignis alimenta. Lxx pro vinacea vuarum reddidere coctiones cum vuis: Græce eſt pemnata cum vuis. Pemnata porrò ſunt bellaria & tragemata ex opere dulciario, quæ idolis offerebantur, quęcunque dulciarius piſtor ex ſaccaro & melle conficit, & in mille figuras format ad ſecundas menſas. Nam nō ſolum bellaria omnia & mellita, & opera omnia dulciaria, ſed lectiſsima eſculēta, & poculenta ſacris Deorum adhiberi ſolebant, vt allicerent omne genus hominum ad colendos dæmones. Verbū Hebræum ſic ſunt interpretati Lxx quo aſiſe, ab, es, deduxere, id eſt, igne, aſiſe, coctiones, anabim, vuarum, vt ſignificaſſe videātur magis vuam coctam quale melicraton eſt, & alia genera, quæ noſtris tēporibus fiunt, & in Chriſti Domini natali adhibentur menſis ſecundis ab antiquitate more quodam deriuato. Nam olim Deos ſacris adhibebantur nectaris nomine; rabini lagenas interpretantur D. Hieronymus vinacea vertit, ſignificat hoc verbum fundamenta etiam vt varias habeat interpretationes.

D. HIERO. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro ordei, & dimidio coro ordei, & dixi ad eam.

LXX. Et conduxi eam mihi quindecim argenteis, & gomor ordei, & Nebel vini, & dixi ad eam.

ET fodi eam, Canon Auguſtini eſt, vt tropicis locutionibus miſceatur veritas, quod genus dicendi Quintilianus mixtam allegoriam nominat, populus Iſrael vinea Dei Sabahot dicitur apud Eſaiam, pro hac vinea allegorice dicitur adultera mulier, huic allegorię miſcetur veritas, vt de hac adultera muliere loquatur Dominus tanquam de vera vinea, fodi eam, inquit, id eſt, paſtinaui eam vineam, de muliere adultera & de filijs Iſrael loquitur Propheta tanquam de vinea quam fodiſſe & paſtinaſſe ait quindecim argenteis, pro fodiſſe Lxx cō duxi vertere, quod Hebræa vox vtrunque ſignificat paſtinare & conducere. D. Ambroſius Epiſtolarum lib. 6. Epiſtola. 39. ad Horantianum, cum dixijſſet ſeptēnarium numerum ad vetus teſtamentū pertinere, quod ſabbatum, id eſt, ſeptimus dies Iudæis fuerit ſacer, quo die Dominus requieuit ab omni opere quod patrarat, octaua dies ad nouum teſtamētum pertinet, quando Chriſtus reſurrexit, iſti ergo dies ſunt ſeptem & octo, de quibus Oſee dicit, quod eo numero conduxerat ſibi, & acquiſierit ſuæ vineæ fidei plenitudinē ſic enim habet, & abij & conduxi mihi quindecim argenteis, & coro ordei, & ſemicoro ordei, & Nebel vini, præceperat enim Dominus in ſuperioribus conducere eam, & conduxit mercedem quātitatis expreſsit: quindecim argentei ex ſeptem & octo conſtant, ſignificatur ergo Propheta acceпiſſe conſummationem plenæ fidei duorum teſtamentorum pretio, & Eccleſia vtroque teſtamento plenitudinem fidei accipit. Primo teſtamento quod ſeptenario numero ſignificatur acquiſitus eſt populus Iudæorum. Secundo teſtamento acquiſitus eſt populus nationum & gentium. Fide ergo plena conducitur meretrix, vel ex gentibus, vel ex adultero Iudæorum populo. Quod autem dixit in coro & ſemicoro ordei. In corō menſurę plenitudo eſt, in ſemicoro ſemi plena menſura, plenitudo in Euangelio,

lio, ſemi perfectio in lege iuxta illud: Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Idem Ambro.lib.9. Epiſtolarũ Epiſt.76. ſeptimus, inquit, dies legis veteris myſterium ſignificat, Octauus reſurrectionis, iuxta illud Oſee: Conduc tibi fornicariã quindecim denarijs eo quod gemino ære veteris & noui teſtamenti, hoc eſt integro fidei pretio mulier illa vago quondam & meretricio gentium conuenarum comitatu fulta conducitur & conduxit eam gomor ordei & ſemigomor per ordeum ſignificat quod imperfectos vocaret ad fidem vt perfectos redderet, per gomor intelligitur plena mẽſura, per ſemigomor ſemiplena, plena mẽſura in Euangelio eſt, ſemiplena in lege, cuius plenitudo nouum eſt teſtamentũ, vt dixit Dominus: Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Gomer ſiue Chomer, Corus eſt, Chomor & corus triginta continet modios. Modius porrò noſtros continet duos celemines. Sed quã quam D. Hieronymus vetat in luto aurum quærere, id eſt, in Iudæorum & Hęreticorum ſcriptis quærere Chriſtum, & alibi grandis prudentiæ hoc eſſe dicat, vt in luto quærat aurum, tamẽ ex Theodoriti commentarijs quædam excerpã, ex luto, ſcilicet, aurea, Nebel vini Hebraice non eſt, ſed confeſſa res eſt inter ſanctos multa ex lectione Hebræa excidiſſe quæ ſunt in trãſlatione LXX virorum, qua de re alibi dictum eſt latius, Theodoritus Nebel vini ebrietatem Iudæorũ ſignificat, qui videntes non vident Chriſtum, & audientes non audiunt, quod ebriorum eſt peculiare, ſed mihi magis placet, vt ad ebrietatem ſpiritalem referas, conducitur enim adultera ad perfectionem fidei, perfectione veteris teſtamenti quod nouo eſt perfectum & complectum, huic perfectioni magis cõgruit ſpiritalis ebrietas quam vlla cęcitas aut amentia, & Nebel vter eſt vini, aut pluuia vini, & meretrix ſiue adultera hæc cõducitur quidẽ Nebel vini, vtre vini, ſ. quod Nebel vtrem ſignificat, ſed Nebel hic cuius rei ſit typus indicat Etymologia iuxta canonem interpretandæ ſcripturę. Nebel pluuia eſt à Nabal verbo quod latine ſonat cadere, quod pluuia cælo cadat, & ſanguis Chriſti quo conducta eſt Eccleſia ex gentibus & ex populo Iudaico quæ vna eſt ex vtroque populo, ſanguine Chriſti empta & conducta eſt & acquiſita. Nam hoc verbum Hebræum ſignificat etiam, iuxta illud Actorum.20. quam acquiſiuit ſanguine ſuo, qui ſanguis velut pluuia eſt effuſus, & irrigauit locum vbi cruci ſuffixus eſt Dominus, & effunditur todo orbe quotidie per omnes Eccleſias veluti pluuia quædam cęleſtis, nam virtute cæleſtis Spiritus Sancti vinum tranſubſtantiatur in Chriſti ſanguinem. Nebel igitur hic vini ſanguis Chriſti eſt pro nobis & pro multis effuſus, veluti pluuia cæleſtis, ſed attende illud pro multis forma Hebręa dictũ eſſe rabim pro infinitis pro innumerabilibus, iuxta illud, quam dinumerare nemo poterat.

D. HIERO. Dies multos expectabis me nõ fornicaberis, & nõ eris viro, ſed ego expectabo te.

Lxx. Dies multos ſedebis in me non fornicaberis, nec eris viro, & ego in te.

CYrillus in Geneſ. M.ſ.100. Dominus, inquit, Chriſtus collegit in Eccleſia nationes, & expectat Iſrael, nec legem habentem quę doceat agenda nec ſacra, &c. Deus ſeruat Iudæos in meditatione librorum ſacrorum cum libri ſacri illis ſint obſignati, vt putat Origenes. 1.395. in Iudicum. c. 6. Homelia. 8. cum enim citaſſet hæc verba, Quia erunt filij Iſrael multo tempore ſine rege, &c. ſubiecit, vides quanta apud illos ſiccitas permanet, quanta ariditas diuini ſermonis. Non ſeruantur ergo Iudæi à Deo in meditatione ſcripturæ ſacræ quandoquidẽ Iudæis ſcriptura ſacra clauſa eſt & obſignata,

ſignata, alioqui ſi à Deo ſeruantur in ſacræ ſcripturæ meditatione quid reliquũ eſt quin fœliciſsime viuant ſaltem fœlicitate humana, ſiquidem humana fœlicitas, vt docent Plato, & Ariſtoteles in rerum diuinarum contemplatione eſt ſita, & multo maior hęc erit fœlicitas quam humana, ſiquidem Ariſtoteles duplicem facit humanam fœlicitatem, alteram quam humanam vocat, alteram quam humana conditione maiorem putat, cum homo in terra poſitus totus in Dei & rerum diuinarum contemplatione eſt fixus. Adde tu, ſi eſt fixus in cõtemplatione rerum diuinarum, non pro captu humano, ſed pro inſpiratione & reuelatione Spiritus S. Iudæos fœliciſsimos eſſe & dignos pręmio ſempiternæ fœlicitatis, quippe iuxta quoſdam ſeruãtur à Deo in vita optima, in vita contemplatiua rerum diuinarum, quæ habeat neceſſe eſt iuxta Philoſophos pro fundamento vitam actiuam: alioqui non contemplabitur bene. Et illud adde, falſum futurum, ſi hoc recipias, quod ſancti patres aiunt, Iudæis iuxta Eſaiam, librum eſſe obſignatum, Iudæos eſſe cæcos, & duces cæcorum, quod dixit Dominus, qui poteſt ſi ſeruantur à Domino in contemplatione ſcripturæ ſacrę, vident ergo ſcripturam, & Iudæi ſunt, fallit ergo Paulus & fallitur, quum interpretatur illud, menſam, id eſt, ſcripturam futuram Iudæis in ſcandalum. Procopius. 122. interpretans hunc locum, Nunc, inquit, Iſrael orbatus omnibus, quæ ſunt in lege, veluti expectat Chriſtũ, dum redeat ex vocatione nationum, & ſe quoque ad ſe vocet. Non ſedet ergo Synagoga vt matrona honeſta & pudica domi expectãs virum ſuum. Matrona honeſta, & pudica Synagoga dicetur quæ fornicatur cũ ſeptem dæmonibus, quos ſpiritus immũdus ſecum ad illam duxit? quum illa Regem gloriæ in crucem ſuſtulit, virum ſuum? expectat Deum, ſcilicet, à quo libellum accepit repudij. Sedet vidua honeſta domi Synagoga expectans virum ſuum, quæ quotidie Chriſto maledicit? Chriſtum & Chriſtianos execratur? Cyrillus in Geneſ. M.ſ. 100. & de ſpiritu & littera. 246. de hac re, & de hoc loco: vidua quidem & eiecta iacet Synagoga propter impietatem admiſſam in Chriſtum, perſeuerans in peccatis, & in ſpoliatione rerum omnium ſpiritalium, & per tam longa temporum interualla pertinax (dies multos expectabis me) Hebraice ad verbum, dies multos ſedebis mihi. Hieronymus quum alijs locis, tum in cap. 3. Abacuc in illa verba. Egreſſus eſt in ſalutem populi, ait quoſdam ſemi Chriſtianos Iudaice tranſtuliſſe locum illum, & Iudæum Aquilam interpretatum fuiſſe eundem illum locum, ac ſi eſſet Chriſtianus, quæ eo dixerim, vt appareat interpretem Iudæum, etiam quum ad verbum vertit ſcripturam transferre Chriſtiane. Vnde alibi pluribus dixi tranſlationem Lxx Iudæorum trecentis annis ante aduentum Domini editam auro contra, gemmis, margaritis, rebus omnibus pretioſiſsimis emendam, & æſtimandam eſſe, quod tanto ante tempore Chriſtum Dominum quoquo te vertas perſonat, & Chriſti myſterijs gentium aures circumſonat. Vtinã Iudæorum fraude non eſſet trunca & lacera, fuit enim apud illos per annos triginta ſupra octingentos & eo amplius. Quod ſi hoc fit, vt docet Hieronymus cũ verbum verbo redditur, quid futurum putas, cum interpres neceſſe habet ex antecedentibus & conſequentibus Prophetæ ſenſa exprimere. Quod fit hoc loco de quo agimus, neceſſe eſt, vt Iudæus Iudęum ſenſum exprimat, Chriſtianus Chriſtianum, ergo pro, dies multos ſedebis mihi, quod Hebraice eſt D. Hiero. ex antecedentibus & conſequentibus interpretatur, id eſt, expectabis me, ſcilicet, dum è gentibus ad te redeam, quia cum introierit plenitudo gentium, Iſrael ſaluus fiet, vt interpretantur etiam patres veteres, quos retuli, vt ſit: ſedebis mihi dies multos, idem quod, ſedebis expe-

expectando me dies multos, quia recipere me noluiſti, expectabis dum ad te redeo in conſummatione ſeculorũ. Lxx viri ad verbum reddidere lectionem Hebræam, qui alioqui ipſos ſenſus ſacros exprimere ſolent, hoc loco verbum verbo reddunt πολλὰς ἡμέρας ἐμοί καθήση dies multos ſedebis mihi, non apud me, nec enim congruit antecedentibus, nec conſequentibus, nec ſanctorum patrum ſententiæ, nec rei veritati. Non enim manet apud Dominum Synagoga, quæ quotidie diris Chriſtum deuouet, & execratur Chriſti nomen, & Chriſtianos, & libellum repudij accepit: quomodo ergo manet apud Deum, quæ Dei domo excluſa eſt? Vertenda eſt ergo Græca lectio ad verbum: dies multos ſedebis mihi. Theodoritus ſedebis incredula, & perfida ceſſans venire ad me, non veniens ad me, vel vt ſupra interpretati ſumus ex D. HIEronymo. Sed inquies altera lectio Lxx virorum eſt non καθήση ἐμοί, ſedebis mihi: ſed καθήση ἐπ' ἐμοί. Eſto vt hæc poſterior lectio vera eſſet, neque ſic fideliter interpres tranſlationis Lxx virorum tranſtulit, ſedebis apud me, melius tranſlaturus, aduerſus me, nam ἐπὶ etiam cum caſu dandi ſignificare aduerſum, idque frequentiſsimè docet Euſtathius in 19. iliados rapſodiam, hoc veritati, & rerum euentui, qui eſt ſcripturæ optimus interpres, congruit: nam per mille quingentos ſeptuaginta quinque annos ſedes Synagoga Chriſtũ, & Chriſtianos oppugnans, & exſecrans, & deteſtans, bellum aduerſum Chriſtum gerens immortale. Et Hebraice quæ hoc loco eſt cum pro nomine primæ perſonę affixo ſolet ſignificare aduerſum me. Id docet Euſtathius Iliad. 19. ἐπὶ ſignificare ἐναντιότητα. Cũ accuſatiuo inquies: etiã cũ caſu dãdi. Niſi velis ſibi cótrariũ eſſe prophetam, qui cap. 2. dicit: Ipſa nó vxor mea, & ego non vir eius. Nó enim caſta, aut pudica eſt Synagoga quæ à domo Domini exulat, & fornicatur per tot annos idola colens. Hebraice eſt: Non fornicaberis, non coles idola, & non eris viro: hoc eſt non eris iũcta viro. Nec enim eſt iuncta Deo, quem negat trinũ & vnum. Sed & ego expectabo te: Heb. eſt ad verbum. Sed etiam ego tibi, ſubaudiuit Hiero. verbum ſuperius ſedebo, per zeuma à ſuperiori, vt ſit, & etiã ego tibi ſedebo, id eſt, expectabo te conuenienter antecedentibus, & ſequentibus Lxx reddidere vt ſupra καὶ ἐγὼ ἐπὶ σοὶ quod inepte verteretur, & ego apud te, ſi enim Dominus apud Synagogam eſt, mendax eſt prophetia, quæ gloriam Domini migrantem ex templo Domini deſcribit: mendax Ioſephus, qui in vaſtitate Hieroſolymorum, auditam eſſe ſcribit dicentium angelorum vocem in templo Domini, Relinquamus has ſedes. Abierat ex templo Domini gloria, Dominum ſequuntur Angeli, & relinquũt ſedes, quas Dominus deſeruerat: lectio Lxx vertenda latine erat conuenienter antecedentibus & conſequentibus, vt diximus ex Euſtathio. Et ego aduerſum te: vt enim ſupra dixerat, Synagogam ſeſſuram aduerſum Dominũ, ita nunc Dominus ſe quoque futurum ait multos dies aduerſum Synagogam mala malis cumulans, perpetua captiuitate eam caſtigans, & miſerijs innumeris, & quanquam Dominus Iudæos malis obruat, tamen, vt ait Eſaias, manus eius adhuc excelſa, id eſt, in Iudæos extenta, vt non ponat puniendi modum: non vt quidã putat mala quæ Synagoga patitur, cumulanda vberioribus bonis. Sanctorum hæc conditio eſt fœliciſsima, vt pro malis, quæ patiuntur, accipiant præmia quæ nec oculus vidit, &c. non talis Synagogæ conditio, mala, quæ hic patiuntur excipient pœnæ ſempiternæ.

Vatablus conſultius inſpiciatur.

D. HIERO. Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari

Lxx.

Lxx. Quia diebus multis ſedebant filij Iſrael non exiſtente rege, nec principe, nec exiſtente ſacrificio, nec exiſtente altari, neq́; ſacerdotio.

AVguſtinus. 4. de ſeptem Dulcirij quæſtionibus lib. 1. quæſt. 5. 674. Oſee quoque Propheta inquit, cum prænunciaret tempus Iudæorum quale nũc habent. Quoniam diebus ait multis ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, ſine principe, ſine ſacerdotio, ſine altari, ſine ſacrificio, ſine manifeſtationibus. Sic nunc eſſe Iudæos ambigit nemo. Hæc Auguſtinus. Turbent nunc, quæ velint Iudæi, & Iudaizantes. Hęc dixerat Auguſtinus quadringenteſimo plus minus anno à Chriſti natali quanto acrius & vehementius nos eadem hæc dicemus à Chriſti Domini aduentu, milleſimo quingẽteſimo octogeſimo anno? promittãt ſibi ſomnia mera Iudæi eiſque noſtri faueant, & promittant Synagogæ laborum, quos nunc patitur, præmia futura vberrima: Quod ſi cum Iudæis ſperant in fine ſeculorum Chriſtum, qui Antichriſtus erit, redarguit illorum ſomnia mera, vt cum Hieronymo loquar, illud vaticinium de temporibus Chriſti. Non auferetur ſceptrum de Iuda, mille quingenti, & octoginta abiere anni poſtquam ablatum eſt ſceptrum de Iuda quid ſomniant ergo? Hebdomadis Danielis totidem ante annis ſunt tranſactæ, quomodo ergo non venit Chriſtus? poſt Chriſtum occiſum ſtatuta eſt ſempiterna deſolatio Iudææ, vt prædictum erat à Daniele, quid expectant ergo cùm videant hanc deſolationem perſtare per mille quingentos annos? Neſcies inquient aliter hæc legi, & explanari à Iudæis? ſcio, omnia vitiant miſeri Iudæi. Idem Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 18. cap. 28. tam plana putat hæc verba ex ipſa Iudæorum conditione, in qua nunc ſunt, & ex ipſo rerum euentu, vt quum hæc verba retulerit, interpretatione non putaret egere, & eſſe qualia manifeſta maxime ſcripturæ teſtimonia, quæ veteres patres non putãt interpretanda. Subiecit Auguſtinus, quis non videat nunc ſic eſſe Iudęos? Origenes Periar. lib. 4. cap. 1. refellens Iudæos ait. Quid vero dicendum eſt, quod de Chriſto prophetę ante prædixerint: non ceſſaturos principes ex Iuda, nec duces de fœmore eius vſque quo veniat ille, cui repoſitum eſt, manifeſtiſsime apparet ex his, quæ hodie peruidentur, quia ex temporibus Chriſti apud Iudæos vltra reges non extiterunt. Addit Orig. Sed & illæ iactationes Iudaicæ de templi magnificentia, de altaris inſignibus, de habitu ſacerdotali, de quibus non ſolum Iudæi, vt dixit Origenes, ſed Iudaizantes mirabili quadam animi ſui iucunditate diſceptant, & ſplendidiſsimo, vt ipſi arbitrantur verborum ambitu, quaſi non putere iam deberent illa. l. quaſi non relicta ſint, ſicut tugurium in cucumerario, quod dixit Eſaias. Sed pergit Origenes omnia deſtructa ſunt, completa eſt propheta illa: per dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, ſine principe, &c. Et pergit quidẽ Orig. Si verũ eſt defeciſſe principem ex Iuda, & ducẽ de fœmore eius, ſi verum eſt dies multos ſedere filios Iſrael ſine rege, ſine principe, ſine ſacerdote, ſine altari, vtique ex quo ſubuerſum eſt templum, neque offeruntur hoſtiæ, neque altare inuenitur, neque ſacerdotium, conſtat ergo veniſſe Chriſtũ qui expectabatur. Hæc omnia tam acriter Orige. aduerſus Iudęos, quia hæc duo inter alia multa ſunt aduerſus Iudæos firmiſsima & inſolubilia argumẽta, quibus refellitur impietas Iudaica, ne miretur quiſquã quod aduerſus hos duos ꝓphetarũ locos Iudæi & qui rabinica ſectantur, tã multa moliantur. Lege Hiero. Tomo, 3. ad Marcellam ſub finẽ. Sed hęc ita omnes ſacri ſcriptores interpretantur.

D. HIERO. Sine Ephod, & ſine Theraphin.

L XX. Nec ſacerdotio,nec manifeſtatione.

EPhod ſuper humerale ſummi ſacerdotis, pallium ſummi ſacerdotis, quod erat veſtis ſuprema quæ ipſum tegebat, pro hac accipiendum eſſe Ephod hoc loco docent Lxx. viri qui pro Ephod reddidere ſacerdotium, vt doceāt veſtem ſacerdotis ſumi pro ipſo ſacerdotio, hoc eſt: diebus multis ſedebunt filij Iſrael, nec exiſtente rege, nec principe, nec ſacrificio, nec altari, nec ſacerdotio, nec manifeſtatione: pendet enim à ſuperioribus, quibus prædixit Propheta, futuros Iudæos quales nunc ſunt, & fuere ad noſtrá vſque tempora poſt paſſionem Chriſti, ſine rege, ſine principe, ſine templo, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine pallio ſacerdotali, quod interpretantur Lxx, id eſt, ſine ſacerdotio. Et Ephod quidem quod eſt pallium ſacerdotis ante vaſtitatem Iudææ cœpit eſſe ſub poteſtate Romanorum, & ſeruari in arce Hieroſolymorum, cui nomen erat Antonia, à quibus, quum ſacrificandum erat, ſummus ſacerdos petere eam habebat neceſſe, vt leges apud Ioſephum de antiquitate libro vigeſimo, capite primo: de ſacra veſte pontificia, quæ ſub Romanorum poteſtate erat, tanquam futura apud Romanos, apud ſumum Pontificem Romanorum: de veſte pontificia, quæ ſub Romanis Imperatoribus erat, & ex quo tempore eſſe cœpit ſub Imperatoribus Romanis, dixerat Ioſephus multa libro de antiquitate. 15. cap. poſtremo. Theraphin ait R. Abraham imaginem eſſe, in quā viderentur res futuræ: quanquam rabini multa de hac voce mentiantur, non tamen vt negent, quod diximus, verum eſſe imaginem eſſe in qua viderentur res futuræ, aut fuiſſe pretioſos lapides in humero ſummi ſacerdotis, quibus admirando quodam fulgore Dei præſentia manifeſtabatur quum aderat opem laturus Iudæis, vt docet Ioſephus de anquitate lib. 3. cap. 10. & Chryſoſtomus tomo. 5. oratione. 3. aduerſus Iudæos, vbi argumentis multis inſolubilibus reuincit Iudæos, & oſtendit aduenisse Chriſtum: & argumenta illa inſolubilia (quæ cogunt Iudæos, aut varia diſpunctione, aut vnius duarumve litterarum flexu vitiare ſcripturam, aut etiam vnius dictionis mutatione facta poſt tempora Diui Hieronymi) claudit hoc argumento, quod retuli ex Ioſepho Iudæo: poſt tempora Chriſti ſplendorem illum qui exoriri ſolebat ex gemmis pretioſis quæ in veſte ſacerdotis erant, quum Dominus aderat laturus opem, eſſe iam deſijſſe. Sed dices Ioſephum Iudæum prodidiſſe ſplendorem illum pretioſorum lapidū in veſte ſummi ſacerdotis quo præſentia Domini monſtrabatur, & ſignificabatur auxilium præſens Domini, ducenteſimo anno ante ſua tempora ceſſaſſe: vnde conſtare dices ceſſaſſe ante tempora Chriſti centeſimo & ſexageſimo anno. Oſtendimus alibi, quod Ioſephus Iudæus eſſet, ex hiſtoria multa mutaſſe, ne proderet ſe & ſuos: ſed fac ita eſſe, vt prodidit Ioſephus, ante vaſtitatem Iudææ imminente ſumma ruina, quod Iudęi Chriſtum non eſſent recepturi, auferre cæpit ſingula, vt veſtem ſummi ſacerdotis, quam diximus fuiſſe ſub Romanorum poteſtate, & legem ſummi ſacerdotis, qua cautum erat, vt vnus eſſet tantum; erant enim duo ſacerdotes ſummi temporibus Chriſti, quod, vt ait Ioſephus, lex vetus iam incipiebat antiquari. Ergo pro Theraphin Lxx, vertere manifeſtationem, interpretati videlicet Theraphin eſſe lapides illos pretioſos in ſacra veſte Pontificis ſummi, quibus præſentia Domini manifeſtabatur: qui typus erat Chriſti venturi ad manifeſtanda hominibus cæleſtia, ad clarificandum & manifeſtandum Patrem hominibus, & ſpiritum ſanctum, iuxta illud: Manifeſtaui nomen tuum

hominibus,& ita Chriſtus Dominus, vt alibi dictum eſt ex ſanctis patribus dicitur in ſcriptura Veritas & Manifeſtatio. Hæc igitur manifeſtatio, quæ ſplédebat in gemmis pretioſis, typus erat Chriſti, qui oriturus erat vt ſol ſplendidiſsimus mundo, & editurus erat ſummum ſplendorem in Apoſtolos miraculis, & prodigijs, quibus intra breuiſſimum tempus totum Orbem ad Chriſtum conuertère homines pauperes, idiotæ, rudes litterarum præſentia ſpiritus ſancti, ſcilicet, prodigijs innumerabilibus, quibus præſentia filij Dei manifeſtabatur veluti in gemmis illis pretioſis: nam Apoſtolos appellatos eſſe lapides pretioſos, oſtendimus in cap. 60. Eſaiæ. Ceſſauit ergo vmbra poſtquam venit veritas: ceſſauit ſplendor gemmarum veſtis pontificij, quibus ſignificabatur præſentia Domini venturi, poſtquam vt ſol ſplendidiſsimus illuxit Chriſtus mundo, & ſplenduit in ſuis Apoſtolis gemmis pretioſiſsimis. Huc alluſit Cyrillus de ſpiritu & littera. 231. vt enim antequam diluceſcat, iamiam ſole orituro obſcurantur aſtra, obſcuratur lucifer, ita iam aduentante Chriſto qui ſol ſplendidiſsimus oriebatur ſedentibus in tenebris & vmbra mortis obſcurabantur ea quæ diximus de lege veteri.

D. HIERO. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſsimo dierum.

LXX. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deũ ſuum, & Dauid regem ſuum, & ſtupebunt in Domino, & in bonis eius in nouiſsimo dierum.

AVguſtinus. 4. Tomo de octo Dulcitij quæſtionibus quæſtione. 8. cum docuiſſet Chriſtum in ſcriptura Dauid appellari, idque multis exemplis comprobaſſet, ſubiecit: Oſee quoque propheta cum prænunciaſſet Iudæorum tempus, quale nunc habet, & in Chriſtum poſtea credituros, eundem Chriſtum Dauid nomine prophetauit, dicens: Quoniam multis diebus ſedebunt filij Iſrael, &c. Sed quod ait Apoſtolus gentibus loquens, Sicut enim vos aliquando non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſequuti eſtis propter incredulitatem eorum, ita & iſti nunc non crediderunt in veſtra miſericordia, vt & ipſi miſericordiam conſequantur: hoc propheta iſte tanto ante præuidens adiungit: & poſt hæc reuertentur filij Iſrael. Et inquirent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & ſtupeſcent in Domino, & in bonis ipſius in nouiſsimis diebus. Ecce hic (inquit Auguſtinus) per Dauid nomen prophetatus eſt Chriſtus, quoniam quando iſta prophetabantur, Dauid multo ante dormierat, Dominus Ieſus ex eius ſemine fuerat in carne venturus, propter quod prophetico loquendi modo appellatur Chriſtus Dauid. Idem Auguſtinus de ciuitate Dei libro decimooctauo, capit. 28. Iſtos, inquit, carnales Iudæos, qui nunc Chriſto nolunt credere, olim credituros, id eſt, filios eorum teſtatur propheta dicens. Quoniam diebus multis, &c. Deinde & poſt hæc reuertentur, &c. Et recitata prophetia ſubiecit: nihil iſta prophetia manifeſtius, qua Dauid nomine ſignificatus eſt Chriſtus, qui vt ait Apoſtolus factus eſt de ſemine Dauid ſecundum carnem. Cyrillus de ſpiritu & littera, quũ citaſſet hunc locum totum, ſubiecit ſignificari hoc vaticinio Iudæorum conditionẽ, in qua nunc ſunt, & ſaluos futuros in Chriſto in nouiſsimis tẽporibus, quũ intrauerit plenitudo gẽtiũ: & appellari ait Chriſtũ Dauid, quod ex

eius tribu ſit oriturus. Et in principio lib.11.de ſpiritu & littera, idem repetit, & in Geneſ. de Patriarcha Iacob, ita hunc eundem locum interpretatur. Palæologus diſputans aduerſus Iudæos, quum in hanc ſententiam hunc locũ citaſſet ſubiecit Chriſtum Dominum appellatum Deum propter diuinitatem, verbis illis. Reuertentur, inquit, ad Dominum Deum ſuum, & propter humanitatem appellatum Dauid regem ſuum, quod ex radice Dauid proceſſerit. Vbi enim, inquit, bona Dauid in nouiſsimis diebus erant futura, & non ſolum ſimpliciter bona, ſed quæ ſtupore videntium animos imbuant, niſi intelligas, quæ nec oculus vidit, &c. Sic Procopius pene verbis iiſdem in Gen.

CAPVT. IIII.

D. HIERO. Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudiciũ Domini cum habitatoribus terræ, non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra: maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium innundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.

LXX. *Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domini ad habitantes terram, quia non eſt veritas, nec miſericordia, nec ſcientia Dei ſuper terram: maledictio, & mendacium, homicidium, & furtum, & adulterium effuſum eſt ſuper terram, & ſanguinem in ſanguine miſcent.*

CYprianus ad Demetrianum hæc verba refert ad Dei plagas, quibus homines malos afficit, & quibus ſcelera & flagitia hominum caſtigat; quæ quum nihil hic malos moueant, nec eos ad Deum conuertant, manet poſtmodum carcer æternus, & iugis flamma, & pœna perpetua: ſiquidem propheta clamat: Audite ſermonem Domini filij Iſrael, quia iudicium Domini eſt aduerſus incolas terræ, eo quod nec miſericordia, nec veritas, &c. Addiditque indignari Deum, quod agnitio Dei non ſit in terra: nec Deus agnoſcitur aut timetur: delicta mendaciorum, libidinum, fraudum, crudelitatis, impietatis, furoris Deus increpat, & incuſat, quod ad innocentiam nemo conuertitur. Quæ verba Cypriani referri poſſunt, vt in vniuerſum nobis dicatur, puniri nos à Deo quidem, non corrigi tamen, & inter ipſas pœnas malos nos eſſe adhuc, vnde maiora multo mala importata nobis à Deo propter noſtra peccata incurrimus, quod caſtigati non reſipiſcimus, & incurrere omnia detrimenta malumus, quam à peccato diſcedere: quaſi peccatores, ſi caſtigati malis non reſipiſcant, non maneant cruciatus ſempiterni. Et ſic lib.3. teſtimoniorum Cypriani ad Quirinum cap. 47. Probat hoc teſtimonio Oſee delicto & merito noſtro fieri vt laboremus, nec Dei opem in omnibus ſentiamus, & citat totum hoc teſtimonium ad verbum. Et Chryſoſtomus de libello repudij. 3.961. illa verba ſanguinem ſanguine miſcent eodem videtur referre. Nam hæc verba de crudelitate Iudæorum interpretatur. Et. 5. 658. de prouidentia Dei lib.3. his Prophetæ verbis illud argui, quod non modo caſtigati à Deo non reſipiſcimus, ſed ad deteriora progredimur. Et verbis illis: execratio, & mendacium, & furtum, & adulterium, & homicidium, effuſa ſunt in terra, &c. docet Chryſoſtomus licentiam peccandi,

& copiam malitiæ declarari. Quod ſi ita eſt, quæres merito quomodo hæc ſuperioribus cohæreant? quũ de excluſione Iudæorũ ſuperiore capite dictũ ſit: nec in Eccleſiam recipiendos Iudæos vſque ad fines ſeculorum, quum intrauerit plenitudo gentium: cauſam ſubijcit Propheta, quod centies propter immania flagitia caſtigati à Domino, non modo non reſipuiſſent à peccato, ſed in dies magis ac magis fuerint dediti omnibus flagitijs. Et dictum eſt ſupra, canonem eſſe interpretandæ ſcripturæ, quoties de Chriſto prędictum eſt, aut de excluſione Iudæorum, (quod vtrunque ſuperiore capite eſt factum) ſubijci crimen idololatriæ, aut auaritiæ, aut alia ſcelera, & flagitia: quod ea cauſa fuerit, vt permiſerit Dominus eos occæcari, & indurari: & quod pater cæleſtis non traxerit eos ad Chriſtum, iuxta illud. Nemo venit ad me, niſi pater cæleſtis traxerit eum: aut quod magis puto, hæc de Chriſti paſsione dicta ſunt, & vaſtitate Iudææ poſt Chriſti crucem: tamen ſcriptura diuina talis eſt, vt dum prædicit Chriſti myſteria, etiam inſtituat hominum mores, & ad ſimilia transferatur: quod docet canõ ſcripturæ à maioribus pręſcriptus: quod factum deprehendes in omnibus prædictionibus de Chriſto ferè, ſi attente ſanctos patres legas. Dices, quomodo ergo intelligam quis ſit proprius ſenſus, ſi ad hæc atque ad illa, & ad ſimilia referri ea videmus? facilis eſt reſponſio, ex antecedentibus & conſequentibus facile intelliges. Nam ex conſequentibus & antecedentibus ſcripturam interpretari maxime à noſtris, & à Iudæis eſt obſeruatus canon, quo noſtri Iudæos vrgent, & Iudæi quoque Chriſtum oppugnare contendunt. Theophylactus: Nunquid hęc, inquit, de Chriſto dicuntur? & de chriſticidis Iudæis, non eſt veritas nec miſericordia? veritas enim Chriſtus eſt; & cognitio Dei, ait enim: qui videt me videt & patrem meum: quem Iudęi non receperunt (erat in ipſis maledictio) id eſt, conuitium, appellabant enim Samaritanum, vini potorem, dicebant dæmonium habere. Hæc interpretatio Theophylacti mihi multo magis placet duplici nomine, tum quia conſentit antecedentibus, vt dixi, & conſequentibus; tum propter canonem præſcriptum ab Auguſtino: quoties aliquid ex æquo referri poteſt ad Chriſtum, & ad aliud, ad Chriſtum eſſe referendum, quod finis ſcripturæ eſt Chriſtus, & quod Chriſtus, & Apoſtoli prophetias de Chriſto eſſe ſcriptas nos docent. Sic igitur conuenienter his, hæc interpretabimur. Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ. Ad iudicium vocat Dominus habitatores terræ, ipſe ad Pilatũ, & ad Anam, & Caipham, ad iudicium eſt tractus, & in iudicio ſtetit humilis, ſedentibus Iudæorum Principibus ſtabat rex gloriæ humilis iudicandus, & damnatus eſt: ſed qui in iudicio humilis ſtetit, poſt reſurrectionem in iudicium vocat Iudæos, & Iudæam vaſtat: quod apud Eſaiam cap. 50. ait ipſe. Per me hæc facta ſunt vobis. Hæc eadem apud Eſaiam dicta ſunt cap. 3. vide ibi noſtra commentaria. Ergo in paſsione tanquam agnus coram tondente in iudicio ſtetit: poſt crucem acerbiſsimas pœnas à Iudæis exegit, omnes incendio, ferro, fame, peſte conſumpſit. Non eſt enim veritas, allegaſtis enim duos falſos teſtes, & appellaſtis Dominum ſeductorem: & dixiſtis: ſeducit turbas, quum vere intra vos dixeritis: hic eſt hæres, venite occidamus eum: quæſiſtis falſos teſtes aduerſum Dominum, miſiſtis legatos per totum orbem, vt docerent blaſphemare nomen Domini. (Neque miſericordia:) vere enim, vt eſt apud Hieremiam, aduerſus Dominum fuiſtis, tanquam leo in ſilua, & Regem gloriæ, quod ait Lactantius, vt pecudem mactauerunt Iudæi: concordat hoc cum illo Euangelij: & quem Prophetarum non occidiſtis? Et poſt cruce affectum Dominum

immanes

immanes fuiſtis, & efferi in eos qui Chriſto crediderant. Procopius ſanctos, inquit, interficiẽtes, & Apoſtolos, vt olim prophetas interfeciſtis, poſtquã dixiſtis: Hic eſt hæres. Et non eſt ſcientia Dei in terra: noluere enim recipere in Iudæa lucem Euangelij (maledictũ) quum diceretur Dominus Samaritanus, vini potor, quid hunc auditis: (mendacium) quũ ſubornauerunt Iudæi cuſtodes ſepulchri, vt dicerent ſublatum furto à Diſcipulis corpus Domini, quum dicebant: in Beelzebub eijcit dæmonia (& furtum) Theophylactus: Erat in ipſis furtũ, quũ Iudam ſubornauerunt, vt Chriſtum Dominum triginta argenteis eis venderet: vox Græca & Hebræa verti poteſt fur: & referri poteſt ad illud, tanquam ad latronem exiſtis ad me: & ad illud: crucifixus eſt Dominus inter duos latrones, vt crederetur Dominus occiſus vt fur, (& ſanguinem ſanguini miſcuerunt) nec erat modus fundendi ſanguinis martyrum Domini, & diſcipulorum Domini. Theophylactus: ſanguini Prophetarum ſanguinem Domini & Martyrum miſcuerunt. Chryſoſtomus etiã in cap. 21. Matthæi Homelia. 69. eodem refert hunc locum (adulterium) Procopius in Geneſ. adulterium fecit Synagoga, quũ ſe dederet voluptatibus, & ſacrificaret idolis: & infra idem Procopius: adulterium fecit Synagoga quum relicta Dei doctrina mandata hominum docebat: & quum adulterabat ſcripturas, quum eius ſacros ſenſus peruertebat & deflectebat alio: vt auerteret plebem à Chriſto. Hęc Procopius: & nunc noſtris temporibus adulterat multo magis, & tamen habet ſuos amatores, & ſtudioſiſsimos amatores. Et adulterium fuit etiam, quum dicente Pilato: Regem veſtrum crucifigam? populus reſpondit: Non habemus regem niſi Cæſarem: erat enim Synagoga matrimonio cum Deo cõiuncta, relicto ergo marito Deo præoptat adulterum Cæſarem.

D. HIERO. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucri cæli, ſed & piſces maris congregabunt. Verũtamẽ vnuſquiſque non iudicet, & non arguatur vir, populus enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti, & corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum.

L XX. Ideo lugebit terra cum omnibus qui habitant in ea, cum beſtijs agri, cum volatilibus cæli, piſces maris deficient, vt nullus, nec iudicet, nec arguat quiſquam, at populus meus ſicut ſacerdos, cui contradicitur, & infirmabitur per diem, & infirmabitur, & Propheta tecum.

THeophylacti commentaria hic vetuſtate ſunt corroſa, tamen hæc omnia ad vaſtitatem Iudææ referre videtur, qua vaſtatos ait, & deletos non ſolum locupletes, qui beſtiarum inſtar & animantium venenatorum, & auium rapacium in pauperes irruebant, ſed reliquam quoq; turbam, quod factum ſub Adriano Imperatore leges apud Dionem. Nam ſub Veſpaſiano pauperum multa millia liberi abire ſunt permiſsi: poſtea ſub Adriano promiſcue omnes ferro & igni conſumpti ſunt. Iuxta hãc ſententiam ſic interpretabimur: Propter hoc lugebit terra, vaſtabitur Iudæa poſt crucem Domini, & quæ erant amœniſſima, & habitatoribus frequentiſsima in vaſtitatẽ redacta lachrymas excitabũt, & luctũ omnibus qui eã viderant, vt ait Ioſephus quũ alijs locis, tũ in proœmio ſexti libri dẽ bello Iudaico (in firmabitur omnis qui habitat in ea) quaſi dicat: omnes Iudęorũ exercitus, & multitudo omnis Iudæorum Hieroſolyma cõfluxerat,

quæ viribus humanis inexpugnabilis videbatur: & tanta fames & peſtis in Hieroſolymitas obſeſſos à Romanis cę pit ſæuire, vt redacti omnes in maciem non poſſent contra Romanos ſtare, nec arma tenere manibus, vt. 5. lib. de bello Iudaico leges. (In beſtia agri, & in volucri cæli) prædicitur dira fames, quæ illo tempore fuit, & inopia rerum omniũ. (Verumtamen vnuſquiſque non iudicet,) & hoc aliud malum erat, quo nihil miſerius eſſe potuit. Iudæi obſeſsi à Romanis Hieroſolymis, foris armis Romanorum oppugnabantur acerrime, intus fame, & peſte peribant: & tyrannorum ſeditionibus, paſsim à ſeditioſis hominibus cædebantur Iudæi, per vias necabantur, vapulabant, ſpoliabantur, Principes Iudæorum fuſtibus cædebantur, nec erat qui argueret, qui reprehenderet, aut doleret factum, aut vetaret, nec aduerſus quenquam erat iudicium: ita peribat Iudæorum multitudo foris Romanorum armis, intra muros peſte, fame, tyrannorum armis, nec iudicium erat aduerſus tyrannos, nec qui prohiberet, nec qui auderet hiſcere, ſic hæc Ioſephus. Ergo vnuſquiſque non iudicet, vel vt Lxx dixere, vt nullus nec iudicet, id eſt, hæc mala eos premẽt, vt nemo audeat dicere maleſactum, nec audeat factum reprehendere. (Populus enim tuus ſicut qui contradicit ſacerdoti) cauſa redditur vaſtitatis Iudææ, quod vniuerſus populus Iudæorum inſurrexit aduerſus Chriſtum, qui ſacerdos in æternum eſt ſecundum ordinem Melchiſedech, & contradixit Chriſto dicens: Non habemus Regem niſi Cæſarem, & fuit ſicut populus contradicens ſuo ſacerdoti Chriſto, ſic Theophylactus hæc intellexiſſe videtur: nam quam uis eius in hæc loca commentaria deſyderentur, reſtant tamen hæc verba: vbi nunc ſacerdotia ſunt apud Hebræos qui repulere à ſe Chriſtum? Quę verba arguunt Theophylactum ſuperiora verba de Chriſto ſacerdote fuiſſe interpretatum: & ſubieciſſe poſtea, ideo priuatos Iudęos ſacerdotio, quod Chriſtum ſacerdotem in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech à ſe repulerint. (Et corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum) habuere Iudæi quum obſiderentur à Romanis pſeudoprophetas qui eos decepere, qui Dei opẽ illis iamiam affuturam pollicebantur, & in cauſa fuere cur Iudæi non ſe dederint Romanis, vt leges apud Ioſephum de bello Iudaico lib. 6. Perituros ait Iudæos, & ipſos pſeudoprophetas qui eos decepere ſimul: quod factum eſt, & hiſtoriæ euentus comprobat.

D. HIERO. Nocte tacere feci matrem tuam, conticuit populus meus eo quod non habuerit ſcientiam, quia tu ſcientiam repuliſti repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum, & ego: ſecundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo.

L X X. Nocti aſsimilaui matrem tuam, aſsimilatus eſt populus meus quaſi non habens ſcientiam, quia ſcientiam repuliſti repellam te, & ego ne ſacerdotio fungaris mihi., oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum, & ego: ſecundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam ponam.

TRanſlatio, Lxx prius erit explicanda, quam interpretantur ſancti: inde noſtram vulgatam explanabimus.

Hunc

Hunc locum citat Alexander Papa Epiſtola.2.de cauſis & grauaminibus ſacerdotum, & iuxta canonem, de quo in principium huius capitis diximus, ad ſimilia refert. Omnes enim prophetiæ de Chriſto, præſertim quę aduerſus Iudæos dicuntur, ad nos referri poſſunt, ſi in ſimilia crimina inciderimus: quod paſsim fieri in ſanctis patribus reperies. (Nocti aſsimilaui matrem tuam,) dixi commentaria Theophylacti hoc loco vetuſtate eſſe exæſa. Athanaſius de communi eſſentia Patris & filij, & ſpiritus ſancti cap.4. probat Iudæos filios tenebrarum appellari, & hoc loco Oſee id probat: Nocti comparaui matrem tuam, & exponens quid eſſet nox, ſubdidit talis redditus eſt populus meus, qualis qui cognitionem non habet. Ergo, inquit Athanaſius, vbi cognitio, ibi eſt lux: vbi ignoratio, ibi tenebræ. Vnde Apoſtolus: nos non ſumus filij noctis, & tenebrarum, ſed filij lucis, & diei. Et probat Athanaſius ex Hieremia lumen fuiſſe ablatum à Iudæis occiſo Chriſto, ſcilicet, aſsimilata nocti Synagoga eſt mater Iudaici populi. Procopius.52. Nocti aſsimilaui matrem tuam. Qui diſceſsit à lumine, inquit, in tenebris eſt, & qui à Deo, qui eſt ſcientia, & ſapientia diſcedit, eſt in ignoratione. Nam qui ſe occultant à lumine, non intelligunt diuinam reſurrectionem. Cyrillus de ſpiritu & littera.128. de Hieruſalem hoc interpretatur, quod idola coleret. certe non interpretatur de decem tribubus. Conſuetudo, inquiés, eſt diuinitus inſpiratæ ſcripturæ, Nocti aſsimilare eos, qui cognitionem Dei nõ habent, vt Dominus ad Hieruſalem dixit: Nocti aſsimilaui matrem tuam, aſsimilatus eſt populus tanquam non habens cognitionem. (Aſsimilatus eſt populus quaſi non habens ſcientiam) quod Athanaſius legit: talis redditus eſt populus meus, qualis qui cognitionem non habet: iam hoc interpretati ſumus ex Athanaſio. Theophylactus: quod repulit Iudæorum populus à ſe Chriſtum qui eſt vera cognitio & vera ſcientia, & verum lumen. Iuxta interpretationem Theophylacti vulgatam ſic interpretabimur: (Nocte tacere feci matrem tuam.) Nam verbum Hebræum tacere feci ſignificat & aſsimilare, Quod vna nocte capta eſt ab Idumęis Hieruſalem, vt diſces ex Ioſepho, illa inquam quæ inexpugnabilis eſſe videbatur, vna nocte eſt capta iuxta prophetarum prædictiones. Putabant Iudæi, ita munijſſe Hieruſalem, vt humanis viribus expugnari non poſſe videretur, & tamen vna nocte capta eſt, & conticuit capta occiſis principibus Iudæorum: cõticuit quoque populus. Nam reliquum bellum Iudaicum in Hieroſolymorum obſidione fuit: vtrum eſſet Idumęorum, à quibus erat capta, an Romanorum, qui eos obſidebant: conticuit ergo populus, eo quod non habuerit ſcientiam repulſo Chriſto, ſcilicet, in quo erat theſaurus ſcientiæ, & ſapientiæ: vt interpretatur Theophylactus. Nam ideo vrbs Hieroſolyma & tota Iudæa vaſtata eſt, quod non receperit Chriſtum, & illum cruce affecerit. (Quia tu ſcientiam repuliſti repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi.) Theophylactus: Quia tu repuliſti prophetias de Chriſto, quia noluiſti intelligere, repellam te à ſacerdotio, ceſſare faciam veſtras ceremonias, & veſtra ſacrificia, ne ſacerdotiũ ſit apud Iudæos excluſos ab Eccleſia. Chryſoſtomus.5. 325. hunc locum Oſee citat, vt oſtendat nunquam Deum hominem deſerere, ni ſi ipſe velit: iuxta illud Euangelij: Quoties volui congregare vos ſicut gallina cõgregat filios ſuos? & iuxta illud: veni, & nõ erat homo. (Et oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorũ tuorũ & ego) Theophylactus relinquens ipſos, ſcilicet, & nõ trahés ipſos ad ſacrũ baptiſma, & permittens vt maneãt in lege veteri. (Secundũ multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi.) Theophylactus, vt ſunt innumerabiles, ita eorum peccata aduerſum me innumerabilia ſunt: omnes ſimul in paſ-

ſione mea contra me ſteterunt, præter eos intellige, qui Chriſto credidere: iuxta illud: reſpexi & non erat vir. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Theophylactus: vaſtabo eos bello Romanorum, & reſiduos ignominioſos relinquam captiuos, ſcilicet, & miſeros in ſumma ignominia: & à cruce Domini vſque ad noſtra tempora videmus eos ignominioſiſsimos apud omnes nationes. Quæ maior ignominia inquit Theophylactus, quam quod filij regni erant, & filij adoptionis, & excludentur? hanc ignominiam agnoſcent aliquando, & reuertentur ad Dominum.

D. HIERO. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum, & erit ſicut populus, ſic ſacerdos, & viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.

LXX. Peccata populi mei comedēt, & in iniquitatibus eorum accipient animas eorum, & erit ſicut populus, ſic ſacerdos, & vlciſcar ſuper eum vias eius & cogitationes illius reddam ei.

CYrillus in Leuitici cap. 6. lib. 5. ait: ſacerdotes peccata populi comedere debere: & citat in hanc ſentētiam: peccata populi mei comedent: & Chriſtum eſſe hoſtiam pro peccato, & ſacerdotem ſimul, qui offert hoſtiam, & com medere peccata populi, quia Deus noſter ignis conſumens eſt peccata, ſcilicet, quæ purgat, quod ſacerdotes eius typim fide ſaluatoris venturi faciebant: ergo qui comedere debebant peccata populi, populum ad peccata immania incitabant. Idem ait Origenes in cap. 6. Leuitici Homelia. 5. 136. verbis eiſdem. Theophylactus: peccata, inquit, appellat oblationes pro peccatis: tranſit, ait, ad reprehendendos ſacerdotes, qui oblationes populi pro peccatis accipiunt, & quum tantos fructus populi colligant, non reprehendunt populum pro peccatis, ſed ipſi ſpondet pro peccatis eorum. In nos, inquiunt, hæc peccata recidant, & illorū peccatorum iudicium, & pœna: vt qui ad Pilatū dixere: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: addidere igitur illis animos ad cruci affigendum Chriſtum. (Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos) Theophylactus eadem pœna afficietur populus, & ſacerdos, qui ſpopondit pro animabus eorum, qui Chriſtum affecera cruce: & vno ordine ducitur populus, & ſacerdotes: Ecce, inquit Theophylactus, dignitas ſacerdotalis vertitur in ignominiam populi. (Et viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam eis.) Theodoritus: vltus eſt enim Deus chriſticidarum Iudæorum itiones, reditiones ad prehendendum Dominū, ad trahendum ad Annam & Caipham, ad Herodem, & Pilatum, & Iudæorum concilia, & conſilia, quæ cœpere aduerſum Chriſtum. Nam Lxx pro cogitationes, reddidere conſultationes, & conſilia. Iſychius in Leuiticum lib. 7. 170. Peccata populi mei comedent: interpretatur, pœnas ſuſtinebunt pro peccatis populi mei, dignaque ſe pati peccatis ſuis dicent: & ſi quædam peccata ſua confitentur, quædam tegunt, quę in Chriſtū commiſerunt: Hæc Iſychius: vnde verba illa: & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animos eorum, videtur ſic intellexiſſe: addent ſtimulos impietati Iudæorum ſacerdotes ipſi, vt Chriſtum Domi num afficiant cruce. Alexander. PP. tomo primo conſiliorum Epiſtola. 2. quū hunc locum citaſſet, ait: Sacerdotes pro populo interpellant, & populi peccata comedunt: quia precibus ſuis & oblationibus ea deleant, atque conſumant: qui

quanto

quanto digniores ſunt, tãto facilius pro neceſsitatibus exaudiuntur. Multum enim valet, ait D. Iacobus, deprecatio iuſti aſsidua. Vita ſacerdotis quantum valeat, & quomodo, te docebit Auguſtinus, & D. Thomas, & alij Theologi, nunc interpretationi prophetæ operam damus.

D. HIERO. Et comedent, & nõ ſaturabuntur, fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniam Dominum derelinquerunt in non cuſtodiendo, fornicatio, & vinũ, & ebrietas auferunt cor.

Lxx. Et comedent, & non implebuntur, fornicati ſunt, & non dirigentur, quia Dominum dereliquerunt, vt non cuſtodirent, fornicationem, & vinum, & ebrietatem ſuſcepit cor populi mei.

THeophylactus dupliciter hunc locum explicat: tum crebra Iudæis ingerã mala, & ita mala malis cumulabo, vt quemadmodũ voraces alios cibos alijs ingerunt, & non ſatiantur tamẽ, ita ipſi peccatorũ fructus, id eſt, pœnas meritas, comedẽt alios ſuper alios, vt non videãtur ſatiari: & vt helluones, quum multa ederint, videntur non ediſſe: ita ipſi Iudæi innumeris calamitatibus caſtigati videbuntur non caſtigati, nec puniti: ita pœnas pęnis cumulabo. Vel edẽt rabini, id eſt, legent ſcripturam noctes & dies, & eam verſabunt manibus, nec animæ eorum alentur, ſed eſurient: iuxta illud Amos: laborabũt fame verbi Dei, quoniam panem qui de cælo deſcendit, non edunt, & Chriſtum à ſe repulerunt. (Fornicati ſunt & non ceſſauerunt.) de ſacerdotibus, inquit Theophylactus, hæc dicuntur, & de crimine idololatrię, quæ fornicatio dicitur in ſcriptura. Dixi poſt vaticinia de Chriſto moris eſſe in ſcriptura, vt ait Procopius, ſubtexere crimen idololatriæ, quaſi dicat irritauerunt me in eo, qui non erat Deus, & ego irritabo eos in eo qui non eſt populus: & illi prætulerunt mihi idolum, qui non eſt Deus, ego excluſis illis præferam illis eũ qui non eſt populus, populum gentium ſcilicet, qui quum pro dijs coleret lapides, & ligna, indignus erat, qui populus diceretur. Et ita in ſcriptura nationes ſemper fere beſtiæ agri appellantur, feræ, ſerpentes, indigni prorſus nomine hominũ. Iudæi ergo colent idola, quod eſt fornicari, nec impietati ponent modum, & ideo permiſsi ſunt à Domino excęcari, & nõ agnoſcere Chriſtũ, (quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiẽdo;) derelicto Chriſto: vt enim dictum eſt Eſaiæ. 3. ablatum eſt à Iudæis omne robur panis cæleſtis, & omne robur aquæ ſpiritus S. & ita ruere in omne nefas, nec poterant abſtinere à nefario ſcelere, repulſo à ſe Chriſto, & eius gratia: quod declarant verba ſequẽtia. (Fornicatio, vinum, & ebrietas auferũt cor,) Iudæorum, ſcilicet, Theophylactus: ebrietas omnis animi perturbatio, omnis praua animi affectio, ſiue ea ſit libido, aut ſuperbia, ira, aut auaritia, ebrietas dicitur: & hæc tam ad tempora prophetæ, quam ad tempora Chriſti referre poſſe ait qui panem, qui è cælo deſcendit, Chriſtum repulerunt: & legũt ſcripturas, & nihil promouent: & luunt peccatorum ſuorum pœnas, nec finis pœnarum: & quia nec ipſi peccandi finem faciunt. Ait ergo Theophylactus, etiam implicati ſacerdotes erant idololatria, nec deſiſtebant incæpto, volutabantur in vitijs, & libidinibus, nec faciebant peccandi finem. Dicuntur hæc de ſacerdotibus, ſiue ante Chriſti tempora, ſiue Chriſti temporum, qui cum hęc eradicare è populo deberent, ipſi hæc defendebant, & Phariſaicam doctrinam tuebantur.

D. HIERO. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei, ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo ſuper capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant Thimiama, & ſubtus quercum, & populum, & Therebinthum, quia bona erat vmbra eius.

LXX. In ſymbolis eorum interrogabant, & in virgis ſuis annunciabant ei, ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt, & fornicati ſunt à Deo ſuo, ſuper vertices montium ſacrificabant, & ſuper colles immolabant, ſubter quercum & populum, & arborem vmbroſam, quia bonum vmbraculum.

Procopij canon, de quo ſuperiori commentario, in hunc locum eſt transferendus: igitur prædictionibus de Chriſto, ſubijcitur crimen idololatriæ: vt oſtendatur hæc eſſe cauſa excluſionis Iudæorum, & vocationis gentium: & quod apud Hieremiam, opinor, petierunt à Domino, vt ſe relinqueret Dominus ambulare liberos, vt cæteras gentes: negauit Dominus ſe eſſe facturum, quo ad faceret, quæ erat facturus: hoc eſt quo ad mitteretur Chriſtus, poſtea ſe eſſe facturum. Miſſo itaque Chriſto fecit quod Iudæi petebant: dimiſit populũ Iudæorũ præter reliquias quæ ſaluæ factæ ſunt, & vocauit gentes. Deſcribitur idololatria Iudæorũ, ſacerdotes, inquit propheta, qui alios ab idololatria, & alijs criminibus erãt auocaturi, & ad pietatẽ & religionẽ traducturi, quoties de re aliqua cõſulebãtur, interrogabãt dęmonas ait Theophylactus, in lignis, in idolis cõſulebant idola facta ex lignis & lapidibus: vel vt vertere. Lxx in ſymbolis, hoc eſt, in ſignis, in auſpicijs, & volatu auiũ, in iecore animalium, in fumo, in igne, & in virgis eorum: vaticinabantur per virgas, aut, & baculus eius annuciabit ei, id eſt, diuinant per virgas & ſortilegia, & per alias dæmonum præſtigias (Spiritus fornicationum) Theophylactus, id eſt, libido ardentiſsima colendi idola, & cæterorum vitiorum accendebant eos ad hæc patranda, & ferebantur præcipites ad hæc mala, quod eorum ardebant deſyderio: vel, ſpiritus fornicationum, dæmon qui ad hanc idololatriam inſtigat, vrgebat eos, quod ſingulis criminibus præſunt dæmones, qui cum ad omnia vitia impellant, præcipue tamen ad quædam quibus pręſunt. Chryſoſtomus in Marcum Homelia. 6.1259. interpretans hunc locum: ſpiritus inquit, immundus qui fuerat in Synagoga, & qui illos duxerat ad idololatriam, de quo Oſeas, ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt, ſpiritus qui egreſſus fuerat de homine, & ibat in deſertum, & quęſiuit ſibi locum, & nõ potuit inuenire: & alios dæmones ſeptem nequiores ſe tulit: & reuerſus eſt in domum priſtinam, in Synagogam. (Et fornicati ſunt à Deo ſuo, ſuper capita montium ſacrificabant, &c.) Theophylactus in idololatria, & cæteris vitijs volutabãtur: in vertice montium, in locis amœnis more nationum ſub amœniſsima quaque arbore, Iſychius in Leuiticũ lib. 6. hoc loco Oſee ait, prohiberi Iudæos, ne feſtiuitatibus nationum aſſueſcerent, quæ in ſummis montium verticibus, & locis amœnis fieri ſolebant. De hac re Cyrillus de ſpiritu & littera: an non æquum putas vt qui à Deo optimo maximo ad cultum defeciſſent, nec admoniti centies reſipiſcere voluerint, abſque vlla miſericordia pœnas luant? qui glorioſum Deum hac toties affecerint ignominia, vt lapides & ſaxa dura colere pro Dijs præoptauerint, quàm illum mundi opificem qui tot beneficia in illos contuliſſet.

D. HIERO.

D. HIERO. Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt, non viſitabo ſuper filias veſtras quum fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras quum adulterauerint, quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cum effœminatis ſacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

LXX. Propterea fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ mœchabuntur, & non viſitabo ſuper filias veſtras, quum fornicatæ fuerint, & ſuper ſponſas veſtras quũ adulterauerint, quoniã ipſi cum meretricibus commiſcebantur & cum initiatis immolabant, & populus non intelligens adhærebat cum meretrice.

THeophylactus: Propterea fornicabuntur filię veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt: ſignificat his propheta captiuas eſſe ducendas, & proſtituendas tam filias quam vxores dominorum contumelijs: non viſitabo ſuper eas, permittam id fieri. Chryſoſtomus. 5. oratione. 5. aduerſus Iudæos, argumentis inſolubilibus reuincens Iudęorum impietaté, inter alia, & hoc citat in principio. Et quum dixiſſet, vetari à Prophetis extra templum Domini legi legem, ſic aduerſum Iudæos argumentatur. Quum igitur ne legere quidem legem fas fuerit extra ciuitatem, quomodo legem ſeruare potuerunt extra ciuitatem? Hanc ob cauſam Dominus minitans Iudæis dicit: Non viſitabo filias veſtras cũ ſtuprum admiſerint, &c. Lex dicit, ſi mulier præuaricata fuerit à viro ſuo; & cætera quæ ſequuntur, quibus deprehendebatur adulterium fœminæ maritæ, quæ loco citato leges, ſubiunxit Chryſoſtomus: Poſtquam in captiuitaté ductiſunt nec quicquã horũ fieri poteſt, quum dirutum ſit templum, diruta vrbs Hieroſolyma, nec offerantur hoſtiæ: vnde Oſeas: Non viſitabo filias veſtras, quum ſtuprum admiſerint, nec nurus veſtras, quum mœchatę fuerint. Igitur intelligit Chryſoſtomus: quum lex nec legi quidem poſsit extra templum, nec alibi quam in templo poſſent offerri ſacrificia, fieri non poteſt, vt lex illa de adulteris in vſum iam poſsit adhiberi diruto templo: ſupra enim dixerat Chryſoſtomus, nunquam reædificandum: & his argumentis inſolubilibus legem veterem ceſſaſſe docet Chryſoſtomus, poſtquam lux Euangelica mundo illuxerit. Origenes. 1. 94. in Exod. c. 20. flagellat, inquit, Deus omnem filium, quem recipit, & indignantis Dei terribilis illa vox eſt. Non viſitabo ſuper filias veſtras, quum fornicantur, nec ſuper nurus veſtras, quum mœchantur: hoc eſt terribile, inquit Origenes, quum iam non corripimur, quũ peccamus: tunc enim quum exceſſerimus peccandi modum, auertit à nobis Dominus zelum ſuum. Et in Hieremi. Homel. 2. quando quis relinquitur impunitus, magna ira eſt: ſic eſt illud: Nõ viſitabo ſuper filias veſtras, &c. Eodẽ modo interpretatur Procopius in Geneſin. 198. Clemens Alexandrinus in Pædagogo lib. 1. cap. 9. interpretans hunc locum, ait: reprehendi Iudæos quod intelligãt, quid faciant, & ſua ſponte & conſulto peccent. Sed iam admonui vaticinia de Chriſti temporibus ſic eſſe vaticinia, vt ad alios vſus & ad noſtras commoditates applicentur: iuxta ſcripturæ canoné, qui hoc facere pręcipiat. (Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur.) Theophylactus innuit ſacrificia Beelphegor, id eſt, Priapi. Nam fœminæ quæ membrum hominis colerent pro Deo, & in ſinu ferrent eius imaginem, meretrices erant, & meretricibus fœdiores, in his ſacris fœdiſ. verſatos Iudęos, ait, vt libidina-

bidinaretur cum his fœminis: huc enim hæc ſacra ſpectabant: & dæmon, vt late exequitur Auguſtinus de ciuitate Dei, hunc habet ſcopum, vt hominem quẽ nactus fuerit quam maxime poteſt fœdiſsimis vitijs inquinet. Iſychius in Leuiticum lib. 4. Medicus, inquit, non concedit ægrotũ agere mortifera, nec Deus permittit peccatorem diutius inſenſibilitatis morbo detineri, ne in profundum malorum veniat: hoc donum ſenſus Eccleſiæ datur, ſynagogæ non datur: vt ait Oſeas: Quoniam ipſi cum meretricibus verſabantur. Hæc Iſychius: quaſi dicat, iratus Dominus quod Iudæi relicto vero Deo ſacrificabant Priapo cum fœminis impudentiſsimis, vt verſarentur in libidinibus, & moniti millies non deſtitere incæpto, permiſi ſunt à Deo Chriſtum non agnoſcere, nec intelligere, quam in profundo malorum ſint, & quum toties puniti à Deo ſint, vt enumerari ſit difficile, poſt crucem Domini, inquam, non habeant ſenſum vt intelligant. Idem Iſychius. 83. in Leuiticũ lib. 6. effœminatos appellare videtur eos, qui quum huiuſmodi impudentiſsimis fœminis Priapo ſacra facerent. Eodem ſpectat Theophylactus. (Et populus nõ intelligens vapulabit) pœnas dedit millies, alias alijs acerbiores. Verbum Hebræum ſanctificatos ſignificat. Et ideo Lxx interpretati ſunt, ſanctificatos, Priapo, ſcilicet, & dæmonibus, quos ille pro dijs colebant: & ideo reddidere, initiatos: ſic enim nationes appellabant homines dæmonibus conſecratos, ſed idem verbum in malam partem accipitur, & ideo effœminatos vertit Diuus Hieronymus.

D. HIERO. Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltim Iuda, & nolite ingredi in Galgala, & non aſcenderis in Bethanem, nec iuraueritis viuit Dominus. Quoniam ſicut vacca laſciuiens decliinauit Iſrael, nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine, particeps idolorum Ephraim dimitte eum, ſeparatum eſt conuiuium eorum.

Lxx. In Iſrael ne ignores & Iuda ne ingrediamini in Galgala, & ne aſcendatis in domum iniquitatis, & ne iuretis viuit Dominus, Quoniam ſicut vacca aſylo percuſſa inſaniuit Iſrael, nunc paſcet eos Dominus ſicut agnum in ſpacioſo, particeps Idolorum Ephraim poſuit tibi ſcandala, & amant Cananæos.

Theophylactus ait eſſe qui putent dici à Propheta: ne eas ad idolorũ templa, & poſtea iures viuit Dominus, quod eſt iuramentum fidelium: iuxta illud Pauli: Non poteſtis calicem dæmonum bibere, &c. & nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Varie diſtincta eſt lectio à D. Hieronymo, & à Lxx viris. Nam pro toto illo: (Et populus non intelligens vapulabis ſi fornicaris.) quod eſt in vulgata Diui Hieronymi, vertere Lxx. Et populus non intelligens adhærebat cum meretrice: & illic appoſuere diſtinctionem. Nam verbum Hebræum. ילבט raro, aiunt Hebræi, in ſacris litteris reperitur, & verie explanatur, impingebat, implicabatur, errabat, corruebat, & ſequens verbum זנה mutato puncto, meretrix eſt. Theophylactus. Populus non intelligẽs, cuius princeps erat Anas & Cayphas, adhærebit cum meretrice, vel impinget, aut corruet cum meretrice, cum cohorte gentium, cuius auxilio eſt vſus ad comprehẽdendũ Dominum in horto. Iuxta quem ſenſum noſtra vulgata ſic explanabitur: & populus non intelligens, qui Dominum regem gloriæ prehendit, vapulabit, pœnas luet, vaſtabitur. Et quum mutata fuerit diſtinctio

in

in ſuperioribus, in ſequentibus varia ſit neceſſe eſt. Hieronymus ſic. Et populus non intelligens vapulabit, illic appoſita diſtinctione, luet pœnas, vel peruerſus erit, ſic enim reddi poteſt: erit peruerſus, qualis nunc eſt. Quod nouo initio dicit Hieronymus: ſi fornicaris: dixerant Lxx cum meretrice; quod vox Hebræa verbum & nomen poteſt eſſe: & ſi nomen eſt, vertes cum meretrice, nam, im, vocula Hebræa ſignificat, cum: &, ſi, ſin autẽ verbum eſt: reddes: ſi fornicaris: & ita tranſtulit Hieronymus. Iam dixi à Lxx apponi hic diſtinctionem, & ita Lxx, nouum fecere initium: tu Iſrael ne ignores. Hoc verbum deeſt in lectione Hebræa: & rurſum in tranſlatione Lxx reponendum eſt verbum vnum ex Hebræa lectione: ne pecces Iuda: vt ſit totum. Tu Iſrael ne ignores, ne pecces Iuda. Theophylactus: tu Iſrael, qui nomen habes à videndo Deum, (eſt enim Iſrael videns Deum vel præualens in Deo) ne ignores ad ſeruandam naturam humanam in carne veniſſe Deum ſeruatorem generis humani: iuxta quæ ſic reliqua interpretabimur: & tu Iuda (alloquitur enim regnũ Iuda) ne pecces, ne eas in Galgala, in ſtercora, & ſordes gentium: id enim ſonat vox Hebræa, id eſt, ne ex populo Dei fias populus gentium, vel ne eas captiua ad populos gentium, nec aſcendant Bethanen, id eſt, populos nationum: ex vno plures per Sÿnecdochen, præceptores Hebræi D. Hieronymi mirabãtur quod pro, Auen, Lxx legiſſent, on, quaſi vero id non efficiant puncta. Nam Hebræa vox און ſi addas punctum vnum ſic: אוֹן on ſonat: ſi addas duo puncta ſic אָוֶן ſonat, auen. Ne ignores ergo loca idolorum, & ne ſimul iures iuramenta fidelium ſi vis fugere impendentia mala: Theophylactus aliter hæc intellegiſſe videtur, ne petas Galgala, & ne aſcendas in Bethanen, id eſt, & ne te miſceas nationibus idololatris: ex vno plures, vel omnes: idq́ue ex notioribus. Ponuntur idololatrę Iudæis notiſsimi pro quolibet idololatra, hoc eſt: ne te præcipites vt ſe præcipitauere patres veſtri, quum lapidabant Prophetas, & eos, qui ad ſe mittebantur à Deo, vt ſe cum idololatris miſcerent, ſed ſi paraſti inſidias ſeruatori noſtro Chriſto, pœnitentia & cõfeſsione peccatorum ſordes elue: iuxta illud: Agite pœnitentiam, & baptizamini. Et pergit Theophylactus: quibus verbis, qui illuminatus eſt, & vidit diuina myſteria, admonetur, ne ignoret gratiã quã eſt aſſecutus: ſed feſtinet gratiã, quã accepit, per viam ſanctam conſeruare: & per confeſsionem remiſsionem peccatorum aſſequi, nec rurſum det operã in peccatum recidere, & abire in præcipitium. Dixerat Theophylactus, Galgala & Bethel loca eſſe vbi multa myſteria eſſent peracta, magna beneficia populo Iſrael data, nec eſſe æquum vt ea loca fœdarent vitijs, & idololatria: quę tot Dei beneficijs erãnt nobilitatiſsima: nec eſſe æquum) vt quæ domus Dei erat, id enim ſonat Bethel, facta ſit Bethauem domus diaboli. Vbi videtur Theophylactus accipere Bethel, pro Hieruſalem, quæ ex domo Dei facta eſt domus diaboli, vt ſupra dictum eſt de ſpiritu immundo & Galgala, id eſt, depoſitio ſordium, fiàt domus ſordida: ſubijcit enim: quæ erat domus Dei, facta eſt domus iniquitatis, & diaboli quod repulit Chriſtum, qui factus eſt nobis veritas, & ſapiẽtia, & poſtea iurat: viuit Dominus, quum ipſam vitam occiderint. (Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael.) vacca laſciuiens Oeſtro percita, it huc & illuc, ſurſum & deorſum fertur præceps, vt frequenter in præceps abeat. Poteſt, Theophylactus inquit, hoc dici de decem tribubus, quæ præcipites ad Idololatriam ſunt delatæ, & ituræ ſunt in captiuitatem, vt deponant faſtus & reuocentur ad modeſtiam, quum ſubinde captiui dominos mutent. Patiuntur nũc hæc Iudæi poſt crucem Chriſti, quod inſaniere contra Chriſtum, vt vitula indomita non paſſa iugum, nec enim Euan-

gelij

gelij iugum recipere voluerunt œſtro inuidiæ præcipites ad chriſticidium delati. Hoc magis Græcè eſt expreſſum ὡς δάμαλις παροιστρῶσα vt iuuenca œſtro agitata. παρείστρησεν ἰσραήλ œſtro percitus delatus eſt Iſrael, ad occidendum Chriſtum, ſcilicet: (Nunc paſcet eos Dominus ſicut agnũ in latitudine.) Theophylactus: in captiuitate, inquit, apud Perſas quo captiui ducentur. Gregorius Nazianzenus de Theologia oratione. 3. ad paſcua Chriſti, quibus Chriſtiani paſcimur referre videtur. Nicetas in oratione. 2. in Paſcha in hunc eundem ſenſum locum hunc Oſee citare videtur, citans illud Euangelij de Chriſto. Ego ſum paſtor bonus: is ad nos venit, vt errantẽ ouẽ in mõtibus & collibus inuenit, ꝙ ſacrificia idolorũ in mõtibus & collibus cõfici idololatris ſolebant: & ſic quoq; Theophylactus ſupra interpretatus eſſe videtur. Sed non ſenſu litterali: & certe illud paſcet eos Dominus ſicut agnum, id eſt, ſicut agnos, (eſt enim Hebræis vſitatiſsimum ſingularem numerum vſurpare pro plurali) non video quomodo in malam partem accipi poſsit: nec quomodo paſcat in latitudine, in captiuitatis anguſtias redactos miſerós Iudęos, in regnis Perſarum, latius, inquiunt, cõſtrictos captiuitatis vinculis intra Dominorum ædes paſcit in latitudine: aut paſcit Dominus enectos fame, & ſiti, redactos in omnem miſeriam à ſe: & paſcit vt agnos, quando agnos in ſcriptura acceptos vides in malam partem: magis placet, vt dicas nunc facta redemptione generis humani, paſcet Dominus Iſrael veros Iſraelitas ſecundum ſpiritum, ſicut agnos in latitudine, in omni abundantia gratię noui teſtamenti: vt, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus fit: vt quacunque hora ingemuerit peccator remiſsionem peccatorum accipiat: vt pane de cælo paſcatur, & ſanguine, qui de latere Chriſti fluit, viuificetur. Particeps idolorum Ephraim dimitte eum. Quando decem tribus quæ dicuntur Iſrael, & Ephraim diſceſſere à regno Iuda, fuere typus Iudæorum infidelium qui diſceſſere à fidelibus qui Chriſtum recepere, qui Iuda appellantur in ſacris litteris, quod Chriſtum confiteantur, nam, iada, confiteri eſt, & Iudæi confitentes, & ita nunc Iudæi infideles, qui Chriſtum affecere cruce Ephraim dicuntur. Theophylactus, Ephraim particeps idolorũ dicitur, quo ad crucifigendum Chriſtum idololatrarum auxilio ſit vſus, Romanorum, ſcilicet, qui impietatis huius fuere participes, & poſuêre ipſi Domino ſcandala. Nam ſic vertere hæc Lxx, & lectio Hebræa ſic transferri poteſt, Hanach, ponere ad ponendum, lo, ipſi, ſar, rebellionẽ, ſcandalum. D. Hieronymus aliter diſtinxit. Hanach lo, dimitte eum, nam hoc quoque verbum Hebræum ſignificat, & hic D. Hierony. appoſuit diſtinctionem: & vulgatæ ſenſus idem erit. Particeps idolorum Ephraim, id eſt, populus Iudæorum ſocius idololatrarum in paſſione Domini, qùum vſus eſt auxilio Romanorum ad occidendum Chriſtum, & clamauit. Non habemus regem niſi Cęſarem, ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris. (Dimitte eum,) exclude eum ab Eccleſia. Hæc quæ dicuntur modo optantis, aut imperantis, nec optantur, nec imperantur, ſed futurorum ſunt vaticinia: Nec dimiſit Dñs decẽ tribus, quę ex reſiduis captiuitatis ſuccreuêre, & tẽpore aduentus Dñi erãt flôrentiſsimæ. (Amauit Cananęos.) Romanos idololatras ex parte totũ, vel ꝙ Cananæi, vox Hebræa negociatores latine ſonat, vt totum orbem acquirerent Imperio Romano, & negocia omnia diiudicarent, ſed Lxx etiam lectionem Hebræam agnouêre, ab ea quæ nunc eſt, quod non raro reperitur in his quæ duobus locis eiſdem verbis Hebraicè ſunt conſcripta, & amaſſe Iudæos Romanos liquet inde quod dixere: Non habemus regem niſi Cæſarem. D. Hieronymus aliam lectionem agnouit, vertit enim: (ſeparatum eſt conuiuium eorum) Iudæorum, ſcilicet,

Iudæi vnde dicantur.

Cananæus idem quod negotiator.

cet, à conuiuio medullatorum corporis & ſanguinis Chriſti, de quo Eſaias ca.25. (Fornicatione fornicati ſunt.) dictum eſt ſupra ex Procopio, fornicationem, & adulterium dici quum diſceſsit populus Iudęorum à Deo, & Cæſarem ſibi petijt regem, & peruertit ſcripturarum & prophetarum ſenſa ſacra contra Chriſtum, quod dicitur adulterare ſcripturas: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius: Theophylactus protectores Synagogæ, Principes Synagogæ: hi enim dicuntur protectores eius: etiam ex interpretatione Rabinorum. Dilexerunt, cupierunt afferre Chriſto ignominiam: quum morte ignominioſiſsima, eaque inter duos latrones eum affecere, cruci eũ ſuffigentes. Paleologos ὧν γὰρ ὁ γάμος ἄθεσμος, πορνεία ἐστι τὸ πραττόμενον id eſt, cũ matrimoniũ violatur fornicatio eſt, id quod fit, & Iudæi Deo erant iũcti matrimonio ſpiritali, & dixere: Non habemus regem niſi Cæſarem: poſtea ſubiecit, ſi omnes, inquit, fornicantur, ex fornicatione generantur omnes, omnes igitur ſpurij & adulterini, iuxta legẽ Moſis non erunt prouehendi in ſacerdotium. Quę omnia Palæologus: vt oſtendat poſt crucem Chriſti ſolutum fuiſſe ſacerdotium Iudæorum, & ſacrificia, regnum, & legis veteris ceremonias. (Ex fremitu eorum.) Theophylactus: quum fremuêre gentes aduerſum Dominum: quum ad eum exierunt cum fuſtibus & armis, tanquam ad latronem, & clamoribus illum ſequebantur aſcendentes in tecta, vt dictum eſt in Eſaiam. Hebraice eſt, maginea, ſcuta eius, quod rabini interpretantur magnates eius, protectores eius. Lxx ſcutati equites, frementes equi: & ita vertiſſe videntur ex fremitu eius, vt ſit ſenſus: quærebant Domino ignominiam, quum ducebatur ad ſuppliciũ, cum magno Principũ equitatu, & equorum fremitu, cum duobus latronibus. (Turbo ſpiritus es tu in alis eius.) Ex præcedentibus videtur hic eſſe ſenſus: Tu, ò popule Iudæorum, videbaris fuiſſe veluti ventorum quidam turbo, quum magna vi, ventorum impulſu ferri ſolet, quum in paſsione Domini aduerſum Chriſtum ferebare clamans: Tolle tolle, crucifige crucifige. In alis eius: cum fauore Romanorum, confundentur. (Ex altaribus eius.) luent crimina idololatræ poſt crucem Domini, & omnem ſanguinem, qui effuſus eſt ab Abel iuſto, & omnia idololatriæ crimina. Semper prophetæ excluſionis Iudæorum & vaſtationis, & captiuitatis cauſam eſſe ſignificant idololatriam, vt dictum eſt. Vulgata planior eſſe videtur: ligauit eum ſpiritus ille, immundus, ſcilicet, qui erat in ſynagoga in alis ſuis dæmonis, & confundentur, erunt ignominioſi, &c. vt ſequetentur ſua conſilia.

Fornicatio in ſcriptura quid.

Oſee CAPVT. V.

D. HIERO. Audite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael & domus regis auſcultate quia vobis iudicium, quoniã laqueus facti eſtis ſpeculationi. Et ſicut rete expanſum ſuper Tabor, & victimas declinaſtis in profundum, & ego eruditor omnium eorum.

Lxx. Audite hæc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auribus percipite, quia ad vos eſt iudicium: Speculationi nanque laqueus facti eſtis, & ſicut rete expanſum ſuper Tabor, qui rapiunt venationem timuerũt. Ego autem eruditor veſter.

CYrillus ſuper Ioannem lib.12.cap. 26. hunc locum explanat de principibus ſacerdotum in paſsione Domini, qui petierunt vt Dominus cruci ſuffigeretur, & cæteris fuere authores vt id peterent: iuxta quam ſententiam ſic interpre-

terpretabimur vulgatam: Audite hoc ſacerdotes, qui miſiſtis eos qui Dominum prehenderent, & domus Iſrael, & populus Iudæorum qui petiſti, vt Dominus crucifigeretur, & domus regis Herodes, & tu Pilatus, quia aduerſus vos eſt iudicium, quod poſt crucem Domini omnis peſtis malorum in ſacerdotum, & ſcribarum, & Principum capita incubuit, vt leges apud Ioſephum. (Quia laqueus facti eſtis ſpeculationi,) quia illaqueaſtis veſtros ſubditos: ſpeculationem nanq; in his appellat ſubitam multitudinem, ait Cyrillus, cuius curam principes habere debent, & ſpeculatores præſidentes populis dicuntur: laqueus igitur, & veluti rete expanſum ſuper Tabor mőte populo pontifices facti ſunt, cum primi clamauerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem, & exemplo ſuo alijs perſuaſerunt, vt ipſi quoque idem clamarét: & dixerat ſupra Cyrillus, non ſolum ſuas principes ſacerdotum, verum etiam aliorum animas perdiderunt. Reliqua, hoc filum Cyrilli ſequuti, ſic enodabimus. (Sicut rete expanſum ſuper montem Tabor.) Thabor puritas eſt, & műdicies: id enim ſonat vox Hebræa à verbo, barar, purgo & mundo: & cohors illa miſſa à Principibus ſacerdotum comprehenſura Dominum in montem Oliueti veluti ſaltum indagine cingens, & rete expandens quærebat comprehendere Dominű, & comprehendit, & eos qui Chriſto crediderant, & ea loca frequentabāt Domini veſtigijs ſanctificata veluti reti quodam expanſa, hoc eſt ex inſidijs comprehendebant. (Et victimas declinaſtis in profundum,) comprehenſos Chriſtum & eius diſcipulos tanquam victimas declinaſtis in profundű, in ſepulchrum, Chriſtum in ſepulchro profundo poſuiſtis, & ſanctos martyres, quos per omnia cruciamenta necabātis. (Et ego eruditor omniű eorum.) Ego illis omnibus eram magiſter datus de cælo, & redéptor, quod eſt apud Eſaiam, & in litteris Euangelicis. Sed aiunt Hebraice eſſe, & mactare, inclinare profundauerunt. Hoc mihi non videtur eſſe ferendum, vt recte dicatur, quod eſt in noſtra vulgata Hebraice non eſſe: nemo id dicit, inquient: quid intereſt dicatur ne aperte an tectè? Nam qui dicit, quod noſtra vulgata prefert: victimas declinaſtis in profundum, Hebraicè eſſe, & mactare inclinare profundauerunt: negat hoc eſſe Hebraice, quod in noſtra lectio ne eſt. Ita ne quod tu intelligas in Hebræa lectione erit? & id Hebraice eſſe dicetur, quod tibi lectio Hebræa videtur ſignificare? quod D. Hier. & Lxx ſunt interpretati non erit Hebraice? Et, quod ſæpe ſumus teſtati, Hebraicam veritaté, quam iſti appellant, non ſemper eſſe lectionem Hebræam, ſed interpretationé rabineam, aut horum interpretationem, qui noua cudűt. Hebraica veritas ea eſt, quam tenet Eccleſia, non ea interpretatio Hebrææ lectionis, quę tibi placet magis. Eccleſia credendi norma eſt, non ſpectra, quę ſomnias ipſe, & ne quis dicat me hoc fingere. R. D. hæc ſic interpretatur. Ad iugulandum declinantes in profundo poſuerunt, &. R. Abraham, ad iugulandum declinantes in profundo poſuerunt laqueum. Sed vt ad inſtitutum redeam, ſachata, rabini infinitiuum faciunt mactare, & iugulare. D. Hieronymus, & Lxx fecere nomé, quod Hebraice frequentiſſime fit, vt eadem terminatio infinitiuus fit & nomen, vertit ergo Hieronymus mactationem, quod rabini vertunt mactare, & iugulare, & latinius victimam. Vertit tamen pluraliter, quod ſæpe fit apud Hebræos, vt ſingularis numerus pro plurali ponatur. Ergo, ſachata, victima eſt, quod ipſe fateris, quum vertis mactare. Qui facit ergo vocem Hebræam nomen mactationem dicit & victimam, ſetim, declinantes ſignificat, non declinare: nota res eſt, declinātes victimā: q̄ ſi referas ad Chriſtű, quā dilucida oratio erit? declinatus enim eſt Chriſtus, qui victima fuit pro genere humano, vt affigeretur cruci: id enim verbum

Tabor puritas.

bum ſequens ſignificat, profundauerunt, quod Lxx in codicibus correctioribus vertêre, transfixerunt, victima declinata & transfixa quo ſpectat cedo? dices Lxx vertêre, venationem trāſfixerunt, & id quoque lectio Hebræa ſignificare poteſt, ſetim, declinantes, ideſt, venatores qui indagine declinare faciunt venationem in retia: ergo declinantes, ſachatha, iugulationem & venationem, hehemiqu, profundauerunt, profunde transfixerunt: durum eſſe dices: qui quæſo minus durum, quod ait R.D.&.R. Abraham? Quum CYRILLVS ergo principium capitis ad Chriſti paſsionem referat, Hebræi ad decem tribus, iam ſequentia perpendamus videamus vtri ſententiæ cōgruāt magis. THEOPHY. (ſi modo THEOPHY. eſt, & non Theodoritus aut vteriuſq; confuſa ſcholia) vtranque ſententiam [illegible] cōplexus, vt referret ad captiuitatem decem tribuum, & eodem modo interpretaretur quo D. HIERO. ſequutus Hebræos, & referret ad Chriſti quoque tēpora cum CYRILLO, & ita priora illa: Audite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus Regis, ad Principes ſacerdotum, Phariſæos, ſcribas, & ad Herodem regem dicta putat: qui velut laqueus facti ſunt ſpeculationi, Chriſto excelſo, ait, qui omnia ſpeculatur. An non illum, inquit, in litteris Euangelicis tentabant, & poſtremo crucem ei fixere & calumnias, & falſos teſtes intendere ei vt retia. En quod huius capitis argumētum noſtri eſſe putent, & quid cōtra ſentiant Hebræi. Diſputabimus nūc per totū caput vtra ſententia ſit verior. Primum omnium apud me multum valet ratio illa AVGVSTINI, Quis interpretationem ARIST. ab ARIST. inimicis petat? quis interpretationem Prophetarum, qui de Chriſto loquuntur, à Iudæis Chriſti inimicis poſtulet addiſcere? Deinde teſtimonijs tot patrum ſuperiora omnia Oſeæ capita oſtendimus vaticinia eſſe de Chriſto, & eorundem teſtimonijs liquebit ſequens caput de Chriſto eſſe, ex antecedentibus ergo & ſequentibus apparet, veriſimilius eſſe vt hoc quoque caput de Chriſto eſſe dicatur. Adde quod ad ſacerdotes ſermo fit, & in regno Iuda ſacerdotes Dei erant, & ſacerdotes Iſrael commigraſſe in regnum Iuda diſces ex Ioſepho. 248. in regno Iſrael ſacerdotes dæmonum erant fere, veriſimilius ergo eſt ad Pontifices & Phariſæos, vt ait CYRILLVS, verba fieri. Huc facit & illud, quod ad ſacerdotes, & domus Iſrael, & domum regis verba fiunt, quod magis ſpectat ad tempora Chriſti, nam in vaſtitate inuecta Iudæis à Romanis omnis vis mali, vt diſces ex Ioſepho, potiſsimum in principes ſacerdotum, & locupletes, & primarios, & Principes Iudæorum incubuit. Quod hic propheta præſignificare videtur. Quod HIERO. vertit in profundum, R. Dauid, &. R. Abraham reddidêre profundauerunt: & interpretantur profundè fixere retia, neſcio cur magis hoc congruat, quā quod THEOPHY. interpretatur, profunde fixere crucem iuxta tranſlationem Lxx: hæc enim Lxx verior eſt lectio: vt ſit: prędæ profundius fixere crucem: nec male cohæret, qui rapiunt venationem timuerant, qui prehendere Chriſtum timuerunt quum retro cecidêre: poſtquam Dominus dixit. Ego ſum, vel poſt cruci affixum Dominum, quum poſt terræmotus cætera rerum miracula abiere, & percutientes pectora: & dicebant: vere filius Dei erat hic. Scio ego multis hæc fœtere: ſed moneo audiant PLATONEM qui ſuadet vt à pueris melioribus aſſueſcamus, quod naturale eſt, vt illa bene oleant, quibus aſſuerimus, etiam ſi ſint fœtidiſsima. Contra vero boni odores huiuſmodi hominibus ſunt ingrati, ſiquidem ſcarabæos, qui rebus fœtidis paſcuntur, aiunt, inter bonos odores ſtatim expirare.

D. HIERO. Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſcõditus à me, quia nũc fornicatus eſt Ephraim & contaminatus eſt Iſrael, nõ dabunt cogitationes vt reuertãtur ad Deũ ſuũ, quia ſpiritus fornicationũ in medio eorũ, & Dñm nõ cognouerũt, & reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius, & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Iuda cum eis.

Lxx. Ego cognoui Ephraim, & Iſrael nõ receſſit à me, quia nũc fornicatus eſt Ephraim & maculatus eſt Iſrael, & nõ dederunt cogitationes ſuas vt reuertantur ad Deũ ſuũ, quia ſpiritus fornicationũ eſt in medio eorũ, at Dñm non cognouerunt & humiliabitur iniuria Iſrael in faciẽ eius, & Iſrael & Ephraim infirmabuntur in iniquitatibus ſuis, & infirmabitur Iuda cum eis.

HAEc verba conueniẽter ſuperiori Cyrilli interpretationi perſpicua ſunt. Nã decẽ tribus Ephraim, & Iſrael, dicũtur nomine peculiari. Decẽ ergo tribus propheta Dño notas eſſe ait, quod Dñs prædicaturus erat apud decẽ tribus potiſſimũ, & verſaturus in Galilæa, & in ripis Iordanis, & vltra Iordanẽ, quæ loca ad decẽ tribus pertinent: illic delegit diſcipulos, & Apoſtolos: illic fulſit innumeris miraculis, vt per Prophetas omnia erant prædicta, & cruce effectus, poſtquam reſurrexit, illuc diſcipulos & Apoſtolos miſit qui Iſraëlitas vocarent ad pœnitentiã, & expectauit eos per quadraginta duos annos, du conuerterẽtur ad Dñm: & nouit Dominus peiores futuros in dies, nec redituros ad Dñm. Id hęc verba ſignificare videntur. Ego ſcio Ephraim, noui illũ & quid facturus, & Iſrael non eſt abſconditus à me, vel vt vertere Lxx, non receſſit à me, id eſt, noui illũ: repetitio eiuſdem ſententiæ, quæ rẽ exemplificet. (Non dabunt cogitationes vt reuertantur ad Dominũ.) quãuis eos expectet Dominus per quadraginta annos poſt crucem Domini, nunquã illis in mentem veniet vt reuertantur ad Dominum. (Quia ſpiritus fornicationũ in medio eorum.) quia ſpiritus ille immundus ſynagogę, de quo capite ſuperiore diximus, qui quum ambulaſſet per loca arida redijt in domum priorem, & impulit vt eſſent nouiſsima peiora prioribus. (Dominum non cognouerunt.) Chriſtũ, ſcilicet, quum apud ipſos docuiſſet, & tot fulſiſſet miraculis: videntes non viderunt, audientes non audierunt. (Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius.) arrogantia qua vſi ſunt deicidę Iudęi in Chriſtũ, vt inquit THEOPHY. apparebit in facie ipſorum Iudæorũ, vt eſt etiam apud Eſaiam cap. 3. In vultu enim Iudæorũ, quũ illos miſeros & afflictos vides, intelliges quãto crimine ſe cõmacularint miſeri. Lxx legunt, humiliabitur, pro reſpondebit, quod verbũ Hebræum vtrunque ſignificat: iniuria, qua Chriſtum affecẽre, humiliabitur in faciẽ Iudæorũ, id eſt, iniurioſi Iudæi in Chriſtum in eam humilitatem redigentur, quæ ſemper in eorum facie appareat. (Et Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua.) vaſtabuntur à Romanis, quod ad Chriſtum venire noluerunt, ſed perſtitere in ſuo nefario ſcelere, vt Chriſtũ, & Chriſtianos perſequerentur. Huc etiam refert THEOPHY. (ruet etiam Iuda) vaſtabitur etiam regnum Iuda à Romanis, pro ruent, legunt Lxx infirmabuntur: & verbum Hebræum vtrunque ſignificat, infirmabuntur, amittent vires, repulere, inquit THEOPHYLA. Chriſtum, qui eſt Dei virtus, & re vera, vt docet Ioſephus amiſere vires Iudæi in maciem redacti: fame, & peſte, & quod Deus illis detrahebat vires, & eas addebat Romanis.

D. HIERO.

D. HIERO. In gregibus ſuis & armẽtis ſuis vadent ad quærẽdum Dominũ & non inuenient, ablatus eſt ab eis, in Domino præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.

Lxx. Cum ouibus & vitulis ibant vt quærant Dominũ, & non inuenient eũ, declinabit enim ab illis, quia Dominũ dereliquerunt, & filij alieni nati ſunt, nũc deuorabit eos rubigo, & ſortes illorũ.

VEl hic locus ſatis eſſe deberet ad refellenda Hebræorũ interpretatioñe de decẽ tribubus, & eorũ captiuitate: ſemper enim S.S. iuxta ſcripturæ interpretãdæ canonẽ aliqua interijcit quæ vetent vaticinia de Chriſto alio deflecte re. Quando factũ reperies, non modo in captiuitate decẽ tribuũ, ſed vllo vnquã tẽpore, vt populus Iuda & popul' Iſrael venerint cũ ouibus & armentis, & Dominũ non inuenerint? Apud Hieremiã leges cẽties Dominũ adhortari Iudæos, vt ad ſe veniant, & conuertantur, & repulſurum ſe omnia Iudæis impendẽtia mala. Poſt Chriſti crucẽ hęc facta leges. Iam enim poſt captiuitatem decẽ tribuũ ex reſiduis decem tribuum, vt dictũ eſt centies, ſuccreuerant decem tribus, & in vnum coaluerant cum regno Iuda: & quum à Romanis vaſtarentur per tres quatuorve annos, nihil aliud quam ſacrificia fiebant, & mactabantur boues, & armenta in templo Domini, vt tantã illam vim mali Dominus depelleret, & non inueniebant, iam enim diſceſſerat ex templo gloria Dei: & angeli templi cuſtodes abierant: & dixerant, vt docet Ioſephus, Relinquamus has ſedes. (Ablatus eſt ab eis.) vel vt Lxx dixẽre: declinabit ab illis.) tranſijt ad gentes relicto populo Iudæorum. Notat THEOPHY. hic duarũ perſonarũ fieri mentionem his verbis: obſerua duarum perſonarum indicium, declinauit, inquit, ab ipſis Dominus, quoniam Dominum dereliquerunt: quod ſi ſpiritus hęc in propheta dicat, ecce tertia perſona erit: notat præterea Theophylactus, hæc de tẽporibus Chriſti dici, quod propheta ſignificet iã deſijſſe legalia, ait. n. expẽde porro, ꝙ legalia ſacrificia iam deſierint hic, quod Dñs quæritur ſacrificijs ouium & vitulorũ, & nõ inuenitur, nec alijs veteris legis ſacrificijs, quia impoſsibile erat ſanguinẽ hircorũ, & vitulorũ auferre peccata: ſola nanq; fide viua, & baptiſmate inueniebatur iam Dñs peccata dimittẽs. (In Dño præuaricati ſunt.) Dñm Chriſtum dereliquerunt: quod vertit Hieronymus: (Quia filios alienos genuerunt.) Lxx filij alieni nati ſunt, quũ dixẽre: Nõ habemus regem niſi Cæſarem, facti ſunt filij alieni: iuxta illud Dñi, vt ait Theophylactus (ſiue is Theodoritus eſt, vtrãque enim interpretationẽ cõplectitur) vos ex diabolo patre eſtis: & illud: filij alieni mẽtiti ſunt mihi. Erãt. n. filij Dei & perſequẽtes Chriſtũ, & in paſsione Chriſti facti ſunt filij diaboli. nec nati ſunt ſolũ filij diaboli, ſed poſt illa filios alienos genuerũt à Deo. ſ. Nunc deuorabit eos mẽſis. Leges apud Ioſephũ menſem vnũ tã fuiſſe pluuiũ, vt fecerit, vt nocte vna caperentur Hieroſolyma, quo omnis Iudęorũ exercitus, multitudo omnis cõfluxerat: caperetur inquã ab Idumæis. Nã poſtea Romani bellabant aduerſos idumæos, & Iudæos, vt in ſuã ditionẽ Hieroſolyma redigerent quoad diruta vrbs eſt, & templũ vaſtatũ, vrbs tñ capta vna illa nocte eſt mẽſis illius pluuij. Lxx legẽre: deuorabit eos rubigo, legẽre enim pro חדש menſis, ſeu luna, חסיל rubigo. Theophylactus rubiginem hanc eſſe ait Romanorum expeditionem, quæ vrbibus Iudææ vaſtitatem importauit propter crucem Chriſti. (Cum partibus ſuis.) Lxx, & ſorte illorum. THEOPH. propter Chriſtum cruce affectum ait, vaſtatas vrbes Iudææ, quas ipſis Iu-

dæis Ieſus Naue hæreditatis vice per familias diſtribuerat: & Iudæos pulſis patrijs ſedibus, diſperſos toto orbe terrarũ fuiſſe, vt prædictũ erat à Moſe, & à Ieſu Naue, & ab alijs Prophetis, quorum fidẽ citat Ioſephus cũ cauſam reddit vaſtitatis Iudææ & templi Domini.

D. HIERO. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen, poſt tergum tuũ Beniamin, Ephraim in deſolatione erit, in die correptionis, in tribubus Iſrael oſtẽdi fidẽ, facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminũ, ſuper eos effundã quaſi aquã irã meã, calumniã patiẽs eſt Ephraim fractus iudicio, quoniã cœpit abire poſt ſordes, & ego quaſi tinea Ephraim & quaſi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim lãguorẽ ſuũ, & Iudas vinculũ ſuũ, & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regẽ vltorẽ, & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum.

Lxx. Clangite tuba ſuper colles, ſonate ſuper excelſis, prædicate in domo iniquitatis, mente cecidit Beniamin, Ephraim in deſolationẽ factus eſt in diebus correptionis in tribubus Iſrael oſtendi fidelia, facti ſunt Principes Iuda quaſi transferentes terminos. Super eos effundam ſicut aquam impetum meũ. Oppreſſit Ephraim aduerſarium ſuũ, & conculcauit iudiciũ, quia cœpit abire poſt vana. Et ego vt conturbatio Ephraim, & quaſi ſtimulus domui Iuda & vidit Ephraim infirmitatẽ ſuã, & Iuda dolorẽ ſuũ, & abijt Ephraim ad Aſſyrios, & miſit legatos ad regẽ Iarib, & ipſe non poterit liberare vos & non ceſſare faciet à vobis dolorem.

INdignũ facinus eſt, vt noſtra cõparemus cũ Iudaicis, niſi fiat, vt ait Origenes, vt noſtra admiremur, rideamus Iudaica. Nemo tã ſtulte ſapit, vt in Iudæorũ ſcrinijs Chriſtũ quærat, quẽ illi acerrime oppugnãt. Noſtris, qui ſunt Eccleſię magiſtri, nõ habebimus fidẽ? noſtrũ igitur ſequamur inſtitutum, verba ſingula expẽdamus, apparebit magis ſingula ſpectare ad Chriſti tẽpora. En hæc vaſtitas ad regnũ Iuda ſpectat. (Clangite tuba, inquit, in Gabaa, tuba in Rama.) quæ verba de regno Iuda dicuntur, ſiquidẽ Gabaa, & Rama ad tribũ Beniamin pertinẽt, quæ tribus Beniamin, cũ tribu Iuda cõficit regnũ Iuda. Lxx, quæ erãt nomina propria interpretati ſunt, tãquã ſi appellatiua eſſent nomina: ſed ſat eſt ꝙ dixerũt: mẽte cecidit Beniamin. Cõſtabat n. regnũ Iuda ex tribubus duabus Iuda & Beniamin, prædicitur, aiunt, vtraque captiuitas regni Iuda, & decẽ tribuũ: bene eſt, ſi vtraq; ſimul eſſet facta: ſed hæc vaſtitas, quæ hic præſignificatur, & regnũ Iuda planè, & decẽ trib⁹ ſimul implicat, ſi ſingula expẽdas: & talis fuit vaſtitas Iudææ à Romanis importata, verbũ Hebræũ, אחריך. poſt te vidẽtur, Lxx legiſſe. אחרך cõbuſtus eſt, à verbo חרך aduro, & forma Hebræa dicẽdi, cõbuſta facies dicitur, quæ mẽte eſt vehementer p:rturbata. Theophylactus Beniamin pro regno Iuda poni putat, ex parte totũ: vt ſit, regnũ Iuda erit cõſternatũ animo quũ videbit imminentẽ ruinã: ſic factũ leges apud Ioſephũ. (Ephraim in deſolationẽ erit.) ad vtrũq; hoc referri poterat, multo magis ad Chriſti tẽpora, tũc enim prorſus vaſtatæ ſunt vrbes toti⁹ Iudææ. (In die correptionis in tribubus Iſrael oſtẽdi fidẽ.) vel vt Lxx reddidere: in diebus correptionis in tribubus Iſrael oſtẽdi fidelia. Theophylact⁹. In omnib⁹ tribubus Iſrael. Certè quoquo te vertas hæc vaſtitas implicat oẽs tribus ſimul, & vt largiar in vtranq; partẽ poſſe referri

ri, certe concedant mihi neceſſe eſt omnes, magis hæc ad Chriſti tempora ſpectare. Siquidem hęc Theophylactus ſic explanat: In illis diebus, quæ præſignificaui per meos Prophetas, re ipſa præſtabo omnia, & fidelia oſtendam cum ſumma fide me ea compleſſe. Ioſephum Iudæum adito qui vaſtitatis templi Domini & Hieroſolymorum cauſam eſſe ait, quod cópleri oportebat prophetias. Alibi, prophetias, inquit, quas præſtigias eſſe putabant, & circulatorum cantilenas, dum rident Iudæi, cópleuere omnes: & has cauſam vaſtationis Iudææ fuiſſe ait, quod eas compleri oportebat. Oſtendá in die correctionis quum védicabo ſanguinem effuſum ab Abel vſque ad Zachariá filium Barachiæ veriſsima fuiſſe, quæ prędignificarunt mei prophetæ, & non cantilenas circulatorú. Adde, quod cénties diximus, quú quadrageſimo ſecúdo poſt Chriſti crucem anno vaſtata Iudæa eſt, iuxta prophetarú prædictiones, totum orbē ferè tanto illo miraculo ad Chriſtú fuiſſe conuerſum: tunc enim fidelia & vera ſunt móſtrata quæ de Chriſto erant prædicta, & Dominum Ieſum verum fuiſſe Chriſtú, & orbis redéptionem eſſe factá: quúm inſolubile ſignum eſt ſequutum, vt ait Chriſoſto. quod vaſtatum eſt templú, conflagrauere vrbes Iudęę. Prædictú enim videbant per Prophetas vaſtandas vrbes Iudæę, relinquédas vrbes deſertas, vt apud Eſaiam: Relinquetur terra veſtra deſerta. Theophylactus: In diebus correctionis intelligit, in diebus crucis & reſurrectionis: & infra, in diebus correctionis, in diebus, inquit, iudicij, quum ſedebant Apoſtoli iudicantes duodecim tribus Iſrael. (Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum.) Lxx, quaſi tranferentes terminos, non deſeruere prorſus terminos ſuos Iudæi in captiuitate Babylonica, ſed in annos ſeptuaginta, poſt quos habebant Dei promiſſa reuocandos ſe eſſe ex illa captiuitate, tunc verè populus Iuda mutauit terminos ſuos quum cópleta Moſis prophetia, Deuteronomij. cap. 28. & 29. & Ioſue. 23. (Effundam quaſi aquá iram meam.) Quoniam vt in principio primi libri de bello Iudaico, nulla poſt homines natos táta calamitas in nationem vllá incidit, quáta poſt Chriſti crucē in Iudæos fuit importata, quum fame, peſte, ſeditionibus Tyrannorú, & Romanorú armis miſerrimè periere. Calumniam paſſus eſt Ephraim fractus iudicio. Dictum eſt ex Euſebio Pamphili, Infideles Iudæos, qui Chriſtum non recepere dictos Ephraim, quod decem tribus quæ diſceſſere à regno Iuda fuere Typus Iudæorum infideliú, qui Chriſto non credidere, & diſceſſere à populo Iuda, id eſt, à populo Chriſtú confitentiú. Nam Iuda confitentem latinè ſonat, Ergo calumniam patiens Ephraim, hoc eſt populus infidelis Iudæorú, vt Chriſtum eſt calúniatus, patietur calumniá: nam leges apud Ioſephú, veluti pecudes occiſos, cæſos flagris à Tyrannis, & à Romanis miſeris modis necatos per calumnias, per falſa crimina, vt ipſi Chriſtú calumniati ſunt (fractus iudicio) damnabitur iudicio, vt ipſe impiè Chriſtú & fideles dánauerat. Pro calúniá paſſus eſt Ephraim, Lxx vertere calumnia oppreſsit Ephraim aduerſariú ſuú, verbú paſsiuú legere actiuè, quod fit mutatione punctorú, & deeſſe iuxta illos in lectione Hebræa vna vocula videtur, quę aduerſariú ſonat. Theophylact. quaſi aliter eſſet interpretatus; quadrabút hęc, inquit, in eos qui cótra Chriſtú inſanierút, aduerſariú illú habétes, quod cótraria ipſis, & dixerit, & fecerit: contra quem Principes Iudæorum fuere conculcantes iudicium, ferente Pilato ſenténtiá, vt dimitteretur. (Quia cœpit abire poſt ſordes) Lxx, poſt vana, poſt res terrenas contemptis cæleſtibus: venient Romani & tollent gentem noſtram: Non habemus regem niſi Cæſarem. (Ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi

putredo domui Iuda). Lxx. Ego vt turbatio Ephraim,& quaſi ſtimulus domui Iuda. Hæc verba delendas prorſus tribus duodecim ſignificāt,quod poſt crucem Domini factum eſt, non autem in captiuitate Babylonica, nec Aſſyria quod planum eſt. Adde quod Chriſti verba hæc eſſe ait Theophylactus, & quod Dominus futurus eſſet quaſi conturbatio Ephraim, & quaſi ſtimulus domui Iuda: vt nunquam à malis conquieſcant: quod poſt crucem Domini fieri intelliges, ſi legas hiſtorias. (Et vidit Ephraim languorem ſuum.) vidit ſe imparem Romanorum armis.(Et Iudas vinculum ſuum.)præuidit ſe ducendum vinctum à Romanis,vt ductus eſt. (Et abijt Ephraim ad Aſſur.)abijt ad Aſſyrios, vt ab his peteret opem, & miſit ad regem vltorem ad Imperatorum Romanum qui vindex erat, & liberabat eos, qui ad ſe confugerant, centies apud Ioſephum legatos miſſos ad Romanos leges, & Romanos feciſſe decreta multa, quibus fauorem Iudæis præſtarent.(Et ipſe non poterit liberare vos.) quia Dominus per ipſos Romanos vos eſt vaſtaturus: aduerte omnia referri ad captiuitatem Iudæorum poſt crucem Chriſti. vbi Iuda & Iſrael vna & eadem clade periêre:nunquam alias Iudæ & Iſrael ſimul eſt importata captiuitas, quæ hic prædicitur. Quorſum iuuat coniuncta diſtrahere,vt prophetia inuita & repugnans à Chriſti temporibus abducatur?

D. HIERO. Et ipſe non poterit ſanare vos nec ſoluere à vobis vinculum. Quoniam ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi Catulus leonis domui Iuda. Ego capiā & vadā, tollā & nō eſt, qui eruat, vadēs reuertar ad locū meū donec deficiatis, & quæratis faciē meā.

Lxx. Et ipſe non poterit liberare vos, & non ceſſare faciet à vobis dolorem, quoniā ego quaſi pāthera Ephraim, & quaſi leo domui Iuda, & ego capiam, & vadam, & tollā, & non erit qui eruat, ibo & reuertar in locum meum donec diſpereant.

THeophylactus aptiſsimè hæc inquit ad chriſticidas Iudęos ſpectāt & ad Iulianū Imperatorē Romanū impientiſsimū quē appellarunt, Iareb, ideſt vindicē & vltorē, id enim vox Hebræa, Iareb, ſonat. Dñs enim fere orbis terrarū Romanorū Imperator erat, lites dijudicabat, lęſas iniuria nationes: vindicabat erat tñ peſsime animatus in Chriſtianos: offenſiſsimus Chriſto, & Chriſtianorū nomini. Qua de re Socrates ſcholaſtic' eccleſiaſticæ hiſtoriæ, lib.3. cap.20. hæc ferè ſcribit: Iulianū Imperatorē offenſiſſimum Chriſto & Chriſtianis acceriſſe Iudæos, & interrogaſſe cur non ſacrificarent: Iudæos reſpondiſſe, vetari ſe lege Moſis ſacrificare alio in loco, quam in tēplo Hieroſolymitano, quod eſſet dirutum à Romanis: ſtatim Imperatorē iuſſiſſe in odium Chriſtianorum inſtaurari templum, ſuppeditaſſe impenſas, confluxiſſe ex toto orbe Iudæos magna lætitia minitatos Chriſtianis, ſe in eos talia & tāta edituros ſupplicia, quāta ædita à Romanis in ſe eſſent: vaſtaturos prorſus eſſe Chriſtianos poſtquā talē Imperatorē eſſent nacti: rebus noſtris deſperatis affuiſſe Deū multis miraculis, vt ſupra retulimus. Eadē narrat Hermeas Sozomenus ſuæ hiſtoriæ cap. poſtremo: & Nicephorus Caliſtus latius multo hiſtoriæ eccleſiaſticę lib.10.c.32. & 33. Amianus Marcellinus gētilis lib.23. in principio tātū meminit ignis, qui emicuit è fundamētis, & ædificantes conſumpſit. Metuēdi, inquiens, flammarum globi prope fundamenta crebris aſſultibus erumpentes fecêre locū exuſtis aliquoties operātibus inacceſsū. Erat res tā nota, vt Ambroſius, lib. 5. Epiſtolarum Epiſtola ad Theodoſium Imperatorem dicat: Non audiſti

Iulianus tēplū Hieroſ. reædificare conatur, ſed fruſtra.

audiſti Imperator, quia quum iuſsiſſet Iulianus reparari templum Hieroſolymis, quod qui faciebant repagulum diuino igne flagrarunt? Chryſoſtomus aduerſus Iudæos oratione ſecunda ſuis temporibus factum ait, & quod hiſtoriæ narrant, bis & ter aggreſſos Iudæos diuinitus fuiſſe prohibitos. Gregorius Naziãzenus D. Hieronymi præceptor in oratione ſecunda in Iulianum hæc ſcribit omnia, & Iudæos prouocat, vt veſtes illas proferant, quæ ſigno crucis erant ſtellatæ: ſiue enim miraculo quis interfuerat, tàm Iudæus, quàm gentilis: ſiue poſtea narrantes audierat: ſtatim veſtis eius ſigno crucis inſigniebatur: & aſtantium vna veſtes cruce ſtellatas induebatur. Sic Iulianus Imperator non potuit reuocare in patriam Iudæos, & miraculis id facere eſt prohibitus, & morte etiam diuinitus ei allata. Decreuerat enim poſt reditum à bello Perſico ad id incumbere, vt deleret Chriſtianorum Remp. ſed prius periјt læto malo: & plurimos Tyrannos id omni conatu curaſſe, & innumera martyrum millia per omnia cruciamenta fruſtra necaſſe teſtantur Eccleſiaſticæ hiſtoriç. (Quoniam ego quaſi leæna Ephraim, &c.) Comparat, inquit Theophylactus, Romanos leænæ, & Pantheræ, quod poſt Chriſti crucem incredibili celeritate in Iudæam aduolarunt, & eam vaſtarunt. Et Panther dicitur etiam Dominus, inquit Theophylactus, quod nimia celeritate vaſtat noſtrarum animarum peccata, & eas in ſuam dictionem redigit & ſibi concorporat: vnde iuxta Eſaiam dicitur accelera, ſpolia detrahe, feſtina prędari. Idem Theophylactus in. 14. cap. Lucæ pręſcribit illum canonem: Deum, quum ſuam vim vindicatiuam vult ſignificare, ſe leonem & Pantheram nominat, quum manſuetudinem ſuam vult ob oculos ponere, ſe nominat hominẽ, & ſimilia. (Ego capiam & vadam.) perſtat, inquit Theodoritus, in metaphora leonis & Pantheræ. Theophylactus: ligans fortem, rapuit nos ex illius manibus, & nemo nos poterit ex ſancta illius manu extorquere, vt in litteris Euangelicis ipſe ait. Et ad Iudæos impios hæc ſunt referenda, quos, dum puniuntur à Deo, ex eius manu nemo eruit. (Vadens reuertar ad locum meum,) Theophylactus: aſſumpta noſtra natura facta œconomia redemptionis in cælum redijt in locum ſuum, vbi erat prius ad dexteram patris, & tunc ceſſarunt omnes ceremoniæ veteris legis. (Donec deficiatis.) vadam inquit in locum meum, nec vobis feram opem donec deficiatis, donec vaſtetur Iudæa, nec ſignificat illis poſtea ſe opem daturum.

Oſee CAPVT. VI.

D. HIERO. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, venite reuertamur ad Dominum, quia ipſe cepit & ſanabit nos, percutiet & curabit nos.

Lxx. In tribulatione ſua manicabunt ad medicentes, eamus & reuertamur ad Dominum Deum noſtrum, quia ipſe rapuit & ſanabit nos, percutiet & curabit nos.

THeophylact⁹: vt in morbis, inquit, qui leui medicina nõ curãtur, acerbiora & vehementiora pharmaca ſolẽt adhiberi: ſic fit in animi morbis, quibus curandis ſcalpello & ferro ſæpe eſt opus & acerbiſsimo medicamento. Benignè tractati Iudæi & beneficijs aucti nõ cognoſcebãt Deũ, priuati ſunt bonis vt eum cognoſcãt: quod facere etiã iubet Ariſtoteles. 2. moralium. In afflictione quærũt Deum, & mane ad Deũ conſurgunt, id eſt, feſtinant, inquit Theophylactus. Et vere factum leges: vaſtatis enim Iudæis magna multitudo ex reſiduis venêre ad legẽ Euangelicã, & alienis calamitatibus

eruditæ nationes recepêre Chriſti legẽ. (Ipſe percuſsit & ſanabit nos.) Theophylactus ait, alios codices præferre. Ipſe rapuit: & eſſe veriorem lectionem, quod ſupra dixit Dominus: καὶ ἐγὼ ἁρπῶμαι rapiam, & vere Hebraice eſt rapiam: ſed forma dicendi Hebræa eſt de fera immani, quæ rapit & diſcerpit prędam. Qua imagine vim Dei vindicatiuã exprimit ſpiritus S. Ait ergo Propheta, ipſe Dñs diſcerpit nos, ipſe curabit nos: & hæc dicta ſunt de Hebræis, qui poſtea credituri ſunt Chriſto ait Theophylactus: & faciem Dei quærent, hoc eſt filium: quod dixerat propheta capite ſuperiori. (Percutiet & curabit nos). Theophylactus: percuti permiſit noſtram naturam peccato, & morte peccatum puniuit, poſtea mortis vulneri apposuit, filium vnigenitum, vt moton, id eſt, vt fila lintea & linteola, quæ Chirurgi ſolent vulneri apponere, vt putridas carnes comedant, & extrahant pus: quod Chriſtus facit, conſumit putrida & purulenta, & ſanat noſtrã naturam. Grigentius ita explanat hæc. Palæologus de Chriſto, & eius reſurrectione hæc explanat: & addit, diuinam eius naturam ſignificari, & humanam his verbis. Cyrillus in Ioannem lib. 2. cap. 26. Percuſsit nos propter Adæ præuaricationem, dicens: Terra es, & in terram reuerteris: corruptione autem morteque percuſſos tertio die, rurſus ipſe curauit, id eſt, non primis nec medijs, ſed nouiſsimis temporibus, quãdo propter nos factus eſt homo. Tertullianus aduerſus Marcionem lib. 4. cap. 62. interpretatur hunc locum de mulieribus quę ante lucem conuenerunt ad ſepulchrũ Domini: vt quęrant, inquit, faciem meã, ante lucem vigilabant ad me dicentes: Quis enim hæc nõ videat ſi cogitet mulieres illas inter dolorem pręſentis deſtitutionis, qua percuſſæ videbantur à Domino, & ſpem reſurrectionis, qua ſe reſtitutas videbant. Cyprianus de oratione dominica: Mane orandum eſſe ait, vt reſurrectio Chriſti celebretur. Et ita putat dictum diluculo vigilabat ad me, dicentes, & notato Thargum refellere has omnes ſanctorum interpretationes. Nec ſcio cur placeat quibuſdam expungere hoc verbum ex vulgata, & ex tranſlatione Lxx, & affirmare, ſahar, eſſe quærere diligenter. Quis in dubium vocet ſignificare hoc verbum, ſahar, diluculare, diluculo ſurgere? ſignificat etiam quærere, quid tam, continuo dicendum eſt verbum Hebræum hoc ſignificare? imo magis proprie diluculo ſurgere, an continuo labefactandæ noſtræ tranſlationes, & ſubuertendæ ſanctorum interpretationes? dura res eſt.

D. HIERO. Viuificabit nos poſt duos dies, & die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius, ſciemus ſequemurq; vt cognoſcamus Dominum.

Lxx. Sanos faciet nos poſt duos dies, in die tertia reſurgemus, & viuemus coram eo, & ſciemus, & perſequemur, vt cognoſcamus Dominum.

Theophylactus, ſuſcitans, inquit, à mortuis noſtram naturam quam aſſumpſit nobis reſurrectionem donauit, quam habebimus ſuo tempore, & viuemus, quoniam vnus pro omnibus mortuus eſt. Origenes in Exodi cap. 12. 13. 14. Homelia. 5. Reſuſcitabit nos Deus poſt biduum, inquit, & in die tertia reſurgemus, & viuemus in conſpectu eius. Prima dies nobis paſsio ſaluatoris eſt, ſecunda dies qua deſcendit ad inferos, tertia reſurrectionis eſt dies. Athanaſius in diſputatione aduerſus Iudæos citat hæc de Domini reſurrectione: ſed duos dies interpretatur præſens & futurum, vt audacter poſtea ſubiungat, die tertia reſurgemus. Sed poſſe explanari duos dies puto quibus ſacramentum corporis & ſanguinis inſtituit, & quo paſſus eſt. Author

Eclo-

Eclogarum putat his verbis ſignificari, Chriſtum ſua reſurrectione nobis omnibus vitam donauiſſe. Auguſtinus de altercatione Eccleſiæ & ſynagogæ ſignificari his verbis ait, Chriſtum ab inferis reſurrexiſſe, vt nos viuificaret die tertia, & de ciuitate Dei lib. 18. cap. 28. idem ait, ſed prophetica altitudine dictum ait: ſanabit nos poſt biduum, die tertia reſurgemus. Cyprianus in lib. 2. aduerſus Iudæos cap. 25. quod ab inferis Chriſtus reſurgeret tertio die apud Oſee eſt: viuificabit nos poſt biduum die tertio reſurgemus. Et in Symbolum Apoſtolorum manifeſtiſsimè ait hoc loco prædictam Chriſti reſurrectionem. Gregorius. PP. lib. 2. ſuper Ezechielé Homelia. 20. propheta Oſeas, inquit, per reſurrectionem Domini humanum genus vidit in finē ſuſcitari, viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Idem Gregorius in explanatione in. 7. Pſalmum, in illa verba: Propter nomen tuum Domine viuificabis me, ad hoc Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt nos peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, viuificabit nos poſt duos dies, & in tertia die ſuſcitabit nos, illa nempe reſurrectio noſtra vita fuit. Tertullianus aduerſus Iudæos, de claritate gentium in Chriſto Ieſu, vtique poſt reſurrectionem eius à mortuis, quæ die tertio effecta eſt, cœli eum receperūt, iuxta illud: Ante lucem ſurgent ad me dicentes, &c. Poſt biduum die tertia, quę eſt reſurrectio eius glorioſa, cæli eum receperunt. Quibus verbis mihi videtur Tertullianum totum hoc feciſſe vnius ſententiæ, vadens reuertar ad locum meum, in cælos, ſcilicet, cùm poſt reſurrectionem in cælos aſcendit. Donec deficiatis, donec deficiat ſynagoga, quæ lōge lateq́ue erat diffuſa toto orbe, vt leges apud Auguſtinum in Epiſtola ad Medaurenſes. Et quæratis faciem meam, & conuertamini ad Chriſtum, qui facies Dei dicitur. In tribulatione quæ fuit Apoſtolis in paſsione Chriſti: mane, quum luceſceret in primam ſabbati, conſurgent mulieres ad me, vt vnguerent me. Venite & reuertamur ad Dominū, &c. vt dictum eſt. Quæ omnia eò tàm fuſe dicta ſunt, quod tàm ſunt plana, vt nemo audeat ſentire aliter, aut ſaltem ſcribere. Nam & Vatablus & alij de reſurrectione Chriſti hæc interpretantur, reliqua non item: tamen quidam interpres pro, mane conſurgent, quod veteres de mulieribus quæ iere ad ſepulchrum, vt vnguerent Ieſum, interpretantur, Hebraice ait eſſe, quærent diligenter. Quid ſi ita Hebraicè eſt inquies? ita interpretatur. R. Abraham, &. R. Dauid, quos ſequuntur Vatablus & alij. Id Hebraice eſſe aiunt, quod interpretantur rabini, non quod Hebraice eſt. Nam vox Hebræa propriè ſignificat mane conſurgere, nec id quiſquā audeat diffiteri. Deinde pro, die tertia ſuſcitabit nos, quod omnes veteres de Chriſti reſurrectione explanāt, Hebraice aiunt: ſtabiliet nos. Quam mihi non ferenda hæc licentia eſſe videatur, non poſſum plane proloqui, Audeat quiſquam id eſſe dicere Hebraice, quod ipſe interpretatur iuxta rabinos, non quod re vera eſt? Dicat qui volet, id Iudæi putant his verbis ſignificari, & vere dicent, nec tantopere nocebunt, Nam qui Hebraice neſcit, verè putat dici, ita eſſe Hebraicè, & ſuſpectum putat, quod noſtra ſcriptura præfert. Et ſuſcitabit nos, & deceptos veteres, qui de reſurrectione Chriſti interpretantur. Apponat Thargū, quod non tam Thargum, quam Phariſaica interpretatio eſt. Adſcribitur rabinica interpretatio, qua lector combibat venenum; qui non ita animo firmo eſt: quaſi dicant non de Chriſti reſurrectione hæc dicta ſunt, ſed de communi omnium reſurrectione: ita Thargum: ita Iudæi inquito. Nam vnde tu tot nugas Thargum eſſe putas? Qui ſapit agnoſcit Iudaicas fabulas. Et ideo cardinalis ille Ximenius, Academiæ Cōplutenſis conditor, nunquam ſine honoris præfatione nominandus, non permiſit Iudaicū opus excudi in ſuis libris.

In Thargum.

Habet,inquiunt,multa notanda: habet: ſed tot referta Iudaicis venenis, vt in vltimas terras eſſet ſummouendum. Eſt verum,inquiunt, Thargum. Vnde ſcis verum eſſe Thargum,porrigit tibi illud Eccleſia? Eſt dimiſſum vſque ad noſtra tempora ab ipſis Chriſti temporibus per manus Pontificum? Iudæi venerantur, inquiunt, & proponunt: proponāt ſuis Iudæis, nec quiſquam tam ſit audax, vt catholicis proponat Iudaicas nugas. Cœperat Cardinalis ille clariſſimus excudere Thargum in libros Moſis,poſtquam ad reliquos ventum eſt, & Iudaica ſunt deprehenſa venena,iuſsit in Bibliotheca Complutenſi aſſeruari, excudi vetuit. Sed mea ſententia ſi me illa tuliſſent tempora aduolutus eius genibus peterem vt Veneris marito potius illa concrederet, quam Bibliothecæ Cōplutenſi. Mitto dicere quæ quidam in Commentarijs in hunc locum dicunt, quæ quam ſint conſideratè dicta,neſcio. Eſt chaldaicum,aiunt, Thargum,fateor, quid ni? Iudaicis nugis & fabulis refertum,quæ rem Iudaicam iuuat. Sed & noſtra,aiunt,aliquando:ita eſt,ſed tanto Iudaico veneno refertum, vt Cardinalis ſplendidiſsimus Complutenſis Academiæ conditor id excudi vetuerit: vt à D. Hieronymo, & à veteribus patribus ad interpretationem ſcripturæ nunquam ſit adhibitum, Iudæis ſemper ſit ad manum, vnde nos, ſi quid pro nobis faciat, mutuamur.

D. HIERO. Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis,temporaneus & ſerotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciā tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.

LXX. Quaſi manè paratum inueniemus eum, & veniet quaſi pluuia nobis temporanea & ſerotina terræ. Quid tibi faciam Ephraim? Quid tibi faciam Iuda? At miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros matutinus pertranſiens.

Tertullianus de trinitate putat ſignificari tempus reſurrectionis Domini his verbis: Quaſi diluculo paratum inueniemus eum. Huc videtur ſpectare D. Hierony. Nam hæc omnia Hieronymus de Chriſto interpretatur. Sed iuxta vulgatam ad aduentum Chriſti referas neceſſe eſt, quaſi diluculo præparatus eſt egreſſus eius, id eſt, aduentus eius, de quo dictum eſt, quaſi lampas accendetur. Et vt ſol ſplendidiſsimus noctis tenebras diſijciet. Et ſic videtur intellexiſſe Procopius in Geneſ. 123. Credentibus in Chriſtum inquiens, Chriſtus diluculum & aurora eſt, ſic etiam videtur intellexiſſe Author Eclogarum de Chriſto. Lxx videtur vna littera addita non legiſſe, mothao, egreſſus eius, ſed nimtzaho, inueniemus eum. Et ſic plane refertur ad Chriſtum repertum ipſo mane reſurrectionis. Et ſic plane hunc locum intellexit B. Proſper de prædictionibus, parte. 3. promiſsione. 29. Et certe ſi attendas, magnam vim habet ſi legas etiam cum Lxx, & ad Chriſti reſurrectionem etiam referas. Nam oſtendimus alibi duplicem eſſe lectionem in quibuſdam, quæ videtur de induſtria à Prophetis relicta vt duplex ſignetur myſterium. (Veniet quaſi imber nobis temporaneus & ſerotinus terræ.) D. Hieronymus hæc omnia ad Chriſti refert aduentum. Theophylactus alio refert, & ad Chriſtum. Dixi enim confuſa eſſe Theophylacti, & Theodoriti commentaria. Author Eclogarum de Chriſto, ad Chriſti refert aduentum, imber temporaneus, qui tempori venit ad faciendam ſementum, & ad

alendas

alendas fruges, quæ natæ erunt infrugiferæ, niſi menſe Maio & Aprili irrigentur pluuijs: ſi vterque imber ſuppetat edet terra fructus vberrimos. Talis erit Chriſti aduentus, vt pro pluuia ſit temporanea & ſerotina, & terram ſanctiſsimis viris faciat fœcundiſsimam, quibus regia cæli ſplendet. (Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda?) Chryſoſtomus.5.851 de pœnitentia oratione. 3. indignantis Domini verba eſſe putat, & volentis punire, & rurſum miſerentis: idem putare videtur Ambroſius in lib. de pœnitentia cap. 4. vt Ieſu indignantis, & miſerentis hæc verba ſint, vt prouocet gemitus noſtros, & noſtras lachrymas, vt ignoſcat, iuxta illud: ſi peccator ingemuerit, ſaluus erit. (Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros matutinus mane pertranſiés.) Theophylactus, Miſi vobis miſericordiam meam filium vnigenitum, qui vos aleret & pingues bonis ſpiritalibus redderet, vt ros matutinus tráſiens flatu ventorú diffuſus in omnem terram, & vt nubes matutina refrigerans fructus: ſed vos filium non recepiſtis, qui filius miſericordia fuit patris, dictus nubes propter corporis craſsitiem: matutina, quod venit ſub vmbra legis, & non recepta eſt propter tenebras dæmonis, & peccatorum, quibus Iudæi erant implicati. Ipſe auté Chriſtus principium diei fuit, & dies qui noctis tenebras diſpulit. Idem Chriſtus dicitur ros, qui cælo deſcendit: tranſiens, quod non ſubſtitit intra Iudæam, ſed tranſijt ad omnes gentes, iuxta illud Eſaiæ. Plena eſt terra cognitione Dei, & iuxta illud: in omné terram exiuit ſonus eorū. Quęro ego ab his, qui Hebræorū interpretationé ſectātur cur hęc diſplicét? lectioni Hebrææ, Græcæ, & Latinę cōgruūt: & antecedentibus, & ſequétibus. An quia Iudæi aliter interpretātūr, & ad decé tribuum captiuitaté referunt. Expectas vt Iudæi ad Chriſtum referāt? Quis hiſtorias rerum veterum primoribus labris attigerit, & ignoret Iudæos acerrimos hoſtes Chriſtianorum eſſe? Hoſtibus Chriſti infeſtiſsimis fidem habes tu de ſcripturæ interpretatione? Quis in theologicis rebus verſatus vel tenuiter eſt, qui neſciat bellum immortale eſſe Iudæis aduerſus nos de intellectu ſcripturę? Ipſi ad id omnes neruos intendunt, vt peruertant ſenſa ſacra ſcripturæ: noſtri certe in eo ſe exercuere, vt Iudæos refellerent, & refutatos deiecere iā olim. Ego pro veterum ſententia, qui hæc de Chriſto interpretantur, hoc dicere habeo: Græca, Latina, Hebraica congruere eccleſiaſticę interpretationi: & antecedentia & ſequentia omnia. Mendaciſsimos Iudęos ſequatur qui volet. Ego vel hoc impientiſsimum eſſe puto, velle mēdaces facere ſenſus Eccleſiæ veterum omnium, quos ſuæ Eccleſiæ ſpiritus ſanctus dedit.

D. HIERO. Propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbo oris mei, & iudicia tua quaſi lux egredietur, quia miſericordiam volui, & non ſacrificium: ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum: ipſi autem ſicut Adam tranſgreſsi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me.

Lxx. Propterea ſuccidi veſtros Prophetas, occidi eos in verbo oris mei, & iudicium tuum quaſi lux egredietur: quia miſericordiam volo & non ſacrificium: & ſcientiam Dei magis quam holocauſta: ipſi autem ſunt ſicut homo præuaricans teſtamentum.

THeophylactus, vt centies admonui, vtranque interpretationé eſt complexus, quo confuſſa eſſe arbitror Theodoriti & Theophylacti commētaria. Interpretatur etiam verba hæc cōuenienter ſuperioribus, iuxta illud Euangelium Matthæi cap. 23. Ecce ego mitto

ad

ad vos Prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis, &c. & ita interpretátur: (Dolaui in Prophetis), id eſt, ſuccidi veſtros Prophetas: quod interpretantur Lxx permiſsi à vobis dolari & ſuccidi. (Et occidi eos in verbo oris mei) id eſt, fui cauſa vt occiderentur à vobis, dum eos ad vos mitto, vt prædicerent futura, & admonerent vos, vt à peccato cauere tis: & dum eos ad vos miſi, videor ego eos occidiſſe, qui veſtri commodi cauſa eos mittebam, cum viderem omnes à vobis occidi. (Et iudicia tua quaſi lux egredietur.) Theophylactus, quid iuuat Prophetas occidere, & dicere Prophetis, ne ſtilletis iudicia, quæ ſtatui aduerſus vos, de vaſtatione Iudææ poſt crucem Domini: publicabuntur toto orbe, & illuſtriora erunt ipſo ſole. Quid enim illu ſtrius, quam immane facinus Iudæorũ, quod in Chriſtum Dominum ſunt auſi, quid nobilitatius pœna, quæ illos eſt cõ ſequuta poſt crucem Domini? Cyrillus de ſpiritu & littera illa verba: Iudicium meum, &c. videtur intelligere, Euangelica lex: quæ in prophetis iudicium dici tur. Egredietur, illuceſcet mundo quaſi ſol fulgentiſsimus. (Quoniam miſericordiam volo & non ſacrificium.) Cyril lus loco citato: quia præſtat multum dilectio, & charitas legis nouæ, quam ſacrificia vitulorum, & ouium legis veteris: & præſtat legi veteri longe & multũ ſublimitas cognitionis Chriſti, per quã nobis quoque pater noteſcit. Auguſtinus. 4. in quæſtionibus ex vtroque mixtim. 103. Iudæi quum iniuſti eſſent, & im miſericordes, oblationibus propitium fore Deum ſibi putabant, vnde audierunt. Miſericordiam volo, &c. Cyrillus rurſus in Geneſim lib. 5. Miſericordiam volo & non ſacrificium: & cognitionẽ Dei, quam holocauſta. In Chriſto enim miſericordiam conſequuti ſumus, in Chriſto patrem cognouimus. In Chriſto enim eum, qui natura Deus eſt, planè intelleximus. Latius hæc Theophyla-ctus. (Scientiam Dei, pluſquam holocau ſtum.) Iam hæc interpretatus eſt Cyrillus. Procopius in Geneſim: longe & mul tum præſtat cognitio Chriſti, quam veteris legis cultus, iuxta illud Pauli: verũ tamen exiſtimo omnia detrimentum propter eminentem ſcientiã Ieſu Chriſti Domini mei. Loquitur de his, quæ ad veterem legem ſpectabant. Lege Irenæũ lib. 4. cap. 32. (Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſsi ſunt pactum,) Lxx. Ipſi autẽ ſunt ſicut homo præuaricans teſtamentum. Theophylactus ſuperiora omnia ſic eſt interpretatus, vt diximus. Deinde ſubijcit: tranſgreſsi ſunt teſtamentum, quoniam non recipientes Chriſtũ prædictum in veteri teſtamento, patris teſtamentum tranſgreſsi ſunt: qui filium vineæ hæredem fecerat, & vinea Domini Sabbaoth, domus erat Iſrael: & domus Iuda: dilectum filium Dei in propria ve nientem non receperunt, & dixerunt: hic eſt hæres, venite occidamus eum. Adam idem eſt quod homo, & ita verte re Lxx. D. Hiero. pro primo parente accepit, & hiſtoriam peccati primi parentis, ſimilitudinem, & typum huius prophetiæ eſſe putat: iuxta id quod teſtati ſu mus ſæpè, quoties propheta hiſtoriam veteris teſtamenti citat, illam citare tanquam typum rei, de qua agitur. Typus ergo paſsionis Chriſti, & excluſionis Iudæorum Adami peccatum fuit, & eius à paradiſo excluſio. Adam enim collocatus in paradiſo terreſtri erat, & fruebatur paradiſo intelligibili aliqua ex parte præditus cognitione rerum intelligibilium, & ſpiritalium. Acceperat hãc gratiam vt poſſet non mori, & veſceretur fructu omnium arborum, quæ erant in paradiſo, inter quas erat lignum vitæ, quod lignum typus Chriſti erat, qui lignum vit. dictus eſt. Acceperat hoc pactum, & hanc legem à Deo, ne veſceretur fructu arboris boni & mali, quod qua die illo veſceretur, eſſet moriturus. Et pactum illud dicitur teſtamentum, quod typus eſſet teſtamenti noui, quod

Adami peccatum typus paſsionis Chriſti.

Lignum vitæ Chriſtus.

vt ait Paulus morte Chriſti eſt ſtabilitũ. Præuaricatus eſt Adam pactum, deceptus à muliere: & vetitus eſt veſci ligno vitæ, quod dabat vitam immortalem, & paradiſo excluſus vita beata eſt ſpoliatus, Typus hic & ſimilitudo aduentus Chriſti eſt. Acceperat Iſrael promiſſa ligni vitæ, id eſt, Chriſti, poſitus in lege Domini, quæ vt ait Damaſcenus, paradiſus eſt intelligibilis: acceperat teſtamentum vitę æternæ adoptionis filiorum Dei: acceperat promiſſa ea bonorum tantorum quanta nec in cor hominis aſcendere poſſent: hac tantum accepta lege, vt ſeruarent præceptum Dei de ſeruanda lege veteri, cujus finis Chriſtus erat, vt Chriſtum expectarent, & reciperent, abſtinerent arbore ſcientiæ boni & mali. Iudæi ergo, ſicut Adam, tranſgreſsi ſunt legem Dei: non obtemperauere Dei præcepto, nec recepere Chriſtum, quin illum affecere cruce. Et vt Adam perdidit bona, quibus fruebatur in paradiſo ſupradicta, & incurrit mortis pœnam: ſic Iudęi perdidere promiſſa bona veteribus patribus, & incurrit duplex exitium, & quod vaſtatus à Romanis in ſempiterna captiuitate eſt: & pœnas æternas apud inferos. Nam Theophylactus hoc addit. Hoc enim erat Patris pactũ, vt faceret ipſos hæredes adoptionis filiorum Dei, & gloriæ regni cęlorum, & noluere ſtare pacto, & lege Dei, nec voluere ipſum regnum cælorũ, nec ipſum Chriſtum regnare ſuper ipſos, & ſe ipſos indignos cęli gloria fecere. (Ibi præuaricati ſunt in me.) in typo ipſo, in Adam, tanquam in typo Iudæi infideles præuaricati ſunt in me, ſignificata eſt præuaricatio qua me affecere cruce.

D. HIERO. Galaad ciuitas operantium idolum ſupplatata ſanguine, & quaſi fauces virorũ latronum, particeps ſacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, quia ſcelus operati ſunt, in domo Iſrael vidi horrendum, ibi fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael, ſed & Iuda pone meſſem tibi quum conuertero captiuitatẽ populi mei.

LXX. Galaad ciuitas quæ operatur vana conturbans aquam, & fortitudo tua viri Piratæ abſconderunt ſacerdotes viam, interfecerunt Sicima, quia iniquitatem fecerunt in domo Iſrael. Vidi horribilia ibi, fornicationem Ephraim, contaminatus eſt Iſrael, & Iudas incipe vindemiare tibi, quum conuertero ego captiuitatem populi mei.

HAEc, inquies, verba, ad captiuitatẽ decem tribuum plane ſpectant: aio inquam quædam eſſe, quæ in vtranque partẽ credibiliter pertrahi poſsint, qualia ſunt. (Galaad ciuitas operantiũ idolum.) dictum eſt centies vaticinijs de Chriſto, & de vaſtitate Iudææ, & Iudæorum excluſione ſubiungi ſolere à Prophetis idololatriæ crimen, quaſi dicat propheta, eam fuiſſe cauſam cur Dominus permiſerit Iudęos occæcari in aduentu Chriſti, iuxta illud: Illi me irritauerunt in eo qui non erat Deus, & ego irritabo illos in eo, qui non eſt populus: hoc eſt in populo gentium, qui quod colebat pro Deo lapides, & dura ſaxa, indignus erat qui populus diceretur, & ita in ſcriptura gentes feræ & beſtiæ vocantur. Irritabo Iudæos admittendo ad fidẽ populum gentium, & excludendo Iudæos. Et ita ſequentia vſque ad finem poteris interpretari, vt cætera de criminibus idololatriæ Iudææ & Iſrael, quę fuere cauſa vt Iudæi permiſsi ſint occæcari in Chriſti aduentu. Galaad ergo erat ciuitas quæ ceſſerat in ſortem ſacerdotũ, & deberet abducere populos ab impietate,

tate,& ad idololatriam impellebat magis. Et poſſet verti lectio Hebræa Galaad ciuitas operantium ſcelus, in Chriſtum, ſcilicet. (Supplantata ſanguine.) polluta ſanguine fidelium. Nec enim poſſet male Hieruſalem nominari Galaad, conuenienter ſuperioribus, vt nominatur Babylon, & Sodoma, & Gomorrha, Nā Galaad vox Hebræa latinè ſonat teſtimoniorum aceruum, quæ legebat quotidie tot prophetias de Chriſto, tantum aceruum, & cumulum teſtimoniorum de Chriſto, fuit tamen ciuitas operantium idolum, quia ſeruijt idololatriæ, aut quia relicto Domino ſequuta eſt Cæſarem, aut operantium ſcelus, ſcilicet, in Chriſtum. Supplantata ſanguine, vel vt lectio Hebræa verti poteſt: euerſa ſanguine ipſius Domini, & Apoſtolorum, & martyrum, quorum ſanguine ſupplantata ruit: ducta metaphora à luctatoribus, & quod ſe ſanguine prophetarum, & Chriſti, & martyrum imbuit, vaſtata eſt & excluſa ab Eccleſia. (Quaſi fauces virorum latronū.) quæ deuorabant prophetas, Apoſtolos, & fideles. (Particeps ſacerdotum.) qui inſidiati ſunt Domino. De quibus litteræ Euangelicæ multa dicunt. Nec inficior poſſe hæc explanari de idololatria Iſrael, iuxta canonem ſupradictū: quod enim Lxx vetere, Galaad ciuitas quæ operatur vana, THEOPHY. explanari poſſe ait de Synagoga: fecit enim vanas calumnias aduerſus Chriſtum. Et quanto magis affectus ignominia à dicentibus: eradamus cum à terra viuentium: & non memoretur nomen eius vltra: magis reſplenduit Chriſti crucifixi gloria. Et turbauerunt aquas, id eſt, ſcripturas confundentes, illarum ſenſum de Chriſto, & turbantes doctrinam ſaluatoris. THEOPHY. ſpiritalis doctrinæ aquas, ſcilicet, calumniantes reſurrectionem Domini, & alia. Vna littera mutata facit hoc diſsidium tranſlationū, nam D. HIERO. legit מִדָּם à ſanguine, Lxx. מַיִם aquas ſiquidem. עֲקֻבָּה ſupplantata eſt, & imbuta atque decepta & ſi actiuè leges, Aquaba, decipiens eſt, & fraudem faciens in aquis, & ita vertere Lxx turbans aquas. (In via interficiētium.) qui per omnes vias tendebant inſidias, vt prædicatores verbi interficerent. Pro hoc Lxx reddiderunt: fortitudo tua viri pyratæ, hoc ſolum intereſt, quod litteræ ſint tranſpoſitæ. D. HIERONY. legit. חכי fauces, Lxx legere tranſpoſitæ & ſine. י. כחי. fortitudo, mutato nomine affixo quod ſœpè fit, nam fortitudo dicitur. כח aut כוח, & ſic lectio Hebræa vertetur ad verbum: fortitudo tua viri piratæ. THEOPHY. quod cum gladijs, & fuſtibus egreſsi nocte ſunt ad prehendendum Dominū, iuxta illud: Tanquàm ad latronem, &c, Matthæi. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. (Particeps ſacerdotum in via.) Lxx abſconderunt ſacerdotes viam. pro. חבר, id eſt, particeps, legere. Lxx. חפו abſconderūt, mutatione duarum litterarum, ideſt, iuxta illud Matthæi. 26. Principes ſacerdotum congregati ſunt, &c. vt Ieſum dolo tenerent, ne forte tumultus fieret in populo. Ita fere THEOPHY. & eo capite hæc completa videtur prophetia. Vulgata noſtra iuxta hanc ſententiam ſic explanabitur: particeps ſacerdotum, ſocius conſiliorum populus Iſrael ſacerdotum in via, qua prehendendus erat IESVS. Sed varie diſtinctus eſt hic locus à D. HIERO. & à Lxx. Siquidem D. HIERO. ſic diſtinxit. (Particeps ſacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem.) particeps ſacerdotum qui inſidiati ſunt Domino. (In via interficientium.) qui collocatis inſidijs in via interficiebant omnes, qui Chriſto crediderunt. Pergentes de Sichem, quum pergerent de vna vrbe ad alteram. Ponitur enim pars pro toto, vna vrbs pro omnibus. Sic vulgata explanabitur, ſi iuxta ſanctorum interpretationem illam velis interpretari. Lxx ſic diſtinxere. (Abſconderunt ſacerdotes viam.) vt IESVM dolo tenerent. (Interfecerunt Sicima.)

vt

THEOPHYLA. IESVM, qui ſicima dicitur, quod temperantiæ & virginitatis fructus erat. Sichem enim, inquit Ioſeph in ſortem ceſſerat, qui exemplũ virtutis fuit, & Chriſti typus. Adde quod Sichem humerus dicitur, & forma Hebræa dicendi pro robore ponitur, & fortitudine, quod quum humeris incumbimus, totis viribus incumbimus: & Chriſtus fortitudo noſtra, & noſtrum robur eſt. Occiderunt Chriſtum, qui erat robur ſynagogæ, & ita iuxta Eſaiam. Et ita ablatum eſt ab eis omne robur panis & firmamentum omne, & ſtabilimentũ. (Quia ſcelus operati ſunt.) aduerſus Chriſtum. (In domo Iſrael vidi horrendum. Lxx vidi horribilia ibi.) quid apertius? Regem gloriæ crucifixũ, ſcilicet. Expectatum per tot annos à ſanctis patribus, pro, horrendum. Hebraice eſt, Saaruria, quæ vox reddi etiam poſsit excogitatum nefas illud, ſcilicet. Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & eradamus eum de terra viuentium, nomen eius non memoretur vltra. (Ibi fornicatus eſt Iſrael.) relicto Domino, quum clamauit: Non habemus regem niſi Cæſarem. Dictum eſt enim ſupra, cur hæc ſit appellata fornicatio. (Contaminatus eſt Iſrael.) eiuſdem ſententiæ repetitio. THEOPHY. quod omnium fuit peſsimum: quando oportebat Iſrael percipere promiſſa, quæ veteribus patribus erãt data, tunc contaminatus eſt, & amiſit diuina promiſſa, quum dixit ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. (Sed & Iuda pone meſſem tibi) hanc meſſem ſuperiore commentario fuerat interpretatus meſſem promiſſorum Dei, & filiorum adoptionis regni cæleſtis per Chriſtum futuri. Nã hoc loco THEODORITI commentarium eſt, pro THEOPHYLA. commentario. Igitur ſenſus eſt: Iuda, id eſt, vos Apoſtoli, & credentes (dixi enim ſic in ſcriptura appellari populum fidelem noui teſtamenti ſæpe) vos ergo Apoſtoli & credentes. (Pone meſſem.) deligite credentes, iuxta illud Eſaiæ: lętabũtur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe. (Quum conuertero captiuitatem populi mei,) quum redemero genus humanum, prædicate Euangelium omni creaturæ: & demetite multas meſſes, & rogate Dominum meſsis, vt mittat operarios. Lxx pro meſſe vertere vindemiam: pro pone meſſem: incipe vindemiare. Mutatio vnius litteræ fecit hoc diſsidium. Nam קָצִיר meſsis eſt, בָּצִיר vindemia, & Iſrael vinea Domini Sabbaoth dicta eſt: & in aduentu Domini facta eſt vindemia, & relicta Hieruſalem tanquam vmbraculum in vinea facta vindemia.

Oſee CAPVT. VII.

D. HIERO. Quum ſanare vellem Iſrael reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt, ſpolians latrunculis foris.

LXX. Quum ſanarem ego Iſrael, & reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operata eſt mendacia, & fur ad eum ingreſſus eſt, ſpolians latro in via ſua.

HOC principium THEOPHYLA. vtroque modo explicat, vt ad decem tribus referat, & ad Chriſtum: reliqua huius capitis interpretatur de Chriſto, ſed quum ſuperiora ſex capita omnia veteres patres, qui antiquiores D. HIERO. fuere de Chriſto interpretentur, nec eorum quiſquam quicquam ex illis referat alio, & voces tam Hebrææ quàm Græcæ, quàm Latinæ Chriſtum præferant & vociferentur, & Lxx viri velut Commentarij antiquiſsimi multa

ex

ex hoc capite & alijs de Chriſto interpretantur, neſcio quę res cogat quoſdam ex noſtris audire potius Iudæos hoſtes acerrimos Chriſti: qui, vt ORIGE. ait, Chriſtum vſque adhuc in interpretanda ſcriptura crucifigunt, quum eum aſtris ſplédidius apud prophetas micantem impia interpretatione conantur extinguere. Nos noſtrum inſtitutum ſequamur. (Quum ſanare vellem Iſrael) THEOPHY. verba Chriſti eſſe putat, nunc quũ veni ad conuertendas oues Iſrael, iuxta illud Domini: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierant ex domo Iſrael. (Reuelata eſt iniquitas Ephraim.) THEOPHY. tunc reuelata eſt omnis populi malitia, quum dicente Pilato: Non inuenio in hoc homine cauſam. Et quem vultis dimitti vobis IESVM, an Barrabam, reſponderunt Barrabam, IESVM autem crucifige. Senſus hic, aiunt, non litteralis ſed ſpiritalis eſt. Quem tu ſenſum litteralem nominas? an non eum quem ſonat littera prophetæ? conſule prophetæ verba, & ea tu tacitus multũ apud te animo luſtra, & vide an quicquã aliud prophetę verba magis præſeferãt, quam quæ diximus. Diximus ex Euſebio Ephraim dici populum Iudaicum omnem, qui Chriſto non crediderit, quod decem tribus, quæ Ephraim vno nomine dicuntur, quum diſceſſere à regno Iuda, extra quod ſacrificia facere nõ licebat, typus fuere eorum Iudęorum, qui diſceſſere à credentibus, qui in ſcriptura Iuda ſolent appellari, id eſt, confitentes. Id enim Iuda vox Hebræa ſonat à Iada, confiteor. (Quia operati ſunt mẽdacium) Rupertus, qui etiam ſuperiora verba Chriſti verba eſſe putat, operati ſunt mendacium, inquit, quum Dominum dixêre Samaritanum, & in Belzebub principe dæmoniorum eijcit dęmonia: & ſimilia. Et dixerat Rupertus, perſequuti ſunt ſanare volentem, tanquam frenetici medicum, negauêre illum ante faciem Pilati, ſic reuelata eſt imo impleta iniquitas Samariæ, & Ephraim: implere enim menſuram patrum ſuorum. (Et fur ingreſſus eſt, ſpolians latrunculus foris.) THEOPHY. quando in tanta impietate verſabatur Iudæorum populus, fur ingreſſus eſt ad Chriſtum, latrunculus inquam ſpolians foris. Crucifixus eſt enim Dominus inter duos latrones, quorum vni dixit Dominus: Hodie mecum eris in Paradiſo. Hic igitur ad Chriſtũ eſt ingreſſus, quũ Iudæi qui noctes & dies verſabant manibus ſcripturas, in tanta impietate verſarentur. Rupertus hæc aliter: fur Iudas, inquit, eſt, qui ingreſſus eſt, vt proderet Dominum: latrunculus cœtus phariſaicus, iuxta illud: vos feciſtis eam ſpeluncam latronum. THEOPHY. hæc etiam refert ad exercitum Romanum, qui poſt crucem Domini Iudæos vaſtauit, & fur ingreſſus eſt ſpolians exercitus Romanorum, qui Iudæos vaſtauit: latrunculus foris, idẽ exercitus, vel exercitus Idumæorum, qui Hieroſolyma cepit: vel fur ingreſſus eſt, vt crucifigeretur mecum, & ſpolians latrunculus Barrabas, qui propter ſeditiones in carcerem eſt miſſus: quod etiam ſignificare videtur idem THEOPHY. Ergo cœtus Phariſaicus latrunculus, inquit, foris, quum iniere cõſilia, & dixere. Expedit vt vnus moriatur pro populo. Phariſæi prædam de populo faciebant ſub ſpecie religionis, fur & latrunculus poſſunt quoque referri ad duos latrones, inter quos crucifixus eſt Dominus, & D. HIERO. hæc huc quoque referre videtur.

D. HIERONY. Et ne forte dicant in cordibus ſuis, omnem malitiam eorum me recordatum, nunc circundederunt eos adinuentiones ſuæ coram facie mea factæ ſunt, in malitia ſua lætificauerint regem, & in mendacijs ſuis Principes.

LXX.

Lxx. Vt concinant quaſi cantantes corde ſuo, omnes malitias eorum recordatus ſum, nunc circundederunt eos cogitationes eorum contra faciem meam facti ſunt in malitijs ſuis, lætificauerant regem, & in mendacijs ſuis Principes.

ET ne forte dicant in cordibus. Ne dicant Iudæi, me expetere ab illis pœnas omnium ſcelerum, quæ à principio ſuæ gentis admiſere, plus malorum meruit immane ſcelus, quod deſignauere occiſo Domino, rege gloriæ crucifixo, quam ſupplicia quæ illis ſunt irrogata, Lxx aliter diſpunxère hunc locum, & aliam agnouere lectionem Hebræam, videntur ſic diſpunxiſſe. Et non dicent in cordibus ſuis, hic appoſita diſtinctio ne: & certè aliquod verbum plus legère in æditione Hebræa Lxx, & ſic intellexère: non dixere Iudęi aliquod verbum in cordibus ſuis, vt latro, ſcilicet, ille qui in corde ingemuit, & exauditus à Domino eſt, & tunc dixit clara voce: Domine memento mei, &c. Pro non dicent, aut non dixère in cordibus ſuis, ſupple tale aliquid, quale latro ille: Lxx, qui ſæpè non vertunt verba, ſed faciunt paraphraſin, edidere: non concinuere quaſi cantantes corde ſuo cum illis latronibus, & cum Chriſto pulſante ad ianuam, ſic enim hunc locum explanat THEOPHYLA. Deinde nouo initio vertere Lxx (Omnes malitias eorum recordatus ſum.) Habeo, inquit Dominus, ante oculos omne ſcelus eorum, & omne nefas à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c. ſic fere THEOPHYLA. (Nunc circundederunt eos adinuentiones ſuæ.) Lxx conſilia ſua, aut cogitationes. Lectio Hebræa vtrumque ſignificat: luère omnia opera nefaria, quæ in Chriſtum & in Prophetas edidère: ſic fere THEOPHY. coram facie mea factæ ſunt, quum me cruce affecere: Lxx pro hoc edidere (Contra faciem meam facti ſunt.) quum dixiſſent. Hic eſt hæres aggreſsi ſunt me dicentes: venite occidamus eum. (In malitia ſua lætificauerunt regem.) THEOPHYLA. Herodem & Pilatum calumnijs in Chriſtum, & morte Chriſti, conciliarunt pacem cum alienigenis. (Et in mendacijs ſuis principes) Annam & Cayphã, eodem modo hęc RVPERTVS.

D. HIERONY. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente, quieuit paululum ciuitas à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum dies regis noſtri, cœperunt principes furere à vino, extendit manum ſuam cum illuſoribus, quia applicauerunt quaſi clibanum.

Lxx. Omnes adulterantes quaſi clibanus ardens in coctionem, indenſtiua flamma à commiſtione fermenti, donec fermentetur totum, dies regum noſtrorum, cæperunt principes furere à vino. Extendit manum ſuam cum peſtilentibus, quia ſuccenſa ſunt quaſi clibanus corda eorum.

TERTVLLIANVS. 728. in libro de idololatria, idololatrã oſtẽdit homicidam eſſe ſui ipſius adulterum & furem. Nam qui falſis dijs ſeruit, ſine dubio adulter eſt veritatis, quia omne falſum adulterium eſt. Sic & qui in ſtuprum mergitur, in immundos ſpiritus mergitur, & conſtupratus, & conſpurcatus incedit, & ita ſcripturæ ſanctæ idololatriam ſtuprum & adulteriũ vocant. (Adulterantes) RVPER. nocte qua prehendere Dñm. Quia adulteros dici Iudæos oſtendimus, quoties negarent Dominũ, cui erant matrimonio ſpiritali iuncti. Adulterantes ergo quod negauere

Chriſtum dicente Pilato: Regem veſtrum crucifigam? & reſpondêre: Non habemus regem niſi Cæſarem:& præoptauêre Barrabam dimitti, quam Dominum. Quaſi clibanus ſuccenſus à diabolo inſanière aduerſum Dominum nocte illa: non ſine quadam ſimilitudine Sodomorum, quod vertit D.HIER. ſuccenſus à coquente, dixere, Lxx ardens in coctione, nam pro. meope. legere. beope. mutatione vnius litteræ. Succenſus à coquente, à diabolo ſuccendente, vel ardens in coctione illius ſceleris, quod animo concoquebat populus Iudaicus de de Chriſto occidendo. Quod D.HIER. reddidit: quieuit paululum ciuitas, & cõmiſtione fermenti, Lxx reddidere indeſtiua flamma: vt ſit ſenſus, ardentiſsimo odio, quo Chriſtum perſequebantur, quaſi clibanus ſuccenſus à concoquente diabolo: & incendent in flamma denſtiua, vt flamma odiorum ſemper arderet aduerſum Dominum, legere in lectione Hebræa lo.i.non, quæ nunc non eſt, & ſic vertere lectiõnem Hebreã. lo Iſbot. non ceſſauit. mehir. à ſuſcitando, nam vtrunque ſignificat à ciuitate, & à ſuſcitando, vt ſit ſenſus: ita ardebant, vt furni flamma ardet, quam coquens non ceſſauit à ſuſcitando, pro quo Lxx dixere: vt clibanus ardens in coctione, vt flamma denſtiua: reddunt enim plerunque ſenſa, non verba: quod nos admonet D. HIERONYMVS eos facere. Ardebat ergo populus Iudaicus odijs in Chriſtum, vt eum crucifigeret, vt clibanus ardens flammis, quas coquens non ceſſat, excitans: quod dæmon non ceſſabat eos ad immane hoc nefas excitare, vt Chriſtum non reciperent, quin potius illum cruce afficerent. (A commiſtione fermenti donec fermentaretur totum.) Incendebantur corda Iudæorum à dæmone, tanquam clibanus incenditur à coquente, qui non ceſſat excitare flammam, vt clibanus ſit magnopere incenſus: idque nunc, inquit à commiſtione fermenti, à principio ſceleris, quo hoc fermentum, hæc ira, hoc odium in Chriſtum cœpit, nam fermentum pro ira, qua tumet animus etiam latinè ponitur. Plautus: herus meus totus in fermento iacet: à commiſtione ergo fermenti, à tempore quo hoc fermentum, hoc Chriſti odium cœpit, & hoc commiſceri & communicari alijs cœpit à Phariſæis, & Principibus Sacerdotum, donec fermentaretur totum, donec Iudæi infideles omnes eodem odio in Chriſtum inflammarentur. Nam vt recitant litteræ Euangelicæ, totus mundus poſt Chriſtum abibat, & dominica Ramorum die exceptus Chriſtus inſigni quodam honore fuit à Iudæis: intra triduum auerſa omnes multitudo impiorum Iudæorum incenſa odijs in Chriſtum, & diſſeminatum odium donec omnes impij eodem odio inflammarentur. Phariſæi nanque tantum apud populum valebant gratia & authoritate, vt intra breuiſsimum tempus totam Iudæorum multitudinem quo vellent verterent, vt te docet IOSEPHVS.404. 412. Huc ſpectat THEOPHILACTVS: hæc præ ſe fert RVPERTVS. hæc mihi huius loci veriſsima ſententia eſſe videtur: quod veteres patres ſequentia ad Chriſti tempora referunt: & antecedentia ad paſsionem, & redemptionis œconomiam ſpectare commonſtrabimus: & vehemens illa metaphora ardentis clibani magna flamma & combuſtiua, planè ſpectat ad odia illa quibus Iudæorum corda in Chriſtum erant inflammata tempore paſsionis, Methaphora nanque vt docet Ariſtoteles, & Cicero, & Quintilianus nec nimio maior, nec nimio minor eſſe debet, quod obſeruat Spiritus ſanctus ex actiſsimè. Cui rei ergo tam conuenit hæc affectionum animi examplificatio quã animis Iudæorum incenſis aduerſus Chriſtũ? Noſtra vulgata ſic explanabitur

tur, quieuit paululũ ciuitas, per aliquot tempora, nec prorupit in tantum nefas, quanuis caperent conſilia; quomodo IESVM dolo tenerent: & hoc fermentum commiſcerent, donec cœtera multitudo impia corrumperetur. (Dies regis noſtri) iuxta illud Euangelicum: Non haberes in me poteſtatem, niſi datum tibi eſſet deſuper: & hæc eſt poteſtas veſtra & hora tenebrarum. (Cœperunt principes furere à vino) THEOPHYLAC. ebrietate inuidiæ, inquit, furebant contra Chriſtum, tanquam ſi ebrij eſſent à vino. (Extendit manum ſuam cum illuſoribus). Lxx, Extendit manum ſuam cũ peſtilentibus) THEOPHYLACTVS ad Iudam refert: extendit Iudas, inquit, manus ſuas ad peſtilentes Sacerdotes, vt pecuniam acciperet pro Chriſto, vt Chriſtum proderet, & concordaret cum peſtilentibus Sacerdotibus. Vulgata ſic enodabitur: extendit manus ſuas cum illuſoribus, cum his qui Chriſto illudebant, ipſe quoque extendit manum ſuam vt illuderet ei, & contemneret eum. Dixi Iudæos hac fraude noſtra perturbare ſæpè eſſe conatos, vt quoties poſsint ſignificationes vocum Hebræarum negent, vt noſtra perturbentur: qua de re alibi latius. ליץ enim illudere eſt, & peſtilentem eſſe, quod inde dicimus, quod Lxx hoc verbum ſæpè ſic vertunt, pro peſtilentem eſſe. (Applicauerunt quaſi clibanum cor ſuum quum inſidiaretur eis) Lxx, Quia ſuccenſa ſunt quaſi clibanus corda eorum, quum præcipitarentur ipſi) quia applicauerint ad inſidias Chriſti, & ad eius paſsionem cor ſuum ardens tanquam clibanum candentem, & ardentem igni, quum inſidiaretur populus Iudæorum. ſ. (eis) Chriſto, & diſcipulis: ſic enim ex Græca, Hebræaque lectione hæc ſunt explananda. Et hæc mutatio numerorum ſæpè fit apud Hebræos, etiam quum de eadem re ſermo ſit. Verbum Hebræum, quer bu, appropinquauerunt ſignificat, vt vertit D. HIERONYMVS, & quer bo mutato puncto, ſignificat intimum eius: vt ſit, intimum eius populi quaſi clibanus corde ipſorum, & ſic Lxx reddidère ſententiam, pro in medio ipſorum quaſi clibanus ardens corda ipſorum: dixère, ſuccenſa ſunt quaſi clibanus corda ipſorum. THEOPHYLACTVS: ardebant principes Sacerdotum & Phariſæi deſyderio crucifigendi Dominum. Refert etiam hæc THEOPHYLACTVS ad cuſtodes ſepulchri Domini: Mihi magis referendum ad eos videtur eſſe, qui curarunt cuſtodes ſepulchro eſſe præficiendos. (Quum inſidiaretur ipſis) quum inſidiaretur Iudæorum populus. (ipſis) Chriſto, & diſcipulis: verti poteſt etiam lectio Hebræa; quum inſidiarentur ipſi) Iudæi. ſ. Chriſto. Græcè quum præcipitarentur ipſi, quum ſe perderent. Hęc omnia ſic ferè THEOPHYLACTVS, & RVPERTVS. Tamẽ dixi ſolere prophetias de Chriſto ad noſtros applicari mores à Sanctis patribus, & à veteribus. Sic ORIGENES in leuitici cap. 7. Sic Oſeas omnes mœchantes ſicut clibanus ſuccenſus ad comburendum: & iterum: incaluerunt, ſicut clibanus corda eorum. Cor hominis clibanus eſt: illud cor ſi vitia ſuccenderint, vel libido inflãmauerit, non coquet, ſed exuret: ſi ille ſuccenderit, qui dixit. Ignem veni mittere in terram, panes ſcripturarum, quos in corde ſuſcipio, non vro, ſed coquo ad ſacrificium. Eadem verbis eiſdem leges apud CYRIL. in leuiticum. Idem Origenes in MATTH. cap. 17. tractatu. 4. de his qui ſeruiunt paſsionibus, & deijciuntur à ſpiritalibus nequitijs, in ignem incendij fiunt, vt ait Oſeas, Adulterantes vt clibanus ardens ad coctionem ardoris à flamma. Sic enim eſt Græcè apud Origenem. Iſychius

in Leuitici lib.6.in illa verba: ſi mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, quũ comparaſſet adulterium ſenſibile cum intelligibili vtrumque malum eſſe dixiſſet, intelligibile deterius inſenſibili, quod inſenſibili adulterio homini fieret iniuria, in intelligibili ipſi Deo, citat hoc Oſee, omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente: in quo Oſeas adulterium intelligibile accuſat quod ab omni populo Iudæorum committebatur corrumpente legẽ & legis dogmata. Hæc ISICH. Hoc ſi aduerterent multi non eſſent Rabinicarum interpretationũ tam ſtudioſi, multo enim magis nunc adulterant legem, quum omnes de Chriſto prophetias corrumpunt, & aliò deflectunt, vt auertant à Chriſto ſuos, & noſtrorũ animos corrumpant. Et hæc ſimilitudo clibani flãmantis ardentiſsimũ in Chriſtum odiũ ſignificat, quo omnes de illo prophetias alio deflectunt, & illum, vt verbis Origenis vtar, quoties poſſunt in ſcriptura crucifigunt.

D. HIERON. Tota nocte dormiuit coquẽs eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ, omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuorauerunt iudices ſuos, omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui clamet in eis ad me.

Lxx. Tota nocte ſomno Ephraim repletus eſt, mane incenſus eſt quaſi ignis flãmæ, omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & comederunt iudices ſuos, omnes reges eorum cediderunt, non eſt inuocans in eis ad me.

TOTA nocte, &c.) tota illa nocte paſsionis Domini dormiuit Iudæorum populus (coquens eos) Chriſtum & diſcipulos. i. ardentiſsimo odio illis meditabatur cruciatus, & moliebatur tota illa nocte illas inſidias ardentiſſimo odio, quibus illos eraderet è terrà viuentium, ne memoraretur Chriſti nomen vltra. Huc ſpectat THEOPHY. & RVPER. Lxx pro אפהם. conſequens eos legere אפרים. tantũ vna littera diuiſa in duas. ה. in. ר. & . י. hoc modo. ר. & . י. ה vt ſit ſenſus: tota illa nõcte vel cõprehenſo Domino, inquit THEOPH. quieuiſſe placidiſsimo ſomno Iudæos, quod exſatiauerant ſuas iras in Dominum, & animum expleuerant. Nec male THEOPHY. tota nocte, tota illorum vita, quæ nox potius erat, Iudæi dormierunt, non ſenſère, quantis in malis verſarentur. Mane ſuccenſus eſt quaſi ignis flãmæ) abijt populus Iudæorum incenſus odio & ardens quaſi ignis flãmæ ad crucifigendum Chriſtum. (Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus) omnes Iudæi ardebant odio in Chriſtum quaſi clibanus ardens. THEOPHY. & RVPER. ad Chriſtum etiam hæc referunt, & ad Chriſti paſsionem. (Et deuorauère iudices ſuos) RVPER. Chriſtum & Apoſtolos, ſiquidem Chriſtus venturus eſt Iudex viuorum & mortuorum: & Apoſtoli ſeſſuri in duodecim ſellis, iudicantes duodecim tribus Iſrael: vel corruptione, & largitione traxère ad ſe iudices, & illos coegere ne eſſent iudices, nec iudicũ officio fungerentur. Quũ enim diceret Pilatus: Nõ inuenio cauſam in eo: perpulère tamen, vt Chriſtum damnaret. Et quum corrupère cuſtodes ſepulchri, & dixere: Non perſuadebimus Pilato, &c. (Omnes reges eorum cecidere) Pilatus Herodes, periere: & principes quibus cura eſt regendi. R.P. reges dicuntur, vt docet Plato in politico. Docet autem Ioſephus in libris de bello iudaico omnem vim mali recidiſſe in capita principum regni Iudæorum, in locupletes, in ſacerdotes, quorum corda in Chriſtum Dominum odijs potiſsimum exarſerant. Et poſt illa fuit populus Iudæorum ſine rege, ſine ſacerdote, ſine principe, vt dictum eſt, hæc ſic ferè RVPERT. (Non eſt qui clamet in eis ad me) preſsi tot malis,

quæ videbant ſibi ingruere ob mortem Chriſti, vt præſefert Ioſephus, nemo erat, qui ad Chriſtum clamaret. Nam hęc verba omnia eſſe Chriſti paulo poſt dicemus.

D. HIERO. Ephraim in populis ipſe commiſcebatur, Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur, comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit, ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit, & humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius, nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum in omnibus his.

Lxx. Ephraim in populis ſuis commiſcebatur, Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur, & comederunt alieni fortitudinem eorum, hic autem non ſciuit, & cani floruerunt ei, & ipſe non cognouit, humiliabitur iniuria Iſrael, & non reuerſi ſunt ad Dominum Deum eorum, & non quæſierũt eum in omnibus his.

EPhraim in populis ipſe commiſcebatur) RVPER. reputatus eſt in populis nationum, factus eſt non populus Dei poſt Chriſti crucem. Ephraim, vt dixi, decem tribus appellantur, qui diſceſſere à populo Iuda: typus infidelium Iudæorum, qui diſceſſere à Iudæis credentibus: & ideo pro populo Iudaico infideli in ſcriptura ponitur. Commiſcebatur ergo Romanis, & gloriabatur ſe non habere regem niſi Cęſarem, nolebant eſſe populus electus Dei, ſed cum cæteris populis ſeruire Imperatori Romano. (Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur) CYRILLVS in leuiticum lib. 13. in illa verba. Et ſumetis ſimilaginem, & facietis de ea. 12 panes: ſubcineritium panem interpretatur panem illum qui de cælo deſcendit, quod Græcè dicitur, panem occultum, panem myſticum; panem quem poſuit Deus propitiatorem in ſanguine eius, panem occultum reconditum, id enim Latine ſonat. Idem ait ORIGE. in cap. Leuit. 23. in eadem hæc verba Leuitici, & verbum Hebræum eadem hæc ſignificat. Nam coquere igni eſt, & operire, vt huga panis ſit opertus, panis coctus charitate, adde quod panis ille à nobis dicitur fuiſſe coquendus noſtra charitate, noſtro in Deum amore, ſed verſari debebat panis ille in nouum teſtamentum, ſcilicet, & quod non fuit verſatus ille populus in nouum teſtamentum, factus eſt panis ſubcineritius, panis ille ſi non verſatur in alteram partem, non eſt edulis, Iſrael poſt Chriſti aduentum mutari noluit, iuxta Pſalmos de his qui mutantur, ex veteri, ſcilicet, Teſtamento in legem, & pereunt. THEOPHY. & RVPERTVS (comederunt alieni robur eius) Romani eos vaſtauerunt, & diripuêre eius populi opes & regnum, & omnia: & rurſum alieni comederunt robur eius, Chriſtũ, quem non receperunt: & ſpiritalia chariſmata, legem, & prophetas, & promiſſa diuina data ſanctis patrib⁹: ſic THEOPHY. & RVPERTVS. (Et ipſe neſciuit) & ipſe populus Iudaicus tot miſerijs à Deo punitus, & tot bonis ſpoliatus, vt tandem reſipiſceret, tanto lethargo eſt preſſus, vt non ſentiat, nec cur à Domino tot calamitatibus ſit obrutus, nec quibus, quantiſque bonis ſpoliatus. (Sed & cani effuſi ſunt in eo) fortaſſe hoc eſt, quod eſt apud Eſaiam cap. 3. Auferet Dominus omne robur panis, & omne robur aquæ, &c. Et ſenem principem ſuper quinquaginta. Auferet Dominus à Iudæis poſt aduentum Domini ſenes Patriarchas, & libros legis, & eos dabit genti facienti fructum, populo Chriſtiano: & cætera, quæ in Commentarijs in illum locum

leges. THEOPHY. incanuit, inquit, Propheta & inueterauit, quod inueterauit prope interitũ eſt, Cani ergo effuſi ſunt ſuper Iſrael. (Et ipſe ignorauit) tam ſtupidus eſt, vt ne hoc quidem intellexerint, legem veterem eſſe prope interitum, inueteraſſe iam, abolendam eſſe: vel quibus cauſis ſenibus ſapientibus, & libris veteris teſtamenti ſint priuati, vt eos non intelligant, & cur inueterauerint in cortice litteræ, & non tranſeãt ad ſenſum ſpiritalem. Quin illi qui rabinos ſequuntur hoc ſibi gloriæ eſſe putant, quod in duobus his ſequantur Iudæos: altero, quod ſenſum ſpiritalem rident, & appellare ſolebant, El ſabio allegoriu: altero, quod in ſcriptura Chriſtum non vident: & ita omnes ferè prophetias de Chriſto alio deflectunt, & referunt omnes ad allegorias, quas poſtea inter ſe magnis cachinis proſequantur. (Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius) THEOPHY. ſuperbi Iudæi humiliabũtur miſeris modis à Romanis ante ipſorum oculos, putabant enim pœnas quas minabantur Prophetæ, ſuos poſteros oppreſſuras, ſe eas non eſſe viſuros. (Nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum) cẽties vaſtati, & miſeris flammis vſtulati non ſenſere miſeri, cur illæ ſibi pœnæ irrogarentur, nec rediêre ad Dominum Deum. Non enim tãtum ſub Veſpaſiano, & ſub Adriano ſunt ferro conſumpti, ſed (vt erant diſperſi Iudæi ante Domini aduentum toto orbe, & habitabãt in vrbibus gentium intermixti nationibus, nec erat vt inquit Ioſephus, vrbs vlla toto orbe terrarum cuius bona pars non habitaretur à Iudæis) cẽties à nationibus nec opinantes ſunt vaſtati, incendijs cõſumpti, nunc hic nunc illic: quocunque fugerant, illic incendijs & gladio delebantur, nec intelligunt miſeri, vnde tot incurrãt miſerias, & quũ eis omnia hæc mala irrogata ſint, vti conuerterẽtur, nõ conuertuntur tamẽ. Sic THEOPHY. ſic ſuperiora omnia intellexiſſe D. P[illegible] diſces ex ſequenti Co[illegible]

D. HIERO. Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor, AEgyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt.

Lxx. Erat Ephraim quaſi columba inſipiens non habens cor, AEgyptum inuocabat, & in Aſſyrios ibat.

THEOPHYLA. Ego, inquit, illa mala illis inferebam, vt reſipiſcerent, & ad me redirent, & conuerterentur tandem. Illi ad hominum auxilia cõfugiebãt potius, nũc ad Aſſyrios, nũc ad AEgyptios, vt ſtulta columba, quæ ad perſequentium confugit manus. Et AEgyptij, & Aſſyrij pro qualibet natione receptiſsimo tropo ponuntur, quod confugêre ad Romanos, & ad Aſſyrios poſtea, & ad AEgyptios, vt ſe defenderent à Romanis, fruſtra tamen: omnia enim redacta iam erant in ditionem Romanorum & eodem illo tempore à Romanis domiti ſunt, quod mouerent arma aduerſus Romanos, & Syri qui tulere opem Iudæis, conſumpti incẽdio ſunt vna cum Iudęis vt ſcribit DIONY. BASILI. in Pſal. 48. in illa verba: inuocauerunt nomina ſua in terris ſuis: hæc & ſuperiora intellexiſſe ſic videtur: interpretans enim hunc locum ait. His ergo propter propriam ſtultitiam & ignorantiã vaſtatis & ſubuerſis, nos alieni facti ſumus hæredes illorum, hæreditauimus bona illorum. Noſtri ſunt Prophetę, noſtri libri legis, noſtri Patriarchæ, noſtri iuſti omnes qui à principio ſęculi fuere, nobis reliquere ſuas opes Iudæi, qui ſua ſtultitia periêre.

D. HIERO. Et quum profecti fuerint expan[illegible] ſuper eos rete meum, [illegible]ucrem cæli de[illegible]um eos ſecũdum [illegible]rtus eorum.

Lxx.

L X X. Et profecti fuerint mittam ſuper eos rete meum, ſicut volatilia cæli detraham eos, corripiam eos in auditu tribulationis eorum.

PAlæologus in diſputatione aduerſus Iudæos bis citat hunc locum de vaſtitate inuecta Iudæis poſt crucẽ Domini:& tam perſpicuum putat, vt interpretatione non putet egere. Eodem ſpectat THEOPHY.& RVPERTVS:quã quam neſcio circa quæ vagantur: ſat eſt ſi huc ſpectant, & ita interpretantur ferè. Igitur quum profecti fuerint, quum huc & illuc diſcurrerint. (Iniiciam rete meum) veluti reti quodam iniecto omnes comprehendam, vt pœnas luãt. Quod factum eſt in Hieroſolymorum vaſtitate:confluxerant omnes Hieroſolyma:accerſierant Idumæos:& ad Azymorum Paſcha Iudæorum omnis multitudo Hieroſolyma petiuerat, quum ſubito Romani Imperatoris obſidione ſunt cincti,& muro circa Hieroſolyma ducto obſeſſi, ne quiſquam elabi poſſit, quod rete Domini dicitur hoc loco à Propheta, & ſic miſeris modis vaſtati ſunt intra muros,& conſumpti peſte, fame, tyrannorum ſeditionibus, & foris Romanorum armis. Adde quod leges apud Ioſephum, & Philonem: Iudæos, qui toto orbe terrarum per omnes vrbes celebres erant diſperſi, communi quodam vrbium conſilio imparatos, nec opinantes, veluti reti quodam iniecto centies eſſe oppreſſos, & conſumptos ferro & flammis. (Et ſicut volucres cæli detracti) munierãt Hieroſolyma Iudæi poſt crucem Chriſti, editiſsimas turres erexerãt, quæ viribus humanis expugnari non potuiſſe fatetur Imperator Veſpaſianus apud Ioſephum in lib. de bello Iudaico. 6. veluti diuinitus iniecto terrore qui eas turres tenebant tyranni cum ſuis exercitibus eas deſeruere. Ait ergo Dominus: velut aues ex locis editiſsimis deſcendere faciam Iudæos. (Cędam eos) hæc omnia inquam Palæologus Chriſti verba eſſe ait: cędam ergo eos, percutiam eos per Romanos ſecundum auditionem, vt audiunt in cætibus ſuis prædictum per Prophetas, cætus eorum vt in ſuo cætu, & conſilio quod capiebant aduerſum Chriſtum audierant: ibi enim dixerant, Ne venientes Romani tollant gentem noſtram:& quod timuerant,& cuius cauſa Chriſtum affecerant cruce, ne venirent Romani: recidit in illorum capita. Poſt crucem Domini venêre Romani, & eos vaſtauere. Lxx aliã agnouêre lectionem Hebræam: Corripiam eos, nam verbum Hebræum vtrũque ſignificat, cędere, & caſtigare: corripiam ergo eos, & caſtigabo eos in auditu tribulationis eorum, quum audiant tot tribulationibus punitos ſuos maiores, quod Chriſtum affecere cruce: & qui ſapiant ad Chriſtum conuertantur. Mutatione duarum litterarum hæc varietas eſt. D. HIERONY legit cętus eorum, Lxx anguſtiæ eorum.

D. HIERO. Væ eis quia receſſerunt à me, vaſtabuntur quia præuaricati ſunt in me, ego redemi eos, ipſi loquuti ſunt contra me mendacia, & non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabunt in cubilibus ſuis, ſuper triticum, & vinum ruminabant, & receſſerunt à me, & ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cógitauerunt malitiam, reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus cadent in gladio principes [illegible] à furore linguæ ſuæ, iſta ſub[illegible] tio eorum in terra AEgy[illegible]

[illegible] in

LXX. Væ eis quoniam receſſerunt à me, miſeri ſunt, quoniam impie egerunt in me, ego redemi eos, ipſi autem loquuti ſunt contra me mendacia, & nõ clamauerunt ad me corda eorum, ſed vlulabant in cubilibus ſuis ſuper tritico concidebantur, eruditi ſunt in me, confortaui brachia eorum, contra me cogitauerunt mala, conuerſi ſunt in vanum, facti ſunt quaſi arcus extructus, cadent in gladio Principes eorum propter imperitiam linguæ eorum, iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti.

PALAEOLOGVS, vt dixi, aduerſus Iudæos hæc verba omnia Chriſti eſſe docet, biſque illis vtitur Iudæos redarguens. CYRYLLVS in Geneſin lib. 6. verba inquit, hæc Emanuelis ſunt aduerſus Iudæorum & Phariſęorum blaſphemias: quod Phariſæorum cateruæ aduerſum Chriſtũ multas euomuêre blaſphemias: miſeri ſunt, quod receſſerunt à me, &c. Et tam plana ſunt, vt non putent egere interpretatione. Idem ait idem CYRILLVS in primum Numerorum, additque: Ipſi loquuti ſunt contra me mendacia, quod conuitium inquit, non fecêre Iudæi Chriſto Domino? quibus contumelijs mendacibus illum non affecêre? Et quoniam in Chriſtum ſunt debacchati, hęc paſsi ſunt. (Et non clamauerunt ad me in corde ſuo) THEODO. labris ſuis me honorabunt, cor eorum longe erat à mę. Procopius in Geneſ. 129. legis periti aberrauerunt, inquit, à lege: depaſcebantur tamen tribulos & ſpinas, & non paſcua, Euangelica bona: conuitia Chriſto faciebant Samaritanum vocantes, & vini potorem, & dæmonium habẽtem, & in Belzebub dæmonia eijcientem, vnde per Oſee inquit: Miſeri ſint quod impie fecerunt in me. (Ego redemi eos) CYRILLVS in Ioan. lib. 4. cap. 38. hæc opprobria Iudæorum prædicta iam à Prophetis erãt: væ, inquit, eis qui reſilierunt à me, redemi eos, ipſi autem aduerſus me falſa loquuti ſunt: ſed vlulabunt in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vinum, plorabunt in cubilibus ſuis: non pro peccatis, nec veniam poſcent, ſed pro tritico & vino & bonis terrenis quæ amiſerunt. (Ruminabant) ſecum meditabantur illa mala terrena, vel vt Lxx dixêre, concidentur, vaſtabantur. Vox Hebræa vtrunq; ſignificat. (Et receſſerunt à me) à Chriſto Chriſtus enim hic loquitur, vt oſtendi. (Et ego erudiui eos) tradens doctrinam Euangelicam. (Confortaui brachia eorum) ſi fidẽ recepiſſent, iuxta illud Eſaiæ: confortate manus diſſolutas. (Et in me cogitauerunt mala, aut malitiam) Eradamus eum de terra viuentium. Expedit vt vnus moriatur pro populo. (Reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo) quum relicto Deo trãſiêre ad Romanos Pro, hol, iugo, quod legit D. HIERO. legere Lxx vt nunc legunt Hebræi, hal, excelſum, vt ſit, conuerſi ſunt, non ad excelſum, nõ ad Deum quod ipſi dixerunt (in nihil) vel in vanum, ad Imperatorem Romanum, qui nihil erat, & vanitaș erat. (Facti ſunt quaſi arcus doloſus) qui frangitur in medio certamine, & diſtituit militem in medio diſcrimine, in media œconomia redemptionis defecit à ſuo Deo, & redemptore. (Cadent in gladio Principes eorum) CYRIL. loco ſupra citato in Geneſin, quod euomuit populus Iudæorum in Chriſtum blaſphemias: & præcipuè principes qui potiſsimũ hæc faciebant conuitia, in gladio cadent. Ita & Procopius etiam loco citato. (A furore linguæ ſuæ) quod in Chriſtum illas euomuêre blaſphemias. (Iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti) terram AEgypti hic Hieroſolyma nominat, vt dicitur Hieruſalem, in Apocalypſi Babylon. En inquit quæ mala meruêre vobis illæ ſubſannationes, & illuſiones quibus Chriſto in eius paſsione illudebatis. Diximus ex Ioſepho, vaſtitatem Iudææ

inuectam à Romanis potiſsimum in Phariſæorum, & Principum Iudæorum capita recidiſſe.

Oſee CAPVT. VIII.

D. HIERO. In guture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum Domini pro eo quod tranſgreſsi ſunt fœdus meum,& legem meā præuaricati ſunt.

LXX: Iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti in ſinu eorum, terra inacceſſa, quaſi tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini, pro eo quod tranſgreſſi ſunt teſtamentum meum, & contra legem meam impie egerunt.

PArum mihi proſperè ceſsit in interpretatione huius. 8. capitis Oſee, quod THEOPHY. & RVPERTVS in interpretando hoc caput Hebręos ferè ſequuntur,& veteres patres Gręci & Latini parum mihi præſtant operæ: hoc enim caput viſi ſunt mihi non attingere. Vna in re mihi videor fuiſſe fortunatiſsimus quod Lxx viri, qui veterum iudicio afflatu ſpiritus ſanctus ſcripturam tranſtulere, initium huius capitis ita vertere, vt toti capiti facem clariſsimam prætuliſſe videantur, vt ſi aurem adhibeas Chriſti paſsionem plane ſonent: vt non poſsis alio quā ad Chriſtum Dn̄m referre: quæ mea erat maxima cura, vt hos prophetas ad Chriſtū referrem. Exequar ergo D. HIERO. & ORIGE. imperata, vt interpretationem eccleſiaſticam cum Hebræorum interpretatione comparem, vt eligi poſsint meliora. Præſcribitur etiam hic Canon ab Euſebio Cæſarienſi, quo monet quoties à ſanctis patribus explanata eſt ſcriptura reliqua, vt interpretationi ſanctorū enodentur congruenter. Veteres patres vſque ad huc Oſeam de Chriſto ſunt interpretati, de Chriſto ergo ſequētia ſunt explananda. Et vt deſint omnia ad explicandum hoc cap. 8. Lxx de Chriſto plane interpretandum eſſe docent. Et Canon ſcripturæ eſt, vt docet D. HIERO. & alij veteres, vt vtraque tranſlatio vulgata, & Lxx, altera alteri lucem afferat. Oſtendamus ergo Lxx viros de Chriſto hoc caput eſſe interpretatos trecentis annis ante Domini aduentum, quod inſolubile aduerſus Iudæos argumentum eſt. Diximus enim in diſputatione de tranſlationibus, & alijs locis, interpretationem Lxx virorum hunc vſum præſtare Eccleſiæ, vt Commentaria ſint antiquiſsima locorum ſcripturæ quorundā, quæ Chriſtum explicant, quęque ab Apoſtolis & Euangeliſtis citantur non raro, ita huius loci ſcholia ſunt quæ plane probant hoc caput de Chriſti temporibus eſſe. Aliam igitur diſtinctionē ſunt ſequuti, quam D. HIERO. quæ etiam in exemplaribus Græcis vitiata, & perturbata eſt: ſic tamen ex THEOPHY. Commentarijs Græcis eſt reſtituēda, & ſic eſt diſpungendā, vt quod D. HIERO. fecit finem capitis præcedentis, Lxx huius capitis. 8. fecerint initium: vt colliges ex THEOPHY. ſiue is THEODORI. eſt Ad hoc exemplum igitur huius. 8. cap. initium leges, iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti in ſinu eorū: in terra inacceſſa quaſi tuba. quæ THEOPHYLA. ſiue is THEODO. eſt mille modis verſat, vt ad Babylonios, & ad Nabucodonoſorem referat, & fruſtra laborat, aperte nanque ſupradictā verba Chriſti tempora ſonant, quę hunc habent ſenſum: illa ſubſannatio de qua dictum eſt in fine capitis ſuperioris, quū Iudæi in cruce pendentem Dominum ſubſannabant dicentes: vah qui deſtruis templum Domini, &c. qui alios ſaluos facis, ſalua te metipſum: aue Rex Iſrael: in terra AEgypti Hieroſolymis, quæ vrbs ob impietatē terra AEgypti dicitur,

vt in Apocal. dicitur Babylon: & certe terra AEgypti dici poterat, quæ Cæſaré regem ſibi delegerat, quid enim intererat quũ AEgyptus & Hieruſalem ſub eodem Imperatore Cæſare erant? illa ergo ſubſannatio & illuſio quæ facta eſt Domino pendenti in cruce. In ſinu eorum, id eſt, retribuetur in ſinum Iudæorum, Leges enim apud Ioſephum, vt centies ſcripſimus, ſubſannatos fuiſſe Iudæos à Romanis, vt ipſi ſubſãnauêre Dominum, & irriſos, verberibus cæſos publice Iudæorum principes, & publice fuſtibus vapulaſſe, & cruci ſuffixos tot numero, vt quum montes in proximo eſſent, quum omnis illa regio arboribus vernaret, nec ligna crucibus fabricandis, nec campi ad figendas cruces ſuppeterent, vt ſignificanter fuerit dictum in ſinum eorum ſubſannationem factã Domino, fuiſſe redditam. Nihil tale eſt, inquies, Hebraicè, nam pro in ſinu, Hebraice eſt, in gutture, vt vertit D. HIERO. Mutatio vnius litterę.c. in. q. facit hoc diſsidium tranſlationis. D. HIERONY. legit. חכךָ in guture tuo Lxx חקךָ in ſinu tuo. (Terra inacceſſa, quaſi tuba) quę verba ſic fuiſſe apud Lxx ex THEO: PHY. diſces, aut addita pro Commentario à Lxx, vt pleraque à Lxx viris pro cõmentario addita ſcripturæ nos docuêre patres veteres ad afferendam locis ſcripturę obſcuris lucem: aut ex lectione Hebræa intercidêre, Iudæorum malitia, ſeu negligentia. Hæc enim verba tempora Chriſti Domini plane & aperte ſonant. Vaſtata nanque Iudæa à Romanis, vt millies à nobis dictum eſt, ex D. HIERONY. ex TERTVL. ex IVSTINO, & alijs. Cautũ Imperatoris legibus erat vt Iudæus qui intra Iudæã pedẽ penetraſſet, ei capitale eſſet. Ita Iudæa, poſt illas leges latas Iudæis, erat terra inacceſſa. Ergo terra inacceſſa ſicut tuba, ſic enim legiſſe videtur THEOPHY. vt eſſet terra Iudææ omnis vaſtata, & Iudæis inacceſſa fuit ſicut tuba impietatis Iudæorum, quæ toto terrarum orbe perſonuit: perſonatque adeo, & nullo vnquam tempore futurum ſit vt conticeſcat. Vaſtati nanque Iudæi poſt crucem Domini, & reſidui ex illa vaſtatione pulſi patrijs ſedibus diſperſi ſunt in omnes oras parteſque terrarum. Dici non poteſt, quantam vim habuit, vt leges apud veteres patres, ad conuerſionem orbis terrarum, quum viderent omnes ita à Prophetis fuiſſe præſignificatum futurum, vt ſi Chriſtum Iudæi non reciperent vaſtarentur, & reſidui pellerentur patrijs ſedibus, & illis malis implicarentur, qualia nulla vnquam ſæcula vidiſſent, nec eſſent viſura: de quibus in Ioelem & alijs locis multa diximus. Et toto orbe terrarum hæc vaſtatio, & lex illa lata aduerſus Iudæos velut tuba immenſo clangore perſonuit, omniumque nunc perſonat aures, perſonabitque vſque ad conſummationem ſæculi, quod ſignificatur verbis illis. (Et terra inacceſſa quaſi tuba.) ſic enim tranſlationem Lxx legit THEOPHY. Quæ enim tuba tam vaſtum fudit clangorem, quam vaſtum fudit vaſtata Iudæa ferro & igni? Nam reſidui ex illa vaſtitate captiui ſunt ducti, & diſperſi per omnes partes orbis: & lex lata ne Iudæo liceret in Iudæam pedem inferre: & ne vllo vnquam tempore reuocarentur in patriam. Perſonuit hic tubæ clangor apud Imperatorem Romanum: vt leges in Apologia. 2. pro Chriſtianis IVSTINI philoſophi & martyris, & in libris aduerſus gentes TERTVL. & in ſcriptis. D. HIERONY. alijſque ſcriptoribus. Quæ ergo tuba tantum clangorem potuit edere, tam immenſum ſonum ſpargere, qui vniuerſorum orbem compleret? Et ne quiſquam hoc poſſet inficiari, id, aduerſus gentes ſcripſit TERTVL. proximus temporibus Chriſti, vbi ſi mentiretur, manifeſti mendacij crimine teneretur. Scripſit IVSTINVS ad Imperatorem Romanum, qui ſciebat legem illam latam, & ſuis temporibus ſuo iuſſu ſeruari, & tam terribilem lex illa ſonum ſpar-

ſit,

ſit, vt noſtra tempora & futura omnia ſuo compleat clangore; quum docti ea legunt, & prædicant, & ſuorum auribus inculcant. Sed non ita legitur in tranſlatione Lxx, dixi multum licuiſſe ſemper in tranſlationem Lxx multis. Intelliges tamen ex THEOPHY. hanc Lxx virorum fuiſſe lectionem. Hæc THEOPHY. verſat multis modis, vt accomodet Nabucodonoſori, ſed fruſtra verſat, nec enim tempore illo terra inacceſſa fuit Iudæis. Nam, vt leges apud Hieremiam, reſidui ex illa captiuitate morabantur in Iudæa, & in ea verſari ſunt per miſsi, & iuſsi à Domino, vt in Iudæa manerent. Et ſubſannatio illa AEgypti, quã uis vilipenſionem illam interpretetur THEOPHY. & huc & illuc torqueat, & flectat non cohæret. Veſtis Chriſti, vt aiunt ſancti, nulli alij quam Chriſto congruit. Et poſtremo THEOPHY. quod vidit ſe fruſtra laborare, dum ad captiuitatem Babylicam conatur accomodare, ad Chriſtum retulit: Lxx ergo ſua tranſlatione, & diſtinctione planè ad Chriſti tempora hæc retulêre conueniẽter ſuperioribus. Sed Hebraice quædam non ſunt, & vna littera mutatur. Audi quid AVGVSTI. dicat, Neminem ex antiquis auſum eſſe mutare quod apud Lxx eſt repertum & olim, ORIGENE authore, Hebræa lectio non recipiebatur ob ſuſpitionem fraudũ, quæ à Iudæis in lectione Hebræa factæ ſunt, iuxta hãc Lxx ſeniorum tranſlationem, vulgata ſic explanabitur: in gutture tuo ſit tuba. O Propheta. ſ. clama veluti quadam tuba vaſtitatem Iudææ prædictam in fine ſuperioris capitis, ob ſubſannationem factam Domino in terra AEgypti, Hieroſolymis: quæ terra AEgypti dicitur, ratione ſupradicta. Quaſi aquila ſuper domum Domini: Aquila vexillum Romanorum fuit ſuper templum Domini. Significat templum à Romanis eſſe vaſtandum. RVPERTVS complendum ait illud. 3. Regum cap. 9. Si autem auerſione auerſi fueritis non ſequentes me proijciam vos à conſpectu meo. Et quod auerſati ſunt Chriſtum, delendos à Romanorum exercitu. Aquila, aiunt, dictus eſt Nabucodonoſor: fateor, ſed non congruunt antecedentia, & ſequentia, nec Lxx virorum tranſlatio. Et docet D. HIERONY. & alij patres ex vtraque tranſlatione, vulgata, & interpretatione Lxx explanandam eſſe ſcripturam, ita vt altera alteri lucem afferat. (Pro eo quod tranſgreſsi ſunt fœdus meum). Lxx teſtamentum meum, idem eſt, & de hac re dictum eſt alibi: quia violauerunt prophetias de Chriſto, & alio tranſtulêre. Ioſephus teſtatur vaſtata eſſe Hieroſolyma quod compleuêre Iudæi prophetias, dũ illas irridebant, & ſic perijſſe Iudæam. Atqui Babylonica captiuitas ob alias cauſas fuit, quas leges apud Hieremiam. (Et legem meam præuaricati ſunt.) vel vt vertêre Lxx contra legem meam impie egerunt, quod non recepêre Chriſtum iuxta prophetias, ſed potius eum cruce affecerunt.

D. HIERO. Me inuocabunt, Deus meus & cognouimus te Iſrael, Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum. Ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui.

Lxx. Me clamabant, Deus cognouimus te Iſrael proiecit bona, inimicum perſequuti ſunt, ſemetipſis regnauerũt & non per me, principes extiterunt, & non indicauerunt mihi.

HAEc nec Babylonicæ captiuitati congruunt, nec captiuitati decem tribuũ: centies enim in captiuitate Babylonica admoniti ſunt à Deo Iudæi per Hieremiam, vt reſipiſcerent, etiam iam imminente ſummo diſcrimine. Verbis Dei promiſſum eſt ab eodem Hieremia fore,

fore,vt ſi Iudæi conuerterentur ad Dominum, liberarentur ab illa calamitate: nec potuit illis hoc perſuaderi vt reſipiſcerent,& ad Dominum conuerterentur. Adde etiam quod nuſquam factum reperies,vt quis inuocet Dominum ex animo,& non audiatur. Nulla enim hora eſt quandiu in hac vita eſt homo qua interclуſus ſit ei aditus ad gratiam, quaq; neget ſe Dominus eum eſſe auditurum ſi conuertatur: quin Dominus ad fores ſemper adſtat, & pulſat. Indignum hoc Deo erat,& contrarium illi vulgato Prophetę dicto: Quacunq; hora ingemuerit peccator, &c. Decem tribus longiſsime aberant ab inuocando Domino. At tu ad tempora Chriſti refer, congruũt hęc mirificè. Nam poſt crucem Domini obſeſsi à Romanis Iudæi in templo Domini offerebant victimas, & ſacrificia: & non audiebantur,quod iam ceſſabat lex vetus: inuocabant Dominum Iudæi,nec audiebantur magis,quàm nunc audiuntur. Tantum igitur temporibus Chriſti hæc congruunt, alijs temporibus nullo modo cõgruant. Vt quis clamet ad Deũ & non audiatur: offerat ſacrificia,& Deus auertat oculos,ſi pio animo faciat, credibile non eſt: præſertim in tam innumerabili multitudine, in qua veriſsimile non erat pios nullos eſſe excepto ſi ſe nefario illo crimine, quod in Chriſtũ eſt admiſſum, commaculaſſent. (Proiecit Iſrael bonum) Lxx, bona: vtrumque rectè: bonum.i. Chriſtum, ita Theophylactus: & Chriſtus in ſcriptura bonum dicitur,& vt Lxx vertere, bona, qua de re lege, quæ in cap. 52. Eſaiæ ſcripſimus. Cur Chriſtus bonum dicatur, & bona, poſt illa: quam ſpecioſi pedes,&c. Inimicus perſequetur eum.) Romanus exercitus.ſ.ſed lectio Lxx alio deflecti non poteſt, quam ad Chriſtũ: reddidere enim (Inimicum perſequuti ſunt). i. perſequuti ſunt Iudæi ipſum bonum, quod repudiauere Chriſtum.ſ. tanquam inimicum: iuxta illud ſapientiæ: contrarius eſt operibus noſtris. (Ipſi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui.) & THEOPY. quanta maxima vi poteſt hæc conatur ad decem tribus referre,& diluere quæ obſtare videntur, laborem inanem capit tamen: eſſet enim ſcriptura mendax, quæ refert decem tribubus reges à Deo eſſe datos. Cur manifeſta negemus? & mea ſententia hoc defendi non poteſt, refer ad Chriſti tempora, iam erunt omnia plana. Sub aduentũ Chriſti & Chriſti temporibus, & poſt crucem Domini reperies reges & Principes ſacerdotum vi eſſe factos, & ab Imperatoribus Romanis eſſe datos, vt leges apud Ioſephum. De nulla harum rerũ Deum fuiſſe conſultum: atqui euentus optimus eſt ſcripturæ interpres, vel hic ſolus locus ſatis eſſe deberet ad interpretationem Hebræorum refellendam. Sed interpretatio Lxx in principio huius capitis ſatis ſuperque eſt, vt planè appareat totum hoc caput ad tempora Chriſti referendum eſſe.

D. HIERO. Aurum ſuum et argẽtum ſuum fecêre ſibi idola, vt interirent proiectus eſt vitulus Samariæ, iratus eſt furor meus in eis, vſque quo non poterunt emundari, quia ex Iſrael et ipſe eſt, artifex fecit illum, et non eſt Deus, quoniã in aranearum telis erit vitulus Samariæ, quia ventum ſeminabunt, et turbinem metent, culmus ſtans et non eſt in eo germen, non faciet farinam, quod et ſi fecerit alieni comedent eam: deuoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum, quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur. Onager ſolitarius ſibi Ephraim, munera dederunt amatoribus ſuis, ſed et cum mercede conduxerunt nationes.

Lxx. Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi Idola, vt diſpereant, proijce vitulum tuum Samaria, concitatus eſt furor meus in eos vſq; quo non poterunt, emundari in Iſrael, & hoc artifex fecit, & non eſt Deus, quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria, quia corrupta vento ſeminauerunt, & ſubuerſio eorum excipiet ea, manipulus non habens vires vt faciat farinam, ſi & fecerit, alieni comedent eam, abſorptus eſt Iſrael, nunc facti ſunt in gẽtibus quaſi vas inutile, quia ipſi aſcenderunt ad Aſſyrios, germinauit per ſemetipſum, Ephraim munera dilexit, propterea tradentur in gentibus.

ORIGEN. in canticum canticorum Homelia. 2. interpretans hunc locum, argentum vero virtutem verbi ac rationis: ſecundum quod & Dominus dicit per Prophetam, dedi vobis argentum, & aurum: vos autem feciſtis argentea, & aurea Baalim: oſtendens per hæc & dicens, quia dedi vobis ſenſum, & rationem qua me Deũ & ſentire poſſetis, & colere: vos autem & ſenſum & rationem, quæ in vobis eſt ad colenda dæmonia tranſtuliſtis. Hæc in vtranq; partem viderentur poſſe explanari. Nã huiuſmodi loci ſunt, quibus nituntur, qui Hebræorum ſententiam tuentur: quod de idolis, de vitulis Samariæ ſermo ſit: quæ cauſa captiuitatis decem Tribuum dicitur fuiſſe. Tamen hoc ipſum ſi expẽdas bene, Iudæos premit maximè, & eorum interpretationem, vt oſtendemus. Sed nos noſtrum opus vrgeamus. Solenne Prophetis eſt, vaticinijs de Chriſto, & de Iudæorum vaſtitate, & excluſione ab Eccleſia, ſubiungere crimẽ Idololatriæ, & alia crimina: tanquã dicant hanc occœcationis Iudæorum cauſam fuiſſe. (Aurum ſuum & argentum fecêre ſibi Idola vt interirent.) ex auro & argento quæ illis dedi, ait Dominus, fecere Idola: quæ cauſa illis fuit vt permitterentur obdurari in non recipiendo Chriſto, & cruci ſuffigendo, & ita perirent, vaſtarentur & traderentur Satanæ. (Proiectus eſt vitulus Samariæ) iam hic locus iuxta tranſlationem. D. HIERON. vrget Iudæos, ſi aures adhibeas. Nam vſque ad tempora Chriſti nunquam deſijt Idololatria, nec prorſus proiectus eſt vitulus Samariæ: Ponitur enim vitulus Samariæ pro quolibet Idolo, ex parte totum. Hic aſſurgit maximè Iudæorum manus aduerſum nos. Negant poſt tempora Babylonica fuiſſe Idololatras Iudæos, nec in litteris Euangelicis hoc crimen illis obieciſſe Dominum. Rectè quidem, quaſi Dominus illis omnia crimina obiecerit. Et ſignum erat aduentus Chriſti Idolorum abiectio. Sed Idola non ceſſaſſe vſque ad aduentum Domini alibi ſatis fuſe oſtendimus. (Iratus eſt furor meus.) Quum Iudæi impleuêre menſuram patrum ſuorum, iratus eſt furor Domini, prorſus & deletus eſt Iudæorum populus, reſidui ducti ſunt captiui in omnes orbis partes, & tunc quũ inter nationes verſabantur, amplius idola non coluere. Et ex gentibus etiã idola cecidêre, quod hoc ſignum, inquam, aduentus Chriſti datum erat caſus Idolorum. (Vſque quo non poterunt emundari.) irati Domini verba ſunt, quod millies admoniti, vt reſipiſcerent, millies puniti noluerunt reſipiſcere. (Quia ex Iſrael & ipſe eſt) quia Idolum fecit ipſe populus Iſrael, quomodo colit ergo opera manuum eius. Lxx ſententiam vertunt: (Vſque quo non poterunt emundari ex Iſrael?) Idola. ſ. (Artifex fecit illud.) repetitur eadem ſententia: & notant ſancti patres ſæpè Lxx quę bis dicta ſunt, ſemel dixiſſe fuiſſe contentos. Opus artificis, (inquit Dominus,) eſt, quomodo colitur pro Deo? (Quoniam in aranearum telis erit vitulus Samariæ.) Idola deſerentur, & cooperientur telis aranearum: vt ſolent operiri, quę iacent neglecta. Lxx pro hoc reddidere: Quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria.)

in Leuitici lib.6.in illa verba: ſi mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, quũ comparaſſet adulterium ſenſibile cum intelligibili vtrumque malum eſſe dixiſſet, intelligibile deterius inſenſibili, quod inſenſibili adulterio homini fieret iniuria, in intelligibili ipſi Deo, citat hoc Oſee, omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente: in quo Oſeas adulterium intelligibile accuſat quod ab omni populo Iudæorum committebatur corrumpente légẽ & legis dogmata. Hæc ISICH. Hoc ſi aduerterent multi non eſſent Rabinicarum interpretationũ tàm ſtudioſi, multo enim magis nunc adulterant legem, quum omnes de Chriſto prophetias corrumpunt, & aliò deflectunt, vt auertant à Chriſto ſuos, & noſtrorũ animos corrumpant. Et hæc ſimilitudo clibani flãmantis ardentiſsimũ in Chriſtum odiũ ſignificat, quo omnes de illo prophetias alio deflectunt, & illum, vt verbis Origenis vtar, quoties poſſunt in ſcriptura crucifigunt.

D. HIERON. Tota nocte dormiuit coquẽs eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ, omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuorauerunt iudices ſuos, omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui clamet in eis ad me.

Lxx. Tota nocte ſomno Ephraim repletus eſt, mane incenſus eſt quaſi ignis flãmæ, omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & comederunt iudices ſuos, omnes reges eorum ceciderunt, non eſt inuocans in eis ad me.

TOTA nocte, &c.) tota illa nocte paſsionis Domini dormiuit Iudęorum populus (coquens eos) Chriſtum & diſcipulos. i. ardentiſsimo odio illis meditabatur cruciatus, & moliebatur tota illa nocte illas inſidias ardentiſſimo odio, quibus illos eraderet è terrã viuentium, ne memoraretur Chriſti nomen vltra. Huc ſpectat THEOPHY: & RVPER. Lxx pro אפהם. conſequenter eos legere אפרים. tantũ vna litiera diuiſa in duas. ה. in. ר. & . י. hoc modo. ר. & . י. ה. vt ſit ſenſus: tota illa nocte vel cõprehenſo Domino, inquit THEOPH. quieuiſſe placidiſsimo ſomno Iudæos, quod exſatiauerant ſuas iras in Dominum, & animum expleuerant. Nec male THEOPHY. tota nocte, tota illorum vita, quæ nox potius erat, Iudæi dormierunt, non ſenſere, quantis in malis verſarentur. Mane ſuccenſus eſt quaſi ignis flãmæ) abijt populus Iudæorum incenſus odio & ardens quaſi ignis flãmæ ad crucifigendum Chriſtum. (Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus) omnes Iudæi ardebant odio in Chriſtum quaſi clibanus ardens. THEOPHY. & RVPER. ad Chriſtum etiam hæc referunt, & ad Chriſti paſsionem. (Et deuorauêre iudices ſuos) RVPER. Chriſtum & Apoſtolos, ſiquidem Chriſtus venturus eſt Iudex viuorum & mortuorum: & Apoſtoli ſeſſuri in duodecim ſellis, iudicantes duodecim tribus Iſrael: vel corruptione, & largitione traxêre ad ſe iudices, & illos coegere ne eſſent iudices, nec iudicũ officio fungerentur. Quũ enim diceret Pilatus: Nõ inuenio cauſam in eo: perpulêre tamen, vt Chriſtum damnaret. Et quum corrupère cuſtodes ſepulchri, & dixere: Non perſuadebimus Pilato, &c. (Omnes reges eorum cecidere) Pilatus Herodes, periere: & principes quibus cura eſt regendi. R.P. reges dicuntur, vt docet Plato in politico. Docet autem Ioſephus in libris de bello iudaico omnem vim mali recidiſſe in capita principum regni Iudæorum, in locupletes, in ſacerdotes, quorum corda in Chriſtum Dominum odijs potiſsimum exarſerant. Et poſt illa fuit populus Iudæorum ſine rege, ſine ſacerdote, ſine principe, vt dictum eſt, hæc ſic ferè RVPERT. (Non eſt qui clamet in eis ad me) preſsi tot malis,

quæ

quæ videbant ſibi ingruere ob mortem Chriſti, vt præſefert Ioſephus, nemo erat, qui ad Chriſtum clamaret. Nam hęc verba omnia eſſe Chriſti paulo poſt dicemus.

D. HIERO. Ephraim in populis ipſe commiſcebatur, Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur, comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit, ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit, & humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius, nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum in omnibus his.

Lxx. Ephraim in populis ſuis commiſcebatur, Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur, & comederunt alieni fortitudinem eorum, hic autem non ſciuit, & cani floruerunt ei, & ipſe non cognouit, humiliabitur iniuria Iſrael, & non reuerſi ſunt ad Dominum Deum eorum, & non quæſierũt eum in omnibus his.

EPhraim in populis ipſe commiſcebatur) RVPER. reputatus eſt in populis nationum, factus eſt non populus Dei poſt Chriſti crucem. Ephraim, vt dixi, decem tribus appellantur, qui diſceſſere à populo Iuda: typus infidelium Iudæorum, qui diſceſſere à Iudæis credentibus: & ideo pro populo Iudaico infideli in ſcriptura ponitur. Commiſcebatur ergo Romanis, & gloriabatur ſe non habere regem niſi Cęſarem, nolebant eſſe populus electus Dei, ſed cum cæteris populis ſeruire Imperatori Romano. (Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur) CYRILLVS in leuiticum lib. 13. in illa verba. Et ſumetis ſimilaginem, & facietis de ea. 12 panes: ſubcineritium panem interpretatur panem illum qui de cælo deſcendit, quod Græcè dicitur, panem occultum, panem myſticum; panem quem poſuit Deus propitiatorem in ſanguine eius, panem occultum reconditum, id enim latine ſonat. Idem ait ORIGE. in cap. Leuit. 23. in eadem hæc verba Leuitici, & verbum Hebræum eadem hæc ſignificat. Nam coquere igni eſt, & operire, vt huga panis ſit opertus, panis coctus charitate, adde quod panis ille à nobis dicitur fuiſſe coquendus noſtra charitate, noſtro in Deum amore, ſed verſari debebat panis ille in nouum teſtamentum, ſcilicet, & quod non fuit verſatus ille populus in nouum teſtamentum, factus eſt panis ſubcineritius, panis ille ſi non verſatur in alteram partem, non eſt edulis, Iſrael poſt Chriſti aduentum mutari noluit, iuxta Pſalmos de his qui mutantur, ex veteri, ſcilicet, Teſtamento in legem, & pereunt. THEOPHY. & RVPERTVS (comederunt alieni robur eius) Romani eos vaſtauerunt, & diripuêre eius populi opes & regnum, & omnia: & rurſum alieni comederunt robur eius, Chriſtũ, quem non receperunt: & ſpiritalia chariſmata, legem, & prophetas, & promiſſa diuina data ſanctis patrib⁹: ſic THEOPHY. & RVPERTVS. (Et ipſe neſciuit) & ipſe populus Iudaicus tot miſerijs à Deo punitus, & tot bonis ſpoliatus, vt tandem reſipiſceret, tanto lethargo eſt preſſus, vt non ſentiat, nec cur à Domino tot calamitatibus ſit obrutus, nec quibus, quantiſque bonis ſpoliatus. (Sed & cani effuſi ſunt in eo) fortaſſe hoc eſt, quod eſt apud Eſaiam cap. 3. Auferet Dominus omne robur panis, & omne robur aquæ, &c. Et ſenem principem ſuper quinquaginta. Auferet Dominus à Iudæis poſt aduentum Domini ſenes Patriarchas, & libros legis, & eos dabit genti facienti fructum, populo Chriſtiano: & cætera, quæ in Commentarijs in illum locum

leges. THEOPHY. incanuit, inquit, Pro pheta & inueterauit, quod inueterauit prope interitũ eſt, Cani ergo effuſi ſunt ſuper Iſrael. (Et ipſe ignorauit) tam ſtupidus eſt, vt ne hoc quidem intellexerint, legem veterem eſſe prope interitum, inueteraſſe iam, abolendam eſſe: vel quibus cauſis ſenibus ſapientibus, & libris veteris teſtamenti ſint priuati, vt eos non intelligant, & cur inueterauerint in cortice litteræ, & non tranſeãt ad ſenſum ſpiritalem. Quin illi qui rabinos ſequuntur hoc ſibi gloriæ eſſe putant, quod in duobus his ſequantur Iudæos: altero, quod ſenſum ſpiritalem rident, & appellare ſolebant, El ſabio allegoriũ: altero, quod in ſcriptura Chriſtum non vident: & ita omnes ferè prophetias de Chriſto alio deflectunt, & referunt omnes ad allegorias, quas poſtea inter ſe magnis cachinis proſequantur. (Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius) THEOPHY. ſuperbi Iudæi humiliabũtur miſeris modis à Romanis ante ipſorum oculos, putabant enim pœnas quas minabantur Prophetæ, ſuos poſteros oppreſſuras, ſe eas non eſſe viſuros. (Nec reuerſi ſunt ad Dominum Deum) cẽties vaſtati, & miſeris flammis vſtulati non ſenſere miſeri, cur illæ ſibi pœnæ irrogarentur, nec rediêre ad Dominum Deum. Non enim tãtum ſub Veſpaſiano, & ſub Adriano ſunt ferro conſumpti, ſed (vt erant diſperſi Iudæi ante Domini aduentum toto orbe, & habitabãt in vrbibus gentium intermixti nationibus, nec erat vt inquit Ioſephus, vrbs vlla toto orbe terrarum cuius bona pars non habitaretur à Iudæis) cẽties à nationibus nec opinantes ſunt vaſtati, incendijs cõſumpti, nunc hic nunc illic: quocunque fugerant, illic incendijs & gladio delebantur, nec intelligunt miſeri, vnde tot incurrãt miſerias, & quũ eis omnia hæc mala irrogata ſint, vti conuerterẽtur, nõ conuertuntur tamẽ. Sic THEOPHY. ſic ſuperiora omnia intellexiſſe D. B A S I L. diſces ex ſequenti Commentario.

D. H I E R O. Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor, AEgyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt.

Lxx. Erat Ephraim quaſi columba inſipiens non habens cor, AEgyptum inuocabat, & in Aſſyrios ibat.

THEOPHYLA. Ego, inquit, illa mala illis inferebam, vt reſipiſcerent, & ad me redirent, & conuerterentur tandem. Illi ad hominum auxilia cõfugiebãt potius, nũc ad Aſſyrios, nũc ad AEgyptios, vt ſtulta columba, quæ ad perſequentium confugit manus. Et AEgyptij, & Aſſyrij pro qualibet natione receptiſsimo tropo ponuntur, quod confugêre ad Romanos, & ad Aſſyrios poſtea, & ad AEgyptios, vt ſe defenderent à Romanis, fruſtra tamen: omnia enim redacta iam erant in ditionem Romanorum & eodem illo tempore à Romanis domiti ſunt, quod mouerent arma aduerſus Romanos, & Syri qui tulere opem Iudæis, conſumpti incẽdio ſunt vna cum Iudęis vt ſcribit DIONY. BASILI. in Pſal. 48. in illa verba: inuocauerunt nomina ſua in terris ſuis: hæc & ſuperiora intellexiſſe ſic videtur: interpretans enim hunc locum ait. His ergo propter propriam ſtultitiam & ignorantiã vaſtatis & ſubuerſis, nos alieni facti ſumus hæredes illorum, hæreditauimus bona illorum. Noſtri ſunt Prophetę, noſtri libri legis, noſtri Patriarchæ, noſtri iuſti omnes qui à principio ſęculi fuere, nobis reliquere ſuas opes Iudæi, qui ſua ſtultitia periêre.

D. H I E R O. Et quum profecti fuerint expandam ſuper eos rete meum, & quaſi volucrem cæli detraham eos, cædam eos ſecũdum auditionem cætus eorum.

LXX. Et profecti fuerint mittam ſuper eos rete meum, ſicut volatilia cæli detraham eos, corripiam eos in auditu tribulationis eorum.

PAlæologus in diſputatione aduerſus Iudæos bis citat hunc locum de vaſtitate inuecta Iudæis poſt crucẽ Domini:& tam perſpicuum putat, vt interpretatione non putet egere. Eodem ſpectat THEOPHY.& RVPERTVS:quã quam neſcio circa quæ vagantur: ſat eſt ſi huc ſpectant, & ita interpretantur ferè. Igitur quum profecti fuerint, quum huc & illuc diſcurrerint. (Inijciam rete meum) veluti reti quodam iniecto omnes comprehendam, vt pœnas luãt. Quod factum eſt in Hieroſolymorum vaſtitate:confluxerant omnes Hieroſolyma:acceerſierant Idumæos:& ad Azymorum Paſcha Iudæorum omnis multitudo Hieroſolyma petiuerat, quum ſubito Romani Imperatoris obſidione ſunt cincti, & muro circa Hieroſolyma ducto obſeſsi, ne quiſquam elabi poſsit, quod rete Domini dicitur hoc loco à Propheta, & ſic miſeris modis vaſtati ſunt intra muros,& conſumpti peſte, fame, tyrannorum ſeditionibus, & foris Romanorum armis. Adde quod leges apud Ioſephum, & Philonem: Iudæos, qui toto orbe terrarum per omnes vrbes celebres erant diſperſi, communi quodam vrbium conſilio imparatos, nec opinantes, veluti reti quodam iniecto centies eſſe oppreſſos, & conſumptos ferro & flammis. (Et ſicut volucres cæli detracti) munierãt Hieroſolyma Iudæi poſt crucem Chriſti, editiſsimas turres erexerãt, quæ viribus humanis expugnari non potuiſſe fatetur Imperator Veſpaſianus apud Ioſephum in lib. de bello Iudaico. 6. veluti diuinitus iniecto terrore qui eas turres tenebant tyranni cum ſuis exercitibus eas deſeruêre. Ait ergo Dominus: velut aues ex locis editiſsimis deſcendere faciam Iudæos. (Cędam eos) hæc omnia inquam Palæologus Chriſti verba eſſe ait: cędam ergo eos, percutiam eos per Romanos ſecundum auditionem, vt audiunt in cætibus ſuis prædictum per Prophetas, cætus eorum vt in ſuo cætu, & conſilio quod capiebant aduerſum Chriſtum audierant: ibi enim dixerant, Ne venientes Romani tollant gentem noſtram:& quod timuerant,& cuius cauſa Chriſtum affecerant cruce,ne venirent Romani: recidit in illorum capita. Poſt crucem Domini venêre Romani, & eos vaſtauêre. Lxx aliã agnouêre lectionem Hebræam: Corripiam eos, nam verbum Hebræum vtrũque ſignificat, cędere,& caſtigare: corripiam ergo eos, & caſtigabo eos in auditu tribulationis eorum, quum audiant tot tribulationibus punitos ſuos maiores, quod Chriſtum affecere cruce: & qui ſapiant ad Chriſtum conuertantur. Mutatione duarum litterarum hæc varietas eſt. D. HIERONY legit cętus eorum, Lxx anguſtiæ eorum.

D. HIERO. Væ eis quia receſſerunt à me, vaſtabuntur quia præuaricati ſunt in me, ego redemi eos, ipſi loquuti ſunt contra me mendacia, & non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabunt in cubilibus ſuis, ſuper triticum, & vinum ruminabant,& receſſerunt à me, & ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam, reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus, cadent in gladio principes eorũ à furore linguæ ſuæ, iſta ſubſanna tio eorum in terra AEgypti.

LXX. Væ eis quoniam receſſerunt à me, miſeri ſunt, quoniam impie egerunt in me, ego redemi eos, ipſi autem loquuti ſunt contra me mendacia, & nõ clamauerunt ad me corda eorum, ſed vlulabant in cubilibus ſuis ſuper tritico concidebantur, eruditi ſunt in me, confortaui brachia eorum, contra me cogitauerunt mala, conuerſi ſunt in vanum, facti ſunt quaſi arcus extructus, cadent in gladio Principes eorum propter imperitiam linguæ eorum, iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti.

PALAEOLOGVS, vt dixi, aduerſus Iudæos hæc verba omnia Chriſti eſſe docet, biſque illis vtitur Iudæos redarguens. CYRYLLVS in Geneſin lib.6. verba inquit, hæc Emanuelis ſunt aduerſus Iudæorum & Phariſęorum blaſphemias: quod Phariſæorum cateruæ aduerſum Chriſtũ multas euomuêre blaſphemias: miſeri ſunt, quod reſiluerunt à me, &c. Et tam plana ſunt, vt non putent egere interpretatione. Idem ait idem CYRILLVS in primum Numerorum, additq́ue: Ipſi loquuti ſunt contra me mendacia, quod conuitium inquit, non fecêre Iudæi Chriſto Domino? quibus contumelijs mendacibus illum non affecêre? Et quoniam in Chriſtum ſunt debacchati, hęc paſsi ſunt. (Et non clamauerunt ad me in corde ſuo) THEODO. labris ſuis me honorabunt, cor eorum longe erat à mę. Procopius in Geneſ.129. legis periti aberrauerunt, inquit, à lege: depaſcebantur tamen tribulos & ſpinas, & non paſcua, Euangelica bona: conuitia Chriſto faciebant Samaritanum vocantes, & vini potorem, & dæmonium habẽtem, & in Belzebub dæmonia eijcientem, vnde per Oſee inquit: Miſeri ſint quod impie fecerunt in me. (Ego redemi eos) CYRILLVS in Ioan. lib. 4. cap. 38. hæc opprobria Iudæorum prædicta iàm à Prophetis erãt: væ, inquit, eis qui reſilierunt à me, redemi eos, ipſi autem aduerſus me falſa loquuti ſunt: ſed vlulabunt in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vinum, plorabunt in cubilibus ſuis: non pro peccatis, nec veniam poſcent, ſed pro tritico & vino & bonis terrenis quæ amiſerunt. (Ruminabant) ſecum meditabantur illa mala terrena, vel vt Lxx dixêre, concidentur, vaſtabantur. Vox Hebræa vtrunq; ſignificat. (Et receſſerunt à me) à Chriſto Chriſtus enim hic loquitur, vt oſtendi. (Et ego erudiui eos) tradens doctrinam Euangelicam. (Confortaui brachia eorum) ſi fidẽ recepiſſent, iuxta illud Eſaiæ: confortate manus diſſolutas. (Et in me cogitauerunt mala, aut malitiam) Eradamus eum de terra viuentium. Expedit vt vnus moriatur pro populo. (Reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo) quum relicto Deo trãſiêre ad Romanos Pro, hol, iugo, quod legit D.HIERO. legere Lxx vt nunc legunt Hebræi, hal, excelſum, vt ſit, conuerſi ſunt, non ad excelſum, nõ ad Deum quod ipſi dixerunt (in nihil) vel in vanum, ad Imperatorem Romanum, qui nihil erat, & vanitas erat. (Facti ſunt quaſi arcus doloſus) qui frangitur in medio certamine, & diſtituit militem in medio diſcrimine, in media œconomia redemptionis defecit à ſuo Deo, & redemptore. (Cadent in gladio Principes eorum) CYRIL. loco ſupra citato in Geneſin, quod euomuit populus Iudæorum in Chriſtum blaſphemias: & præcipuè principes qui potiſsimũ hæc faciebant conuitia, in gladio cadent. Ita & Procopius etiam loco citato. (A furore linguæ ſuæ) quod in Chriſtum illas euomuêre blaſphemias. (Iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti) terram AEgypti hic Hieroſolyma nominat, vt dicitur Hieruſalem, in Apocalypſi Babylon. En inquit quæ mala meruêre vobis illæ ſubſannationes, & illuſiones quibus Chriſto in eius paſsione illudebatis. Diximus ex Ioſepho, vaſtitatem Iudææ

inuectam

inuectam à Romanis potiſsimum in Phariſæorum, & Principum Iudæorum capita recidiſſe.

Oſee CAPVT. VIII.

D. HIERO. In guture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum Domini pro eo quod tranſgreſsi ſunt fœdus meum, & legem meá præuaricati ſunt.

LXX: Iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti in ſinu eorum, terra inacceſſa, quaſi tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini, pro eo quod tranſgreſsi ſunt teſtamentum meum, & contra legem meam impie egerunt.

PArum mihi proſperè ceſsit in interpretatione huius. 8. capitis Oſee, quod THEOPHY. & RVPERTVS in interpretando hoc caput Hebręos ferè ſequuntur, & veteres patres Gręci & Latini parum mihi præſtant operæ: hoc enim caput viſi ſunt mihi non attingere. Vna in re mihi videor fuiſſe fortunatiſsimus quod Lxx viri, qui veterum iudicio afflatu ſpiritus ſanctus ſcripturam tranſtulere, initium huius capitis ita vertere, vt toti capiti facem clariſsimam prætuliſſe videantur, vt ſi autem adhibeas Chriſti paſsionem plane ſonent: vt non poſsis alio quã ad Chriſtum Dñm referre: quæ mea erat maxima cura, vt hos prophetas ad Chriſtũ referrem. Exequar ergo D. HIERO. & ORIGE. imperata, vt interpretationem eccleſiaſticam cum Hebræorum interpretatione comparem, vt eligi poſsint meliora. Præſcribitur etiam hic Canon ab Euſebio Cæſarienſi, quo monet quoties à ſanctis patribus explanata eſt ſcriptura reliqua, vt interpretationi ſanctorũ enodentur congruenter. Veteres patres vſque ad huc Oſeam de Chriſto ſunt interpretati, de Chriſto ergo ſequẽtia ſunt explananda. Et vt deſint omnia ad explicandum hoc cap. 8. Lxx de Chriſto plane interpretandum eſſe docent. Et Canon ſcripturæ eſt, vt docet D. HIERO. & alij veteres, vt vtraque tranſlatio vulgata, & Lxx, altera alteri lucem afferat. Oſtendamus ergo Lxx viros de Chriſto hoc caput eſſe interpretatos trecentis annis ante Domini aduentum, quod inſolubile aduerſus Iudæos argumentum eſt. Diximus enim in diſputatione de tranſlationibus, & alijs locis, interpretationem Lxx virorum hunc vſum præſtare Eccleſiæ, vt Commentaria ſint antiquiſsima locorum ſcripturæ quorundã, quæ Chriſtum explicant, quęque ab Apoſtolis & Euangeliſtis citantur non raro, ita huius loci ſcholia ſunt quæ plane probant hoc caput de Chriſti temporibus eſſe. Aliam igitur diſtinctioné ſunt ſequuti, quam D. HIERO. quæ etiam in exemplaribus Græcis vitiata, & perturbata eſt: ſic tamen ex THEOPHY. Commentarijs Græcis eſt reſtituẽda, & ſic eſt diſpungendã, vt quod D. HIERO. fecit finem capitis præcedentis, Lxx huius capitis. 8. fecerint initium: vt colliges ex THEOPHY. ſiue is THEODORI. eſt Ad hoc exemplum igitur huius. 8. cap. initium leges, iſta ſubſannatio eorum in terra AEgypti in ſinu eorũ: in terra inacceſſa quaſi tuba. quæ THEOPHYLA. ſiue is THEODO. eſt mille modis verſat, vt ad Babylonios, & ad Nabucodonoſorem referat, & fruſtra laborat, aperte nanque ſupradictã verba Chriſti tempora ſonant, quę hunc habent ſenſum: illa ſubſannatio de quã dictum eſt in fine capitis ſuperioris, quũ Iudæi in cruce pendentem Dominum ſubſannabant dicentes: vah qui deſtruis templum Domini, &c. qui alios ſaluos facis, ſaluã te metipſum: aue Rex Iſrael: in terra AEgypti Hieroſolymis, quæ vrbs ob impietatẽ terra AEgypti dicitur,

vt in Apocal. dicitur Babylon: & certe terra Aͤgypti dici poterat, quæ Cæſarẽ regem ſibi delegerat, quid enim intererat quũ Aͤgyptus & Hieruſalem ſub eodem Imperatore Cæſare erant? illa ergo ſubſannatio & illuſio quæ facta eſt Domino pendenti in cruce. In ſinu eorum, id eſt, retribuetur in ſinum Iudæorum, Leges enim apud Ioſephum, vt centies ſcripſimus, ſubſannatos fuiſſe Iudæos à Romanis, vt ipſi ſubſãnauêre Dominum, & irriſos, verberibus cæſos publice Iudæorum principes, & publice fuſtibus vapulaſſe, & cruci ſuffixos tot numero, vt quum montes in proximo eſſent, quum omnis illa regio arboribus vernaret, nec ligna crucibus fabricandis, nec campi ad figendas cruces ſuppeterent, vt ſignificanter fuerit dictum in ſinum eorum ſubſannationem factã Domino, fuiſſe redditam. Nihil tale eſt, inquies, Hebraicè, nam pro in ſinu, Hebraice eſt, in gutture, vt vertit D. HIERO. Mutatio vnius litterę. c. in. q. facit hoc diſsidium tranſlationis. D. HIERONY. legit. חכך in guture tuo Lxx חקך in ſinu tuo. (Terra inacceſſa, quaſi tuba) quę verba ſic fuiſſe apud Lxx ex THEO: PHY. diſces, aut addita pro Commentario à Lxx, vt pleraque à Lxx viris pro cõmentario addita ſcripturæ nos docuêre patres veteres ad afferendam locis ſcripturę obſcuris lucem: aut ex lectione Hebræa intercidêre, Iudæorum malitia, ſeu negligentia. Hæc enim verba tempora Chriſti Domini plane & aperte ſonant. Vaſtata nanque Iudæa à Romanis, vt millies à nobis dictum eſt, ex D. HIERONY. ex TERTVL. ex IVSTINO, & alijs. Cautũ Imperatoris legibus erat vt Iudæus qui intra Iudæã pedẽ penetraſſet, ei capitale eſſet. Ita Iudæa, poſt illas leges latas Iudæis, erat terra inacceſſa. Ergo terra inacceſſa ſicut tuba, ſic enim legiſſe videtur THEOPHY. vt eſſet terra Iudææ omnis vaſtata, & Iudæis inacceſſa fuit ſicut tuba impietatis Iudæorum, quæ toto terrarum orbe perſonuit: perſonatque adeo, & nullo vnquam tempore futurum ſit vt conticeſcat. Vaſtati nanque Iudæi poſt crucem Domini, & reſidui ex illa vaſtatione pulſi patrijs ſedibus diſperſi ſunt in omnes oras parteſque terrarum. Dici non poteſt, quantam vim habuit, vt leges apud veteres patres, ad conuerſionem orbis terrarum, quum viderent omnes ita à Prophetis fuiſſe præſignificatum futurum, vt ſi Chriſtum Iudæi non reciperent vaſtarentur, & reſidui pellerentur patrijs ſedibus, & illis malis implicarentur, qualia nulla vnquam ſæcula vidiſſent, nec eſſent viſura: de quibus in Ioelem & alijs locis multa diximus. Et toto orbe terrarum hæc vaſtatio, & lex illa lata aduerſus Iudæos velut tuba immenſo clangore perſonuit, omniumque nunc perſonat aures, perſonabitque vſque ad conſummationem ſæculi, quod ſignificatur verbis illis. (Et terra inacceſſa quaſi tuba.) ſic enim tranſlationem Lxx legit THEOPHY. Quæ enim tuba tam vaſtum fudit clangorem, quam vaſtum fudit vaſtata Iudæa ferro & igni? Nam reſidui ex illa vaſtitate captiui ſunt ducti, & diſperſi per omnes partes orbis: & lex lata ne Iudæo liceret in Iudæam pedem inferre: & ne vllo vnquam tempore reuocarentur in patriam. Perſonuit hic tubæ clangor apud Imperatorem Romanum: vt leges in Apologia. 2. pro Chriſtianis IVSTINI philoſophi & martyris, & in libris aduerſus gentes TERTVL. & in ſcriptis. D. HIERONY. alijſque ſcriptoribus. Quæ ergo tuba tantum clangorem potuit edere, tam immenſum ſonum ſpargere, qui vniuerſorum orbem compleret? Et ne quiſquam hoc poſſet inficiari, id, aduerſus gentes ſcripſit TERTVL. proximus temporibus Chriſti, vbi ſi mentiretur, manifeſti mendacij crimine teneretur. Scripſit IVSTINVS ad Imperatorem Romanum, qui ſciebat legem illam latam, & ſuis temporibus ſuo iuſſu ſeruari, & tam terribilem lex illa ſonum ſparſir,

ſit, vt noſtra tempora & futura omnia ſuo compleat clangore, quum docti ea legunt, & prædicant, & ſuorum auribus inculcant. Sed non ita legitur in tranſlatione Lxx, dixi multum licuiſſe ſemper in tranſlationem Lxx multis. Intelliges tamen ex THEOPHY. hanc Lxx virorum fuiſſe lectionem. Hæc THEOPHY. verſat multis modis, vt accomodet Nabucodonoſori, ſed fruſtra verſat, nec enim tempore illo terra inacceſſa fuit Iudæis. Nam, vt leges apud Hieremiam, reſidui ex illa captiuitate morabantur in Iudæa, & in ea verſari ſunt permiſsi, & iuſsi à Domino, vt in Iudæa manerent. Et ſubſannatio illa AEgypti, quãuis vilipenſionem illam interpretetur THEOPHY. & huc & illuc torqueat, & flectat non cohæret. Veſtis Chriſti, vt aiunt ſancti, nulli alij quam Chriſto congruit. Et poſtremo THEOPHY. quod vidit ſe fruſtra laborare, dum ad captiuitatem Babylicam conatur accomodare, ad Chriſtum retulit: Lxx ergo ſua tranſlatione, & diſtinctione planè ad Chriſti tempora hæc retulère conueniẽter ſuperioribus. Sed Hebraice quædam non ſunt, & vna littera mutatur. Audi quid AVGVSTI. dicat, Neminem ex antiquis auſum eſſe mutare quod apud Lxx eſt repertum & olim, ORIGENE authore, Hebræa lectio non recipiebatur ob ſuſpitionem fraudũ, quæ à Iudæis in lectione Hebræa factæ ſunt, iuxta hãc Lxx ſeniorum tranſlationem, vulgata ſic explanabitur: in gutture tuo ſit tuba. O Propheta. ſ. clama veluti quadam tuba vaſtitatem Iudææ prædictam in fine ſuperioris capitis, ob ſubſannationem factam Domino in terra AEgypti, Hieroſolymis: quæ terra AEgypti dicitur, ratione ſupradicta. Quaſi aquila ſuper domum Domini: Aquila vexillum Romanorum fuit ſuper templum Domini. Significat templum à Romanis eſſe vaſtandum. RVPERTVS complendum ait illud. 3. Regum cap. 9. Si autem auerſione auerſi fueritis non ſequentes me proijciam vos à conſpectu meo. Et quod auerſati ſunt Chriſtum, delendos à Romanorum exercitu. Aquila, aiunt, dictus eſt Nabucodonoſor: fateor, ſed non congruunt antecedentia, & ſequentia, nec Lxx virorum tranſlatio. Et docet D. HIERONY. & alij patres ex vtraque tranſlatione, vulgata, & interpretatione Lxx explanandam eſſe ſcripturam, ita vt altera alteri lucem afferat. (Pro eo quod tranſgreſsi ſunt fœdus meum). Lxx teſtamentum meum, idem eſt, & de hac re dictum eſt alibi: quia violauerunt prophetias de Chriſto, & alio tranſtulère. Ioſephus teſtatur vaſtata eſſe Hieroſolyma quod compleuère Iudæi prophetias, dũ illas irridebant, & ſic perijſſe Iudæam. Atqui Babylonica captiuitas ob alias cauſas fuit, quas leges apud Hieremiam. (Et legem meam præuaricati ſunt.) vel vt vertère Lxx contra legem meam impie egerunt, quod non recepère Chriſtum iuxta prophetias, ſed potius eum cruce affecerunt.

D. HIERO. Me inuocabunt, Deus meus & cognouimus te Iſrael, Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum. Ipſi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui.

Lxx. Me clamabant, Deus cognouimus te Iſrael proiecit bona, inimicum perſequuti ſunt, ſemetipſis regnauerũt & non per me, principes extiterunt, & non indicauerunt mihi.

HAEc nec Babylonicæ captiuitati congruunt, nec captiuitati decem tribuũ: centies enim in captiuitate Babylonica admoniti ſunt à Deo Iudæi per Hieremiam, vt reſipiſcerent, etiam iam imminente ſummo diſcrimine. Verbis Dei promiſſum eſt ab eodem Hieremia fore,

fore, vt ſi Iudæi conuerterentur ad Dominum, liberarentur ab illa calamitate: nec potuit illis hoc perſuaderi vt reſipiſcerent, & ad Dominum conuerterentur. Adde etiam quod nuſquam factum reperies, vt quis inuocet Dominum ex animo, & non audiatur. Nulla enim hora eſt quandiu in hac vita eſt homo qua intercluſus ſit ei aditus ad gratiam, quanq; neget ſe Dominus eum eſſe auditurum ſi conuertatur: quin Dominus ad fores ſemper adſtat, & pulſat. Indignum hoc Deo erat, & contrarium illi vulgato Prophetę dicto: Quacunq; hora ingemuerit peccator, &c. Decem tribus longiſsime aberant ab inuocando Domino. At tu ad tempora Chriſti refer, congruũt hęc mirificè. Nam poſt crucem Domini obſeſsi à Romanis Iudæi in templo Domini offerebant victimas, & ſacrificia: & non audiebantur, quod iam ceſſabat lex vetus: inuocabant Dominum Iudæi, nec audiebantur magis, quàm nunc audiuntur. Tantum igitur temporibus Chriſti hæc congruunt, alijs temporibus nullo modo cõgruant. Vt quis clamet ad Deũ & non audiatur: offerat ſacrificia, & Deus auertat oculos, ſi pio animo faciat, credibile non eſt: prælertim in tam innumerabili multitudine, in qua veriſsimile non erat pios nullos eſſe excepto ſi ſe nefario illo crimine, quod in Chriſtũ eſt admiſſum, commaculaſſent. (Proiecit Iſrael bonum) Lxx, bona: vtrumque rectè: bonum. i. Chriſtum, ita Theophylactus: & Chriſtus in ſcriptura bonum dicitur, & vt Lxx vertere, bona, qua de re lege, quæ in cap. 52. Eſaiæ ſcripſimus. Cur Chriſtus bonum dicatur, & bona, poſt illa: quam ſpecioſi pedes, &c. Inimicus perſequetur eum.) Romanus exercitus. ſ. ſed lectio Lxx alio deflecti non poteſt, quam ad Chriſtũ: reddidere enim (Inimicum perſequuti ſunt). i. perſequuti ſunt Iudæi ipſum bonum, quod repudiauere Chriſtum. ſ. tanquam inimicum: iuxta illud ſapientiæ: contrarius eſt operibus noſtris. (Ipſi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui.) & THEOPY. quanta maxima vi poteſt hæc conatur ad decem tribus referre, & diluere quæ obſtare videntur, laborem inanem capit tamen: eſſet enim ſcriptura mendax, quæ refert decem tribubus reges à Deo eſſe datos. Cur manifeſta negemus? & mea ſententia hoc defendi non poteſt, refer ad Chriſti tempora, iam erunt omnia plana. Sub aduentũ Chriſti & Chriſti temporibus, & poſt crucem Domini reperies reges & Principes ſacerdotum vi eſſe factos, & ab Imperatoribus Romanis eſſe datos, vt leges apud Ioſephum. De nulla harum regũ Deum fuiſſe conſultum: atqui euentus optimus eſt ſcripturæ interpres, vel hic ſolus locus ſatis eſſe deberet ad interpretationem Hebræorum refellendam. Sed interpretatio Lxx in principio huius capitis ſatis ſuperque eſt, vt planè appareat totum hoc caput ad tempora Chriſti referendum eſſe.

D.HIERO. Aurum ſuum et argẽtum ſuum fecêre ſibi idola, vt interirent proiectus eſt vitulus Samariæ, iratus eſt furor meus in eis, vſque quo non poterunt emundari, quia ex Iſrael et ipſe eſt, artifex fecit illum, et non eſt Deus, quoniã in aranearum telis erit vitulus Samariæ, quia ventum ſeminabunt, et turbinem metent, culmus ſtans et non eſt in eo germen, non faciet farinam, quod et ſi fecerit alieni comedent eam: deuoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum, quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur. Onager ſolitarius ſibi Ephraim, munera dederunt amatoribus ſuis, ſed et cum mercede conduxerunt nationes.

Lxx

Lxx. Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi Idola, vt diſpereant, proijcē vitulum tuum Samaria, concitatus eſt furor meus in eos vſq; quo non poterunt emundari in Iſrael, & hoc artifex fecit, & non eſt Deus, quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria, quia corrupta vento ſeminauerunt, & ſubuerſio eorum excipiet ea, manipulus non habens vires vt faciat farinam, ſi & fecerit, alieni comedent eam, abſorptus eſt Iſrael, nunc facti ſunt in gētibus quaſi vas inutile, quia ipſi aſcenderunt ad Aſſyrios, germinauit per ſemetipſum, Ephraim munera dilexit, propterea tradentur in gentibus.

ORIGEN. in canticum canticorum Homelia. 2. interpretans hunc locum, argentum vero virtutem verbi ac rationis: ſecundum quod & Dominus dicit per Prophetam, dedi vobis argentum, & aurum: vos autem feciſtis argentea, & aurea Baalim: oſtendens per hæc & dicens, quia dedi vobis ſenſum, & rationem qua me Deū & ſentire poſſetis, & colere: vos autem & ſenſum & rationem, quæ in vobis eſt ad colenda dæmonia tranſtuliſtis. Hæc in vtranq; partem viderentur poſſe explanari. Nā huiuſmodi loci ſunt, quibus nituntur, qui Hebræorum ſententiam tuentur: quod de idolis, de vitulis Samariæ ſermo ſit: quæ cauſa captiuitatis decem Tribuum dicitur fuiſſe. Tamen hoc ipſum ſi expēdas bene, Iudæos premit maximè, & eorum interpretationem, vt oſtendemus. Sed nos noſtrum opus vrgeamus. Solenne Prophetis eſt, vaticinijs de Chriſto, & de Iudæorum vaſtitate, & excluſione ab Eccleſia, ſubiungere crimē Idololatriæ, & alia crimina: tanquā dicant hanc occæcationis Iudæorum cauſam fuiſſe. (Aurum ſuum & argentum fecēre ſibi Idola vt interirent.) ex auro & argento quæ illis dedi, ait Dominus, fecere Idola: quæ cauſa illis fuit vt permitterentur obdurari in non recipiendo Chriſto, & cruci ſuffigendo, & ita perirent, vaſtarentur & traderentur Satanæ. (Proiectus eſt vitulus Samariæ) iam hic locus iuxta tranſlationem. D. HIERON. vrget Iudæos, ſi aures adhibeas, Nam vſque ad tempora Chriſti nunquam deſijt Idololatria, nec prorſus proiectus eſt vitulus Samariæ: Ponitur enim vitulus Samariȩ pro quolibet Idolo, ex parte totum. Hic aſſurgit maximè Iudæorum manus aduerſum nos. Negant poſt tempora Babylonica fuiſſe Idololatras Iudæos, nec in litteris Euangelicis hoc crimen illis obiecisse Dominum. Rectè quidem, quaſi Dominus illis omnia crimina obiecerit. Et ſignum erat aduentus Chriſti Idolorum abiectio. Sed Idola non ceſſaſſe vſque ad aduentum Domini alibi ſatis fuſè oſtendimus. (Iratus eſt furor meus.) Quum Iudæi impleuēre menſuram patrum ſuorum, iratus eſt furor Domini, prorſus & deletus eſt Iudæorum populus, reſidui ducti ſunt captiui in omnes orbis partes, & tunc quū inter nationes verſabantur, amplius idola non coluere. Et ex gentibus etiā idola cecidēre, quod hoc ſignum, inquam, aduentus Chriſti datum erat caſus Idolorum. (Vſque quo non poterunt emundari.) irati Domini verba ſunt, quod millies admoniti, vt reſipiſcerent, millies puniti noluerunt reſipiſcere. (Quia ex Iſrael & ipſe eſt) quia Idolum fecit ipſe populus Iſrael, quomodo colit ergo opera manuum eius. Lxx ſententiam vertunt: (Vſque quo non poterunt emundari ex Iſrael?) Idola. ſ. (Artifex fecit illud.) repetitur eadem ſententia: & notant ſancti patres ſæpè Lxx quȩ bis dicta ſunt, ſemel dixiſſe fuiſſe contentos. Opus artificis, (inquit Dominus,) eſt, quomodo colitur pro Deo? (Quoniam in aranearum telis erit vitulus Samariæ.) Idola deſerentur, & cooperientur telis aranearum: vt ſolent operiri, quȩ iacent neglecta. Lxx pro hoc reddidere: Quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria.)

maria.) Hebraicè ſobebim ex rebellantibus, ex ſeducentibus, pro quo Lxx, ſeducens, rebellans aduerſum me, quod pro Sobebim legêre Sobebum ſeducens eos, de quo alibi dictum eſt latius. Verbum Hebræum varie interpretantur Rabbini, quos plærique noſtrorum ſequuntur: & eorum interpretatio cõgruit etiã huic loco: interpretantur enim: Conterentur & contringentur vituli Samariæ, quid tum, ſi Idola quædam ab alijs Idololatris confringuntur, quaſi non ſtatim reficiantur? Planè ſpectant hæc ad Chriſti tempora, vbi prorſus contrita ſunt & comminuta. (Quia ventum ſeminabant, & turbinem metent) verba irrita ventis dari dicuntur, & facta, quum fruſtra fiunt, qualia ſunt Idolorum ſacrificia, fruſtra coluntur lapides & ligna, quę Idololatras aut Iſraelem iuuare non poterant: turbinem tamen demeſſuêre, qui ipſos toto orbe diſperſit, nec id ſolum, ſed eorum vrbes ſubruit omnes: ſiquidẽ venti & turbines, vt docet ARIST. ſe in viſcera terræ condunt, & terræmotus faciunt, vrbes & oppida ab imo vertunt, quod ſignificat tranſlatio Lxx (Culmus ſtans non eſt in eo germen, non faciet farinã.) lectio Hebræa, & ſic verti poteſt, ſtans non eſt ei germen, quod D. HIER. reddidit, culmus ſtans, Lxx manipulus non habens vires, vt faciat farinam, vt vocem illam ſtans, manipulum interpretentur, & germen, pro non habente vires, non habentem germen. i. grana, hoc ad vaſtitatem inuectam à Romanis ſpectat. Leges apud IOSEPH. perijſſe Iudęos peſte, ſeditionibus, fame dira, & foris Romanorũ annis, & de hac fame ESAI. cap. 5. In captiuitate decem Tribuum non legitur hanc tam ſœuam ingruiſſe famem. (Quod & ſi fecerit alieni comedent eam.) Romani Iudææ vaſtatores. (Deuoratus eſt Iſrael.) THEOPH. deuoratus eſt Chriſti occiſor populus. Lege Dionem in vita ADRIAN. & intelliges Iudæos omnes ferro, & igne fuiſſe conſumptos omnes: reſiduos paucos captiuos eſſe ductos in omnes orbis partes: ex quibus reſiduis, & ex Iudæis, qui inter nationes habitabant, innumerabilis inſtaurata Iudæorum natio eſt: & poſtea cladibus extenuata, quod Chriſto credere noluit. (Nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundus.) RVPERT. quod Dominum cruce affecêre diſperſi ſunt in nationibus, immundo & immani flagitio commaculati, & immundis ſpiritibus obnoxij. (Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur.) cauſa malorum ſubijcitur quia petiêre Idololatras, & Romanos. nam per Synecdochen ex vnis Aſſyrijs Idololatræ omnes ſignificantur. Petebant ergo Romam freti magis hominum ope, quam Dei auxilio ab illis petebant regna, Sacerdotia & omnia. & eorum freti ope Chriſtum cruce affecêre (Onager ſolitarius ſibi Ephraim) Ephraim dici incredulum & impium Iudæorum populum ſupra oſtenſum eſt: hic toto orbe diſperſus ſeruit alijs, nec Deo obtemperat, tanquam aſinus Silueſtris (Onager enim aſinus Silueſtris eſt) nec cum alijs communicat, ſolus ipſe inter omnes in ſuo perſtat errore, nec religionem aliorum habet. Hoc decem Tribubus non congruit, quarum iam non cõparet veſtigium. Nam quod aliqui fabulantur eſſe inſulas vbi magna Iudæorũ multitudo habitat, facile credi poteſt: tamen non ex dedem Tribubus, quæ ſunt captiuæ ductæ, ſed ex reſiduis vaſtitatis Iudææ. Nam decem Tribuum, illarum quæ captiuæ ductæ ſunt, prorſus mentio nulla: victa natio Iudæorum à noſtris, & calamitatibus diuinitus affecta vltimas orbis partes petijt expectans Antichriſtum. Pro onager, Lxx vertere germinauit, pro, pere. verbo Hebræo, legêre mutatis tantum punctis. para. germinauit & reddidere, germinauit per ſe metipſum Iſrael Nam ſolitarius, & per ſemetipſum, idem eſt. THEODOR. floruit ſine me Iſrael in ſuam perniciem auxilio gentium, & Romanorum: & addit THEODOR. quo modo autẽ audi,

Mu-

Munera dederant amatoribus ſuis, ſed & cum mercede conduxerunt nationes, Lxx munera dilexit: propterea tradentur gentibus, legere enim Lxx pro חתנו dederunt. נגתך donum ab eodem verbo mutata vna littera, & detracta altera, & infra pro יִתְנוּ mercede conduxerunt, legêre addita vna littera יֻנָּתְנוּ traditi ſunt. THEOPYL. non dicit inquit traditi ſunt gentibus, ſed in gentibus: vt intelligas non fuiſſe ſolam hanc pœnam, vt traderentur gentibus, ſed in gentibus traditos, adeo innumeris calamitatibus ſunt affecti, & afficiũtur quotidie, & floruerunt in perniciem ſuam quod aucti opibus, & coniuncti fœdere Romanis Chriſtum Dominum afficere cruce ſint auſi. Amauêre munera dare Iudæ proditori, & ſepulchri cuſtodibus, ne dicerent reſurrexiſſe Dominum. Traditi ſunt ergo in gentibus, vt omnia mala paterentur. Vulgata ſic: Munera dederunt amatoribus ſuis: deferebant dona ad Romanos, ad Aſsyrios, ad AEgyptios, quos amabant, & cum quibus, contra Dei imperium, iungebat fœdera. Vetuerat enim hoc facere Deus per ſuos Prophetas. (Sed & cum mercede conduxêre nationes.) quando vrbe munita, vt viribus humanis videretur capi non poſſe, conduxêre nationes aduerſus Romanos ſub Veſpaſiano, & ſub Adriano, vt leges apud Ioſephum & Dionem.

D.HIERON. Nunc congregabo eos & quieſcent paulisper ab onere regis & principum, quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factę ſunt ei arę in delictum. &c.

Lxx. Nunc accipiam eos & quieſcent parum, vt vnguant regem & principẽ, quia multiplicauit Ephraim altaria in pecata, facta ſunt ei altaria delicta, etc.

Nunc congregabo eos.) forma dicendi Hebræa, de lebo Iudæos. Lxx accipiam eos.) ad iudicium & ad meritas pœnas, inquit THEOPHY. (Et quieſcat pauliſper ab onere regis) & pauliſper per irriſionem dictum eſt per aliquod tempus, quaſi dicant per multos dies ſedebunt ſine rege, ſine principe, ſine ſacerdote, quod ſupra dictum eſt cap. 3. (Quia multiplicauit Ephraim ei altaria ad peccandum, &c.) Hæc geminatio rem exagerat, hæc multiplicatio altarium ad ſacrificandum idolis apud Iſraelem erant eidem Iſraeli cauſa, vt deſerantur à Deo, & permitterentur admittere illud immane nefas in Chriſtum Dominũ. Huc etiã THEOPY. ſpectare videtur. (ſcribã ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computatæ ſunt.) prophetias multiplices; multiplices ſimilitudines & typos, quæ velut aliena reputata ſunt. Irriſere .n. prophetias, vt ait Ioſephus, & dũ prophetias rident, compleuêre eas omnes, Lxx pro his reddidere: (ſcribã eius multitudinem, legitima eius in aliena reputata ſunt altaria dilecta.) Nam variè diſtinxere lectionem Hebræam ipſi, & D.HIER. (ſcribam eius multitudinem.) puncta hoc diſsidium faciunt & Lxx videtur vertiſſe proſcribam edidêre enim iuxta alia exemplaria, quæ vox aliquando ſignificat proſcribere, & ita Iudæi poſt crucem Domini videbantur eſſe proſcripti. Vbicunq; enim terrarum agerent miſeris modis necabantur. (Legitima eius aliena reputata ſunt.) antiquata & abrogata eius lex eſt, vetus lex. ſ. promulgato iam Euangelio. THEOPHY. docet his abrogationem veteris legis ſignificari, & legis gratiæ introductionem. (Altaria dilecta.) & altaria templi Hieroſolymorum, dilecta olim, ſubaudi aliena reputata ſunt.) quæ verba planè abrogationem veteris legis ſignificant. Hoſtias offerent immolabunt carnes.) poſt crucem Domini offerent, Iudæi hoſtias & carnes immolabunt in templo vt ſolebant. (Et comedent carnes.) Vt ſolebant

ſcilicet

ſcilicet.(Et Dñs non ſuſcipiet eas.) quia poſt crucem Domini ingratiſsima erāt Iudæorum ſacrificia. (Nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum,) à ſanguine Abel, ſcilicet vſq; ad ſanguinem Zachariæ, &c. (Ipſi in AEgyptum conuertentur.) vt rurſus AEgiptijs, & alijs nationibus ſeruiant. (Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & ædificauit delubra.) vt ſeruiret idolis: repetit hanc cauſam excluſionis Iudæorum. (Et Iudas multiplicauit vrbes munitas.) hoc nec in captiuitate decem Tribuum eſt factum, nec in Babylonica: factum eſſe poſt crucem Domini, & ſub eius aduentum narrant omnes hiſtoriæ. (Et mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius. Lxx fundamenta eius: iuxta tranſlationem Lxx congruere non poſſunt hæc, niſi vaſtitati inuectæ à Romanis: tunc enim arſère vrbes Iudææ, & à fundamentis conflagrauère: vt apud Dionem leges. Armenoth. Lxx frequentiſsimè vertunt fundamenta, Rabini vt noſtra perturbent in ſignificatione vocum Hebręarum nobis aduerſantur quanta maxima vi poſſunt: vt alibi latius dictum eſt.

Oſee CAPVT. IX.

D. HIERO. Noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi quia fornicatus es à Deo tuo. Dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici, Area & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis, non habitabût in terra Domini.

LXX. Ne gaudeas Iſrael, nec læteris ſicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti munera ſuper omnem areā tritici, Area & torcular non cognouit eos, & vinum mentitum eſt illis, non habitauerunt in terra Domini.

HOC caput, ſicut & alia capita, trecentis annis ante Chriſtum, Lxx ad Chriſtum retuliſſe vel hinc patet, quod inferius tranſtulere: væ eis, quia caro mea ex ipſis eſt: vt illic dicemus. THEOPHY. hoc caput modo ad Babylonica tempora refert, modo ad Chriſti tempora: atque etiam D. HIERO. idem facit, profeſſus ſe ſequi Hebræos, qua ratione ſupra dictum eſt, vt habeat Eccleſia in interpretanda ſcriptura quid Hebræi dicant, & quid noſtri, vt cōparemus vtraque, deligamus meliora, id eſt, vt ego ex ORIGE. interpretor, vt rideamus Iudaica, & ex comparatione noſtrarum rerū & iudaicarum noſtra admiremur magis. RVPER. ABBAS hoc capite putat præſignificari vaſtitatē inuectam à Romanis vrbibus Iudææ poſt crucem Domini: huius rei Dominum citat authorem, qui quædam verba huius capitis videtur interpretari de ſua paſsione, vt infra dicemus, ſed Lxx virorū, & THEODOTIO. tranſlationes hanc litem dirimunt, vt infra apparebit: & oſtendunt ad Chriſti tempora eſſe referendum. (Noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi.) vel vt Hebraice etiā eſt, & vt Lxx vertère, ne gaudeas Iſrael, ne læteris ſicut populi. Hæc verba vel ad aduentum Domini referri poſſunt, dictum enim eſt credentibus exulta, gaude filia Sion: id eſt, Eccleſia, quia Chriſtus vt lampas fulgentiſsima adeſt, gaudent populi gentium eius aduētu, tu non gaudebis, quia tibi erit petra ſcandali & lapis offenſionis: ne læteris, ne gaudeas, non lætaberis, nō gaudebis, vel noli lætari, tu nolles lætari, & nolles gaudere tua culpa tibi erit petra ſcandali: iuxta canonem interpretandæ ſcripturæ, de quo dictum eſt centies. Nam Prophetæ dum videntur imperare, aut optare, prædicunt futura: vel noli lætari, aut ne læteris cum gentibus, ne ſis læta quod gratiam iniſti à Romanis: quod Regem tuum cruce affeceris, vt Romanos tibi conciliares, & ne læta ſis, quod

ſis, quod te hilari vultu excipiunt. (Quia fornicatus es à Deo tuo.) defeciſti à Deo tuo ad Romanos, quum dixiſti. Non habemus regem, niſi Cæſarem: reieciſti Chriſtum ſponſum, eo expulſo diabolum ſponſum in corde tuo habere cœpiſti. Hanc in ſacris litteris dici fornicationem dictum eſt centies. (Dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici.) præoptaſti, quod tibi dari à Romanis putabas, vt tuto poſſes fructus demetere, & facere vindemiam, quam regem tuum Dominum Deum factum hominem redemptorem tuum, quum dixiſti. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? totus mundus poſt illum abit, venient Romani, & tollent gentem noſtram: ergo dixère. Expedit vt hic moriatur, vt nos colligamus noſtros fructus tuto: putabant ergo pro occiſo Chriſto ſibi dari mercedem ſuper omnes areas tritici, & omnes fructus, eſt enim Hebræa phraſis. (Area & torcular non paſcet eos.) vel vt Lxx dixerunt, non cognouerunt eos, vnius litteræ varietas facit hoc diſsidium, ר, &, ד, quę mutuo in ſe mutantur, idem tamen eſt ſenſus: acrior tamen & vehementior tranſlationis Lxx. (Pro frumenti area & pro vindemia prodidère Dominum, vt fructus haberent quibus veſcerentur, nec habebunt aream frumenti, nec vindemiam, vt prædicitur dira fames qua periêre, de qua Eſai. cap. 5. cruce affecere Dominum, ne venirent Romani, & tollerét gentem Iudæorum: venêre Romani, & deluère Iudæos: prodidère Dominum, vt poſſent tuto viuere, & pacati colligere fruges: nullas habuere fruges, & fame periere, & ſeditionibus tyrannorum, foris Romanorum armis, & hoc ſignificant illa verba. Non paſcat eos area & torcular, non ſuppeditabunt area & vindemia fructus quibus alantur. Vehementius, area & torcular non cognouerunt eos, quia tanta fuit ſterilitas, vt nec meſsis fuerit, nec vindemia. & vaſtitate per Romanos Iudęis inuecta pulſi ſunt ſuis ſedibus & lege ab Imperatoribus lata capitale erat Iudæo qui in Iudæam pedem intuliſſet, vt poſt illa nec Iudææ fecerint meſſem aut vindemiam, & quum infinita Iudæorum multitudo Hieroſolyma confluxerit tanquam in vrbem munitiſsimam, & ad celebrandum Paſcha Azymorum dira fame periêre, & tyrannorũ ſeditionibus, & Romanorum armis. (Non habitabunt in terra Domini.) delebuntur ferro & igni, reſidui pellentur patrijs ſedibus, & per legem latam ab Imperatoribus afficietur capitali ſupplicio, qui intra vrbem Iudææ pedem penetrauerit. Hæc omnia plane ad tẽpora Chriſti ſpectant, ad Babylonica tempora, aut ad captiuitatẽ decem tribuũ non item.

D. HIERONY. Reuerſus eſt Ephraim in AEgyptum, & in Aſſyrijs pollutum comedit, non libabunt Domino vinum & non placebunt ei.

Lxx. Habitauit Ephraim in AEgypto, & in Aſſyrijs immunda comedũt, non libauerunt Domino vinum, & non placuerunt ei.

DEſcribitur adhuc Iudęorũ diſperſio per omnes terras, vt CYRIL. in Gene. ſignificare videtur, in fine lib. 4. Ephraim pro populo Iudæorum impio, qui Chriſto non credidit, poni diximus ab Euſebio: & qua ratione id fiat. (Reuerſus eſt Ephraim in AEgyptũ.) etiam hoc congruit Chriſti tẽporibus: quoniã diſperſus eſt per totũ orbẽ populus Iudæorũ, reſiduus ex vaſtitate Iudææ, & ſeruiẽs idololatris à quibus ducti erant captiui, comedebant poluta, quæ idolorũ altaribus erant oblata. Et ponuntur AEgyptij, & Aſſyrij pro omni natione per ſynecdochen in captiuitate decẽ tribuũ. Dices petière aliquando Aſſyrij AEgyptum ridiculũ, etiam ſanctiſsimi Iudæorũ petière AEgyptũ, & ipſe Chriſtus in vlnis ſacræ virginis: pœna hic prædicitur, quæ

nec in captiuitate Babylonica, nec in captiuitate decem tribuum intelligi poteſt. Ephraim non eſt reuerſus in AEgyptum; ſed ductus captiuus ad Aſſyrios. Si dicas de captiuitate Babylonica dici, ex qua reſidui reuerſi ſunt in AEgyptum: reſidui ex populo Iuda in AEgyptum ſunt reuerſi, non reſidui ex Ephraim: præſertim ſi legas iuxta Lxx habitauit Ephraim, nec enim in captiuitate Babylonica, aut decem tribuum, reſidui habitauerant in AEgypto: ſtatim enim vt contra prophetiam Hieremiæ petiere AEgyptum, ſunt interfecti: exceptis illis qui fuga ſe in Iudæam recepere. At reſidui ex captiuitate decem tribuum ſuas ipſorum incoluêre vrbes, & ex illis reſiduis ſunt refectæ decem tribus ſuis in ſedibus. Et repugnaret etiam ſuperioribus, quibus dictum eſt. Non habitabunt in terra Domini: habitarunt enim in terra Domini, & floruerunt, vt patet ex litteris Euangelicis, & ex Ioſepho. At Hebraice, inquies, non eſt habitauit: erras, vna littera intereſt, quæ facile mutari ſolet. HIERO. legit, valab, & reuerſus eſt; Lxx iaſab, habitauit. (Non libabunt Domino vinum, non placebunt ei) vaſtatis Hieroſolymis, & Domini templo diruto, non licebat alibi Domino libare, & ita quæ libabant alibi, Domino non placebant.

D. HIERON. Sacrificia eorum quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur, quia panis eorum animæ ipſorum, non intrabunt in domũ Domini.

Lxx. Sacrificia ipſorum quaſi panis luctus eis, omnes qui manducant ea, contaminabuntur, quia panes eorum animabus eorum, non intrabunt in domũ Domini.

Memini me legere apud neſcio quem ex veteribus patribus huius loci admirabilem quandam interpretationem, nec vllo labore illam potui reperire fortaſſe vt homini ſeni excidit memoria locũ illum ſignare, quo morbo laborat obliuioſa ſenect⁹. Dicã quod mihi in mentem venerit. Referri hic locus mihi viſus eſt ad Paſcha Azymorũ, quo tempore confluxerat omnis Iudæorum multitudo, quæ erat reſidua ex vniuerſa Iudæa ad celebrandũ Paſcha: ſe receperat etiam illuc omnis Iudæorum exercitus, tanquam ad vrbem munitiſſimam, & Iudææ caput, quod videbatur viribus humanis inexpugnabile, quum ſubito nec opinantes cincti ſunt Romanorum obſidione: & cincti ſunt muro à Romanis ducto per circuitum, ne quis poſsit elabi: & defecti erant miſeri omni commeatu: & tantæ multitudinis aduentu, quum non liceret quenquam pedem efferre vrbe, Paſcha luctuoſiſsimum celebrauêre, quod plenum lætitia ſolebat celebrari. Et quantum mihi occurrit, addit ille author: nulla celebrata legas in templo Domino cum lachrymis ſacrificia, & cum lamentis, abſque illis. Quod ſignificari putabat verbis illis: ſacrificia eorum quaſi panis lugentium, celebrari nanque ſolebant cum tympanis, & citharis, & omni hilaritate, non cum lachrymis. Quum à militibus Antiochi irruptio in templum Domini eſt facta, non deſtitere ſacerdotes à ſuis ſacris, nec mutabant vultum: ſed necabantur intrepidi, & hilares ne ſacrificia violarent. Hæc ſacra celebrata ſunt cum luctu, gemitu, & lachrymis. Hinc enim ſeditionibus tyrannorum necabantur, inde dira fame, foris vrgebantur Romanorum armis, nec mori licebat, nec viuere. (Omnes qui comedunt eum contaminabuntur.) qui funeribus intererat, polluebatur, nec illis ſolũ ſacris contaminabatur,

ſed

ſed quicunque poſt illa vſque ad noſtra tempora, & in fines ſæculorum contaminatur, quicunq; ſacris Iudęorũ interfuit, vt participent ſacris illis, & ſacrificia Iudæorũ erunt ſemper tanquã panis luctus, quibus qui interit contaminabitur. Fuere ergo polluti, qui ſacrificijs illis interfuere, quippe factis poſt crucẽ Domini: quũ iam ſacrificia veteris legis ceſſauerant, & erant non tam ſacrificia quã ſacrilegia. THEOPHY. huc ſpectare videtur. Nec male hæc ad illa referri poſſunt, quæ narrat HIERO. in finem capitis primi Sophoniæ. Vſque ad præſentem, inquit, diem prohibentur perfidi Iudæi ingreſſu Hieroſolymorũ poſt interfectionem filij Dei, præter quam ad plantum, & redimunt pretio à militibus vt ruinam ſuæ vrbis flere liceat, vt qui quondam emerunt ſanguinem Chriſti, emant lachrymas ſuas, & ne fletus quidem eis gratuitus eſt: videas in die quo capta eſt à Romanis Hieruſalem & diruta, venire populum lugubrem in corporibus & in habitu ſuo iram Domini demonſtrantes: congregatur turba miſerorum Iudæorum plangit ruinas templi ſui populus miſer, nec tamen eſt miſerabilis adhuc fletus in genis, & liuida brachia, & miles mercedem poſtulat, vt illis flere liceat amplius. Hæc ferè HIERONY. Qui igitur quotannis ad Paſcha Azymorum confluere ſolebant, & ad ſacrificia confluebant ad luctus panẽ, & ad lachrymas, & quicunque lachrymis illis intererat, polluebatur, quod perſtaret in Iudaiſmo. (Quia panis eorum animæ ipſorum) vel animabus eorum, vt edidere Lxx. Quia poſtquam venit veritas, panis Iudeorum, id eſt, panis propoſitionis, qui erant vmbra veri panis qui de cœlo deſcendit eſt animabus eorum immundus: recidet in eorum capita, quia ceremoniæ veteris legis poſt reſurrectionẽ Chriſti erant peſtiferæ & exitiales. (Non intrabunt in domum Domini) Hoc nec de decem tribubus dici poteſt, nec de captiuitate Babylonica: quippe decem tribus non intrabant in domum Domini, & ſi qui clam eò ibant, his non minatur Dominus, nec in illos ſæuijt, nec verè dicetur: Non intrabunt in domum Domini, ſiquidẽ ex reſiduis captiuitatis effloruêre decẽ tribus, & intrabãt in domum Domini, & rediere ex captiuitate Babylonica multi cum populo Iuda, & intrabant in domum Domini. De captiuitate Babylonica dici non poteſt, quod ſeptuageſimo poſt anno ex Babylone rediji populus Iuda, & ædificauit templum Domini, & floruit per annos quingentos plus minuſue: & floruit Iudęorum religio, & templum vſque ad Domini aduẽtum, exceptis tribus annis Machabęorum. Poſt crucem Domini hoc completum eſt: Non intrabunt in templum Domini, quod ſolo eſt æquatum, & dirutũ, nec reædificabitur vllo vnquam tempore. (Quid facietis in die ſolennitatis, in die feſtiuitatis Domini.) ORIGE. 5. Epiſtolæ ad Romanos hæc ad Regna cœleſtia referre videtur: Quid facietis in die feſtiuitatis, in die reſurrectionis, ad illa æterna bona, quæ oculus non vidit, &c. quæ dies feſtiuitas Domini dicitur, & vobis erat promiſſa: quid facietis, quum inde vos videbitis excluſos, & ad pœnas ſempiternas detruſos? Idem ORIGE. in Ioannem. 9o. vbi docet feſtiuitates peccantium non eſſe feſtiuitates Domini, vnde Paſcha Iudęorum in Euangelio dicitur, non Paſcha Domini, quo Iudęi Chriſtum crucifixêre, apud Paulum: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus pro nobis, ſignificatur feſtiuitas Domini: ea eſt, quæ eſt in cœlis, in regno cœlorũ. Quid facietis in die ſolennitatis veſtræ, in diebus feſtiuitatis Domini? & certè vox Hebræa. מועד, tempus aiunt Rabini eſt, quo in ſanctuario congregabatur omnis Iſrael. Iſrael porrò videns Deum Latinè ſonat, vel præualens in Deo: rectè igitur ſignificabitur congregatio omnium qui vident Deum facie ad faciem, vel qui in Deo præualuerunt, & accipiunt brauium, vox Græca Lxx virorum

idem ſignificat: reddidêre enim Panegyris, id eſt, omnium congregatio, qui ad illam cæleſtem Hieruſalem pertinent. Erat enim Panegyris Athenis feſtus dies ad quem congregabantur ex omnibus vicis & oppidis, quib⁹ ius ciuitatis Athe-
Panegyris quid. nienſis erat, hos accerſi mos erat, quanuis & alij venirent, alij vt alieni, hi vt ciues, erat enim ſumma dignitas ciues eſſe Atticos. CYRILLVS in Ioannem lib. 4. cap. 35. Dicit, inquit, ad impios & male viuentes OSEAS, quid facietis in die ſolẽnitatis Domini, & in die feſto eius? ideſt, quomodo qui labores virtutis aſpernati eſtis, qui Dei charitatem neglexiſtis, ad cæleſtem ſolennitatem ingredi poteritis? aut quomodo cænæ illius magiſter & Dominus non eijciet vos dicens. Amice quomodo huc intraſti? THEOPHY. aliter. Quid facietis, quid eſtis facturi ô impij in die Paſchatis, regem gloriæ crucifigetis? tantum nefas concipietis animo, vt dicatis. Hic eſt hæres venite occidamus eum?

D. HIERO. Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate. AEgyptus congabit eos, Memphis ſepeliet eos deſyderabile argentum meum vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum, venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis. Scitote Iſrael ſtultum Prophetam, & inſanum virum ſpiritualem.

Lxx. Ecce ibunt de miſeria AEgypti, & ſuſcipiet eos Memphis, ſepeliet eos Machmas, argentum eorum interitus hæreditabit, & ſpinæ in tabernaculis eorum. Venerunt dies vltionis, venerunt dies retributionis eius, affligetur Iſrael, ſicut Propheta inſaniens, homo ſpiritum ferens.

HAEc omnia plane ad tempora Romanorum ſpectant. (Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate) poſtquam vaſtata fuerit Iudæa à Romanis, proficiſcẽtur in omnes orbis partes pulſi patrijs ſedibus, & captiui ducti. (AEgyptus congregabit eos) AEgyptum magna Iudæorum multitudo captiua petet empta à Romanis. (Memphis ſepeliet eos.) morientur apud Memphin. Deſcribitur Iudæorum diſperſio per totum orbem, vt diximus ex CYRIL. iuxta Lxx, qui hæc aliquanto ſecus, quàm D. HIERO. diſtinxêre. Nam D. HIERO. ita diſtinxit. Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate, hic appoſita diſtinctione. Lxx ſic. Ecce enim profecti ſunt à miſeria AEgypti, & illic diſtinctionem appoſuere. Nam verbum Hebræum, ſod, vaſtatio eſt, & præda atque miſeria, & poſtea: ſuſcipiet eos, vel congregabit eos Memphis, ſepeliet eos Machmas, nam mutatio vnius litteræ facit, vt verbum Hebræũ deſyderabile ſit redditum à D. HIERO. & à Lxx Machmas. Nã Machund. deſyderabile ſignificat. Machmas, nomen eſt proprium. Videtur hæc lectio ſignificare miſeriã quæ quoquo ſe Iudæi verterẽt poſt crucẽ Dñi, eos excipiebat. Habitabãt diuerſis partibus orbis nationibus miſti Iudæi: cõpoſito vniuerſus populus aſſurgebat in Iudæos, & eos imparatos, nec opinãtes opprimebant. Quod factũ eſſe, te docet Philon Iudæus Alexãdriæ, ſi illinc fugerẽt reſidui Mẽphin illic eos eadem excipiebat calamitas, ſi rurſum in vrbẽ Machmas ſe reciperẽt, illa vrbs eorũ erat ſepulchrũ, & hæc omnia ita eueniſſe ex Philone & Ioſepho intelliges. (Argentũ eorũ vrtica hæreditabit,) ideſt. domos argẽto & auro renidẽtes redigentur in vaſtitatẽ, quam occupant vrticæ: vel vt vertêre Lxx argentũ eorum interitus hæreditabit. Pro קימוש vrtica tranſpoſitis litteris legere Hebraicè מוקש laqueus, interitus, pro opulentia illa auri & argenti, quæ illis tãta erat, quãtã leges apud Ioſephũ lib. 6. de bello

Iudaico

Iudaico ſub finem · ſuccedet interitus & laqueus, vt vincti captiui ducantur. THEOPHY. ſiue is THEODORI. eſt, vt potius puto, hæc refert ad captiuitatẽ decem tribuum ſequutus Hebræos, ſed quæro ſiue à THEODORI. ſiue ab Hebræis in captiuitate decem tribuũ quando factum legant, vt Iſrael petierit AEgyptum? nunquam hoc factum reperiẽt: reſidui dicent ex illa captiuitate: ne hi quidẽ, ſed in ſuis vrbibus reſedêre & inde effloruere decem tribus apud Iudæos. De Iuda inquiunt hæc intelligenda ſunt, ſiquidem reſidui ex illa captiuitate etiam vetante Propheta Hieremia petiêre AEgyptum: agitur de captiuitate decem tribuũ. Nã præceſsit. Reuerſus eſt Ephraim in AEgyptum: quod, vt dixi, ſi de decem tribubus intelligas nunquam factum reperies. Quomodo ergo de regno Iuda nunc interpretamini? Age largior: & hoc falſum eſt, ſi dicas ex AEgypto petijſſe Memphin, & inde vrbem Machmas. Remeauere ſtatim in Iudæam, reliqui periêre iuxta vaticinium Hieremiæ, vt liquet ex Hieremia. Neceſſe eſt ergo ſic interpretari vt dictum eſt. (Lappa in tabernaculis eorum.) vaſtabitur Iudæa, vbi erant eorum domus, naſcetur lappa. (Venerũt dies viſitationis) illi, de quibus Dominus. Veniet ſuper vos omnis ſanguis effuſus à ſanguine Abel. De die retributionis Domini dictum eſt in commentarijs in Eſaiã qui eſt idem, qui & dies viſitationis dicitur, viſitatio vltio Domini in ſcriptura. (Scitote Iſraël ſtultum Prophetam.) dicebant Iudæi prophetas circulatores fuiſſe, & deceptores: nunquam complendas prophetias, vt ait Ioſephus: ſcitote, inquit Dominus, ſtultos fuiſſe Prophetas, per irriſionem eſt dictum: quaſi diceret, nunc quum completas videtis prophetias, non dicetis ſtultos Prophetas fuiſſe, & inſanum virum ſpiritalem, id eſt, dicite inſanos viros plenos ſpiritu S. per irriſionem etiam, quaſi dicat: nũc quum omnia veſtro magno malo completa videtis non dicetis inſanos fuiſſe viros ſpiritu S. plenos. Pro, ſcitote Iſrael ſtultum Prophetam, vertêre. Lxx affligetur Iſrael ſicut Propheta inſaniens, mutatione vnius litteræ. ר. in. ד. aut contra, iedu, ſcitote, ieru confringimini. Et hoc quoq; leges apud Ioſephum, vaſtatum Iſrael & inſanos pſeudoprophetas, qui poſt Chriſti crucẽ Iudæos decipiebant, qui miſerabiliter interfecti ſunt: & viri ſpiritum habentes pleni ſpiritu, pleni vento, qui quum Domini Prophetas ſe eſſe dicerent, mentiebantur, ſicut mulieres quæ ſe prægnantes eſſe fingunt, & plenæ ſunt vento.

D. HIERO. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ.

Lxx: Præ multitudine iniquitatum tuarum, multiplicata eſt amentia.

PRopter multitudinem, &c. Hæc mala euenient Iudæis propter multitudinem ſuorum ſcelerum aduerſus Prophetas, quos occiderunt, & propter multitudinem amentiæ, qua dixerunt: Hic eſt hæres, venite, &c. Cum D. HIERO. iuxta interpretationem Hebræorum hæc retuliſſet ad Hieroboam, poſtea ad Chriſti tẽpora refert. Lxx hæc aliter vertere, quod Hebræa lectio & hoc & illo modo verti poteſt. Præ multitudine iniquitatum tuarum, deorum, ſcilicet, & idolorum, quæ coluiſti, multiplicata eſt amentia qua occæcata es, vt vaſtareris: de qua leges apud Ioſephum de bello Iudaico lib. 6. & apud Moſen Deutoronomij Cap. 28. Quum Veſpaſianus Imperator ferret Iudæis optimas conditiones, ne vrbs Aſiæ nobiliſsi. & templum magnificentiſsimum ſubuerterêtur, percuſsi ſunt à Domino amentia, & cæcitate, ne acciperent conditionẽs, & ſeruarentur. Aut quod magis placet. Propter multitudinem criminũ idololatriæ, & aliorum ſcelerum permiſsi ſunt Iudæi à Domino, vt cæcitate & amentia percuterentur, vt debaccharentur in Dominũ, & ei impias afferrent manus.

D.HIERO.Speculator Ephraim cũ Deo meo, Propheta laqueus ruinæ factus eſt, ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius.

Lxx. Tenebræ Ephraim cum Domino Propheta, laqueus tortuoſus ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei confixerunt.

Speculator Ephraim cum Deo meo, Ephraim ponitur pro impio Iudæorũ populo qui Chriſto nõ credidit, quin illum cruci ſuffixit. Ergo Ephraim factus eſt ſpeculator cum Deo meo, cum Chriſto, quomodo illius conſilia impediret, vt malitioſe interpretarentur, quæ faceret omnia. Quid facimus, quia homo hic multa ſigna facit? Ergo ſpeculator aderat cum Chriſto, aderat velut explorator, quid faceret, quid diceret, quid faceret turba Iudæorum, quæ ederet miracula, vt Chriſto eſſent impediméto, pro ſpeculatore edidere Lxx caligo, tenebrę, quod pro צָפָה ſpeculator legere עיפה caliginem, tenebras: mutatione vnius litteræ & additione, ', tenebræ Ephraim poſt Deũ meum: vel vt alij codices præferunt: cũ Deo meo: μετὰ θεοῦ, id eſt cæcitas Iudæi poſt Deum, id eſt, inſequendo Deum iuxta illud. Abi poſt me: vel cum Deo, in agnoſcendo Deum. Propheta laqueus ruinæ factus eſt.) Caiphas qui dixit: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo. Prophetauit quidem, quia pontifex erat anni illius: tamen laqueus factus populo Iudaico, quo illaqueatus eſt omnis populus. Illo enim cõſilio decreuit populus Iudæorum, vt Chriſtus cruce afficeretur. Laqueus ergo Caiphas factus eſt. THEOPHY. de Phariſæis qui Domini vias obſeruabant, & varijs modis illum tentabant, vt te docent litteræ Euãgelicæ. (Super omnes vias eius) faciẽdo inſidias ei quocunque iret, quærebãt enim conſiliũ, quomodo IESVM dolo tenerent, & in prehendẽdo Domino, in ducẽdo ad Annã, ad Pilatũ, ad Herodẽ. (Inſania in domo Domini.) quæ maior inſania, & amẽtia, quã afferre manus Domino, & illũ in crucẽ tollere? Varie hic locus eſt diſtinctus à Lxx viris. Nam verbũ ſequens: profunde peccauerunt: finẽ fecère huius orationis: vt eſſet: Inſania in domo Domini profunde peccauerunt. Quod RVPER. ad tẽpus paſsionis refert & THEOPHY. qui neſcio quo ſuperiora retulerant, Hebręos ſequuti. Sed Lxx pro, profunde peccauerũt, vertère confixère: & pro initio ſequẽtis ſentẽtiæ. Corrupti ſunt: vt ſit totum: Inſania in domo Dei confixère. THEOPHY. in domo Dei, inquit, in populo Iudęorum: Iudæa enim dicebatur domus Dei: confixère, crucẽ intelligit THEOPHY. Sed Apoſiopeſis eſt: quã figurã reticentiã latine dices, qua nefandũ aliquid iamiam dicturi reticemus: & eſt rei exaggeratio: vt ſit. Inſania in populo Dei confixere cruci. ſ. ipſum Dominũ, ſacros illius pedes, ſacras manus. Quũ ventum eſt ad illud. confixere: reliqua pro ſceleris immanitate reticuit. Verbum Hebræum vtrunque ſignificat, & ſententia eſt eadem.

D.HIERO. Profunde peccauerũt ſicut in diebus Gabaa, recordabitur iniquitatis eorum & viſitabit peccata eorum.

Lxx. Corrupti ſunt ſecundũ dies collis recordabitur iniquitatis eorum, vlciſcetur peccata eorum.

THEOPHY. de vxore leuitæ reuertentis de Bethlehem, quã Gabaonitæ illicito necauere cõcubitu: Iudicum. 19. vbi omnes tribus aſſurrexere armis aduerſum tribũ Beniamin: & victæ ſunt vniuerſę tribus: & multis cladibus ſunt conciſæ: quod peccatis multis erant contaminatæ, poſtremo luit meritas pœnas tribus Beniamin pene deleta, & ad paucißimos redacta. Ita duodecim tribus pœnas meritas luère: quod facturum ſe nunc

nunc Dominus ait, vt duodecim tribus pœnas luant. Sed longè alia res eſt, ibi enim penè vna tribus Beniamin internicione deleta eſt: reliquæ tribus aliquot cladibus conciſæ in captiuitate Babylonica, & captiuitate decem tribuum, ſi eo referre placet. Longe, lõgeq; maior duodecim tribubus irrogata eſt pœna, & infinitis partibus maior in vaſtitate à Romanis inuecta poſt crucem Domini. Sed quando D. HIERO. eo poſſe referri ait: intelliges comparationem fieri, non cũ duodecim tribubus, ſed cum Gabaonitis, cum tribu Beniamin, quæ internicione penè deleta eſt, & ex reſiduis refloruit: poſt crucem Domini deletæ ſunt penè tribus duodecim, & ex reſiduis, & ex his qui toto orbe erant diſperſi: & nationibus miſti habitabant, & tenebant omnium orbium bonam partem in vrbibus Aſiæ, Europæ, & Affricæ ſuc creuêre, qui nunc ſunt Iudæi, & innumera Iudæorum millia, quæ per varia temporum interualla intrauêre Eccleſiam. Et hoc congruit benè vaſtitati importatæ vniuerſæ Iudææ à Romanis: congruit & cauſa vaſtitatis: vt enim illic cap. 20. dicitur: Nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael: congruit hic multo magis, tanquam in veritate: ibi enim erat vmbra, in paſsione Domini veritas: vbi tantum nefas & tam grande piaculum factum eſt, quantum mens humana concipere non poteſt: ſi de tenetur regem gloriæ cruci ſuffixum eſſe: adiuuat & Gabaa, quæ vox Hebræa collem ſignificat, vt admiſſum hoc immane flagitium oſtendatur in colle caluariæ, vel Hieroſolymis quæ ſita erat in collibus editiſsimis: & admiſſum illud immane ſcelus à Beniaminitis eſt, à filijs dexteræ patris æterni. Nam Iudæi filij Dei dicebantur, iuxta illud: filios genui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me: & Beniamin filius dexteræ ſonat latinè. Nam quum à Propheta citatur ſcriptura, canon eſt ſic citari, vt typus earum rerum de quibus eſt ſermo. Sed D. HIERONYMVS ait de hoc quod dixi intelligi poſſe: & de Saule creato rege, qui erat ex Gabaa, quum populus Iſrael, qui à Deo regebatur, per Prophetas regem petijt: & reſpondit Dominus Samueli. Non te ſpreuerunt, ſed me. Quæ hiſtoria, vt interpretatur doctiſsimè RVPERTVS, typus etiam manifeſtiſsimus eſt Chriſti paſsionis. Vt enim quum Saul creatus eſt Rex, petière ſibi Iudæi regem dari, ſicut cæteris gẽtibus: & Dominus qui eos regebat vſque ad illa, & illorum rexerat dixit. Non te ſpreuerunt ſed me: nam quamuis Prophetæ illos regebant, non regebant illos Prophetæ aut iudices, ſed Dominus per iudices & Prophetas: ſic in paſsione Domini petière ſibi alium regem, & reiecere Dominum, quum dixêre, dicente Pilato: Regem veſtrum crucifigam? non habemus regem niſi Cæſarem. Et vt illic Saul creatus eſt Rex qui perſequebatur Dauid, id eſt, dilectum, id enim ſonat latine Dauid, ſic petiere ſibi regem Iudæi Cæſarem, & Imperatorem Romanum, qui perſecuti ſunt Eccleſiam Chriſti, & Chriſtum per annos quingentos plus minúſve vſque ad Conſtantinum, & poſtea per alia temporum interualla. Nam Gabaa, id eſt, collis, vt dixi, aut locum Caluariæ ſignificat, vbi crucifixus eſt Dominus, aut Hieroſolyma, ſita in quatuor collibus editiſsimis, quorum in vno iudicatus eſt Dominus, & reſponſum à Iudæis. Non habemus regẽ niſi Cæſarem. Et fortaſſe ideò à LXX Gabaa nomẽ proprium oppidi verſum eſt, collis: ſecundũ dies collis: vt ſignificarẽt dies illos paſsionis Domini, & iudicij, quo iudicatus eſt Dominus in colle illo Hieroſolymorũ id eſt in parte illa vrbis, eſt enim ſita Hieruſalem in quatuor collibus, quorum in ſummo vertice planities lõgè lateq; ſe fundit, vbi domus & ædificia cætera erãt ædificata. Corrupti ergo ſunt, ſiue vt D. HIERONYMVS vertit: peccauerunt, verbum Hebræum vtrunq; ſignificat, & puncta

faciunt,vt actiuè & paſsiuè accipi poſsit. Peccauerunt, ſiue corrupti ſunt, ſicut in diebus Gabaa,vel ſecundum dies collis, quum edidêre tantum nefas, & tàm grande piaculum quantum nunquam factum eſt,nec cogitatum. Vel ſecundũ dies collis, quum ex Gabaa creatus eſt rex Saul, & reiectus eſt Dominus.(Recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum.) à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c. Nam in ſcriptura viſitare eſt vlciſci.

D. HIERO. Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum, ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſiones,& facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.

Lxx. Sicut vuam in deſerto inueni Iſrael, & ſicut ficum in ficu præcocem vidi patres eorum, ipſi ingreſsi ſunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles ſicut dilecti.

CYRILLVS contra Iulianum lib.3.docens vocationem Hebręorum fuiſſe, vt vocationem gentium: & antiquiorem eſſe gentium vocationem, quod ipſa Hebræorum vocatio gentiũ fuerit vocatio, vt pote in principio gentis Hebræę, quæ in Abraham accepit initium. Nam Abraham quaſi ex ſylua ſterili accepit Deus, & fecit germanum adoratorem: & ſic OSEAS quaſi Botrũ in deſerto inueni Iſrael, & vt fructum in ficu præcocem vidi patres eorum. Rex enim rara, & difficilis inuentu in ſolitudine eſt Botrus, inuentus tamen eſt ab eo,qui omnia videt,& facit, deſyderatiſſimus Botrus talis eſt: & vt decerperetur,gratiſsimus. In ficubus autem dulciſsimus qui præ alijs matureſcit,hoc eſt ficus præcox.Ita inquit vidi Iſrael, & inueni patres eorum: etenim idololatræ & ſuperſtitioſi erant omnes Aſſyrij,vnde Abraham eſt dictus, quaſi in deſerto Botrus, & quaſi præcox fructus in ficu: nam præmatura ſequuntur & alia, hæc CYRILLVS. THEOPHY. reddit cauſam Dominus cur vaſtentur Iudæi, & diſpergantur per totum orbem pulſi patrijs ſedibus:ait ego inquiês. Vt in deſerto,vbi nullæ ſunt arbores,nullæ plantæ, ſi quis inueniat vuas aut ficus præcoces cum multa voluptate eas decerpit: ſic ego in deſerto,in hoc mundo, vbi nulla erat religio,nulla virtus,vbi vigebat impietas,& idololatria feci, & elegi Abrahã & eius poſteros patriarchas cæleſtib⁹ virtutibus inſignes. Iudæi vero ab illis orti degenerauêre ab illorum religione & virtute: & immemores beneficiorũ, quę in illos contuleram,ſeruierant Beelphegor,hoc eſt idolis: ex vno enim Beelphegor, id eſt Priapo, per Synecdochen omnia idola ſignificat propheta, Colebant enim vitia teterrima pro numinibus, quod vtinam noſtris temporibus, etiam ſi nomine abeſt longiſsime, re nõ fieret.Colebant Priapum,ideſt membrũ genitale hominis,& cogebantur miſeræ virgines imaginem mẽbri genitalis in ſinu ferre, & offerre Priapi altaribus,& fœdiſsima dictu alia facere. Colebatur venus, ideſt muliebria fœminæ pro numine, colebatur Bacchus,& Ceres ingluuies & gula.Chriſti aduentus hæc fœdiſſima numina contriuit,& diſpulit ex hominum aris. Suſpicor tamen hæc numina teterrima adhuc multorum principum & locupletum animos, atque adeo aliorum hominum occupare & in cultu horum fœdiſsimorum, numinum ſuam metiri fœlicitatem,& queri poſſe Dominum,multo magis de nobis quam de Iudæis, quoniam nobis infinitis partibus maiora beneficia contulit. Ingratiſsimo enim

enim animo illa relinquimus, hæc fœdiſſima ſectamur. Sed eo vnde ſumus digreſsi redeamus. Semper vaſtitati Iudææ ſubtexitur crimen idololatriæ, & alia crimina, vt oſtendatur cauſa cur permiſsi ſunt Iudæi occæcari in aduentu Chriſti, vt vaſtarentur. Refert etiã hæc THEOPHY. ad Chriſti paſsionem: quum tot, inquiens, in illos contulerim beneficia, quæ commemoraui, ipſi Iudæi ab illis orti intrauerunt ad Beelphegor, ad idololatras Romanos, quum dixere: Non habemus regem niſi Cęſarem: intrauerunt ad Pilatum idololatram, & petierunt vt Chriſtus in crucem tolleretur. Et poni Beelphegor idolum pro omnibus idolis, & idola pro cultoribus idolorum vulgatum eſt, per Synecdochen, & Metonymiam. (In ignominiam.) THEOPHY. in ignominiam Chriſti, inquit, vt afficeretur Chriſtus ignominia, verberaretur, cruce afficeretur, idque inter duos latrones. Poſſet etiam non male intelligi in ignominiam ipſorum Iudæorum, nam ea cauſa fuit, cur qui glorioſiſsimi fuerant vſque ad illa, poſtea vſque ad noſtra tempora & in omne æuum ſint futuri ignominioſiſsimi. Abalienati ergo ſunt, quum petiere regem Cæſarem in ignominiam ſuam; quæ cauſa fuit illorum ſempiternæ ignominiæ. (Et facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt,) ſicut idola quæ coluêre, vel ſicut idololatræ, quos dilexêre. Nam poſt crucem Chriſti redacti ſunt ex populo Dei in populum gentium, & in non populũ Dei, & in populum abominabilem, vt erat populus gentium. Tamen quod D. HIERO. reddidit: Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt: reddidere LXX facti ſunt abominabiles, ſicut dilecti: ſenſu quodam admirabili. THEOPHY. dilecti ſunt patres in deſerto, & filij facti ſunt abominabiles, quod Chriſtum cruce affecere, ergo ſicut olim fuêre dilecti Deo, ita nunc dicantur abominabiles apud Deum. Et lectio Hebræa ex æquo & hæc & illa poteſt ſignificare, mutata. ם. in. ו. Et LXX, vt præferunt caſtigatiora exemplaria, vertêre καὶ ἐγένοντο ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι ὡς οἱ ἀγαπώμενοι. id eſt, facti ſunt tam abominabiles, quã olim erant dilecti. Sed lectio Græca Latinè exprimere vna voce hoc non poteſt. Nam latinus ſermo articulos non habet, qui appoſiti vtrique orationi ſignificent, factos fuiſſe Iudæos, eos qui odio haberentur à Deo intellige, vt erãt, ſupple hi qui diligebantur ante Domini aduentum: quaſi dicas. Facti ſunt non populus Dei, ſicut olim erant populus Dei: facti ſunt tam abominabiles Deo, quam olim erant Deo dilecti: vt appellarentur qui ſunt Deo execrabiles, vt olim dicebantur qui ſunt Deo amabiles. Id enim articuli appoſiti ſignificat.

D. HIERO. Ephraim quaſi auis auolauit gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu, quod ſi enutrierint filios ſuos abſque liberis eos faciam in hominibus.

LXX. Ephraim quaſi auis extenſa eſt gloria eorum ex partu, ex doloribus, & ex conceptionibus, quia ſi enutrierint filios ſuos, ſine filijs erunt in hominibus.

EPhraim quaſi auis auolauit. THEOPHY. Ephraim, quod ingrata Dei beneficijs fuit, auolauit in exilium ſempiternum. Sed mihi videtur referre ad decem tribus, quod vt dixi cõmentaria THEODOR. qui ſequitur Hebræos, & THEOPHY. ſunt confuſa: Magis cõgruit vaſtitati à Romanis inuectæ, tunc enim populus incredulus Iudæorum prorſus pulſus eſt ſuis ſedibus, præſertim iuxta tranſlationem LXX quaſi auis extenſa eſt, per totum orbem, ſcilicet; & verbum Græcum ἐξεπετάσθη, extenſa eſt, vel extenſus eſt, ſignificat ἀπὸ τοῦ πετανύω, quanquam poteſt eſſe ἀπὸ τοῦ πέταμαι volo: & verbum Hebræum auo-

lare ſignificat, vt docent Rabini, & illuſtrari, illuſtris eris nobilitatus toto orbe Ephraim, nobilitatus fama, quod tuum redemptorem cruci ſuffixeris: & duplicare, & geminari quod vertiſſe videntur Lxx extenderis toto orbe. (Gloria corũ à partu) gloriabantur multa prole, & multis diuitijs, & vrbibus munitiſsimis, & his fidebant, & non Deo. Si multam, inquit Dominus, ſobolem ſuſtulerint, occidam eos, vt deleta omnis Iudæa eſt, & reſidui capti ducti.

D. HIERO. Sed & væ eis quum receſſero ab eis, Ephraim vt vidi Tyrus erat in pulchritudine, & Ephraim educet ad interfectoré filios ſuos.

Lxx. Quia væ eis eſt, caro mea ex eis Ephraim in captionem præbuit filios ſuos vt educeret ad interfectionem filios ſuos.

VAE eis quum receſſero ab eis. Nõ ſolum ait eſſe vaſtandos Iudæos, & in omnes partes orbis terrarum diſpergendos deſerente eos Domino, ſed adhuc quum ab eis receſſero, væ eis, inquit Dominus: quia adhuc poſt hæc mala alia multa eos opprimeṇt. Lege IOSEPHVM, & PHILONEM, & intelliges per omnes partes orbis innumeras clades & miſerias incurriſſe Iudæos, & poſt hæc omnia pœnæ ſempiternæ illos ſunt excepturæ. Sed quod vertit D. HIERO. væ eis quum receſſero ab eis, Lxx viri, & THEODOTION reddidere. Quia væ eis, eſt caro mea ex eis, vna littera, vau, addita aut detracta facit hoc diſsidium, & littera illa addi & detrahi ſolet Hebraice paſsim. Si dicas, Beſuri, vertes, vt vertit D. HIERO. quum receſſero. Beſari, caro mea, & Lxx, & THEODOTION Beſari, legerunt, Caro mea: ſed etiam ſi legas Beſuri, vertendum, Quum receſſero: & incarnatus ego: vt ſit: væ eis quia incarnatus ego ex eis: vel quum receſſero ab eis, vt vertit D. HIERO. Beſuri, nam ſæpe ש ponitur pro Samach. Et ita vtraq; lectio cum Hebręa lectione cõgruet. Autores lexici Complutenſis: incarnatus ego, legerunt, à verbo Daſar, caro, incarno. THEOPHYLA. verba hæc Chriſti, inquit, eſſe videntur: quod caro Domini ſumpta ex Iudæis eſt. Et adhuc refert hæc verba ad captiuitatem decem tribuum, etiam verbis prophetię repugnantibus. At ego hæc verba tranſlationis Lxx, & THEDOTIO. vel ſola puto, ei, qui æquus rerum æſtimator eſſe vellet, ſat fuiſſe futura, vt oſtenderent, hic de temporibus Chriſti agi. Væ, inquit Chriſtus, vt ait poſtea THEOPHY. Iudæis, qui me reprobauêre, quum me recipiſſent gentes: quum caro mea ex ipſis Iudæis ſit ſumpta. Author Eclogarũ de vaticinijs, de Chriſto hunc locum citat, vt probet Chriſtum de ſanguine Iuda natũ, quod Oſeas dixerat: væ eis, quia caro mea ex ipſis eſt. GRIGENTIVS quod ex tribu Iuda caro Domini ſit aſſumpta ſignificat Oſeas inquiens: σάρξ μοῦ ἐξ αὐτῶν, caro mea ex eis. ORIGE. in cap. 8. Epiſtolæ ad Romanos ſub principium: Quod Chriſtus, inquit, ex Iſraelitico ſanguine fuerit, dicitur apud Oſeã: vę illis, quia caro mea ex ipſis eſt: Cur autem væ illis? quia natus eſt Ieſus in ruinã, & reſurrectionem multorum: & quia ab illis, quorum caro erat, repudiatus eſt, & à gentibus, quibus ignorabatur, ſuſceptus eſt. Ephraim vt vidi Tyrus erat fundáta in pulchritudine) locus amirabilis, quo ante oculos ponitur vaſtitas Iudæę, & tanta, vt vniuerſæ Iudææ veſtigium non compareat. Nam, vt docet DION, omnes ferè vrbes, oppida, vici Iudææ incendio ſunt in cineres redactæ, ita vt illarum non compareat veſtigium, idq́ue admirabili quadam ſimilitudine ponit ante oculos, typus ſiquidem florentiſsima inſula erat in ſcopulo maris ſita, longè lateq́ue dominabatur, amæniſsima agris,

Tyrus olim inſula pulcherrima, & amœniſſima.

agris, arboribus pulcherrima: ædificijs paulatim fluctibus maris exeſa, poſtremo ab Alexandro vaſtata: vt illius pulchritudinis veſtigium non ſit reliquum, quin nec locus comparet, vbi fuerit, terra enim maris fluctibus exeſa fuit, & poſtea ab Alexandro effoſa, & in mare præcipitata: ita vt ſcopulus tantum ſit reliquus, vt mirentur omnes illic ſpecioſam fuiſſe inſulam. Ita Iudææ vrbes deletæ ſunt omnes, & fœcunditas agrorum redacta in ſterilitatem, vt prædixerat Moſes, vt mirentur omnes, quæ prodita ſunt litteris de eius fertilitate & vrbium pulchritudine. Sed Hebraicè frequenter eſt duplex lectio & vtraque ſancta: & non ſolum, vt ait CHRYSOST. Iudæorum negligentia crebro etiam de induſtria à prophetis relicta, vt duplex myſteriũ ſignificetur: Pro, Ephraim vt vidi Tyrus erat fundata in pulchritudine: vertêre, Lxx, Ephraim in captionem præbuit filios ſuos, quod pro צור Tyrus, mutatione vnius litteræ in ſimillimã legere ציד venationem: & ſic vertêre Ephraim vt vidi in venationem, & pro fundata vertêre, poſuit. Ephraim vt vidi in venationem poſuit: quod Hebraicè pro, ſetula, fundata, plantata, legêre, ſata, poſuit, & pro Benaue, in pulchritudine, Banaui, filios eius: & ſic totũ trãſtulêre. (Ephraim vt vidi in venationem poſuit filios ſuos) vt occiderentur à Romanis, & caperentur vt feræ, vt venationes, quod factum leges millies in bello Iudaico: ſiquidem præter ea quæ in bello gerebantur, quũ plurimas vrbes extra Iudæam habitarẽt Iudæi miſti nationibus, ex compacto nationes ſurgebant ex inſidijs tanquam ad feras occidendas, ad delendos Iudæos, & ſpoliandos nec opinantes & imperatos: & idẽ in Iudæa fiebat: habitabant enim nationes cum Iudæis. Et referri etiam poteſt ad bella Romana, vbi tanquam in feras venatores edebant cędes, quo ſpectant verba ſequentia. (Vt educeret ad interfectionem filios ſuos) quos enim filios Iudæa in aciem producebat, nihil aliud aduerſante Domino quam ad interfectionem producebat. Certe ſi nihil aliud eſſet quam tranſlatio Lxx, & trãſlatio Theodotionis, ſatis ſuperque eſſet, vt intelligeremus, non de captiuitate decem tribuum, ſed de Chriſto Domino hic agi, qui de ſanguine Iſrael eſt natus, quod tam plane dicitur à Lxx trecentis annis ante Domini aduentum, vt non potuerit dici planius.

D. HIERON. Da eis Domine, quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia, omnis nequitia eorũ in Galgal, quia exoſos habui eos.

Lxx. Da eis Domine, quid dabis eis? da eis vuluam ſine filijs, omnes nequitiæ eorum in Galgalis, quia ibi odi eos.

COmplet illud Lucæ. 23. Ecce venient dies, de quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres qui nõ genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Quæ prædixit ergo Dominus in Iudææ vaſtitate vota facturas fœminas, eadem vota facit hoc loco Propheta: nam proſpiciens animo miſeras illorum temporum clades precatur à Deo, vt illis temporibus det fœminis vuluam ſine liberis, & vbera arentia. Ergo Dominus illo loco enucleat hanc Oſeæ prophetiam. Sic enim RVPERTVS; AVGVSTI. tomo. 6. 209. contra Adimantum Manichæum lib. 1. cap. 25. Da illis ventrem vacuum, inquit prophetia, locutio hæc eſt & figurata, nam & ventrem non carneum intelligunt in Euangelio quum legant. Flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius, &c. tamen mihi multo magis placet vt propheta prædicat vota quæ facturæ fœminæ illorum temporum erant: beatæ ſteriles & ventres quæ non genuerunt, & vaſtationis Iudææ ſemper ſubijcitur cauſa, crimen idololatriæ, ſcilicet, aut alia

crimina ſubtexuntur, quæ cauſa fuerunt occæcationis Iudæorum. Cauſa, inquit, horum malorum fuit nequitia Iudæorũ in cultu idolorum, quæ Galgalis fuit, & Galgala, vbi ſedes erat idololatrię, pro omni loco ponitur vbi colerentur idola per ſynecdochen. (Quia exoſos habui eos) ob cultum idolorum, ſcilicet, Lxx vehemẽtius. Quia ibi odi eos, quia ea fuit cauſa odiorũ cur eos permiſi obdurari in Chriſti aduentu. Aperte enim his paucis verbis dicit Propheta quod Moſes. Illi me irritauerunt in eo, qui non erat Deus, colendo idola, ſcilicet. Et ego irritabo illos in eo, qui non eſt populus, in gentibus recipiendis, qui quod colebant pro numinibus lapides, & ligna indignos eſſe dicit, qui populi appellarentur. Ibi ergo in idololatria odit eos Dominus, irritatus quod lapides & ſaxa illi anteferrent, & Dominus illis gratiam retulit, ante poſuit enim illis gentes quos ſcripturæ mos eſt appellare beſtias.

D. HIERON. Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos, non addam vt diligam eos, omnes principes eorũ recedentes, radix eorum exſiccata eſt, fructum nequaquam faciet, quod & ſi genuerint interficiam amantiſſima vteri eorum, abijciet eos Deus meus quod non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.

Lxx. Propter malitias adinuentionum eorum de domo mea eyciam eos, & non addam vt diligam eos, omnes principes eorum inobedientes, laborauit Ephraim radices ſuas arefecit, fructum nequaquam vltra feret, quia ſi genuerit interficiam deſyderabilia vteri eorum.

HIc deſcribitur excluſio Iudæorum poſt Chriſti crucem, & diſperſio in omnes partes orbis, vt ſupra dixi ex CYRILLO. D. HIERO. quamuis centies ſit profeſſus ſe nobis tradere Hebræorũ interpretationem, hoc loco proponit multas quæſtiones, quas negat poſſe diſſolui, niſi hęc omnia ad Chriſti tempora retuleris. Sed neſcio quomodo non meminit earum quæſtionum, quas in capite hoc & in ſuperiore propoſuimus, quæ niſi ad tempora Chriſti referantur nemo diſſoluet: niſi eo modo diſſoluere poſtulat, quo THEOPHY. ſeu THEODORI. potius diluere conatur: vt neget mirandũ eſſe ſi non videamus cõpletas prophetias quæ ſunt cõminatoriæ bene eſt, ſi corrigatur. Sin minus, Deum tu vis facere mendacem? apageſis. Propter malitiam adinuentionum, vel operum eorũ (vtrunque enim vox Hebręa & Græca ſonat.) De domo mea eijciam eos, ait ergo Dominus excluſurum ſe Iudęos è terra ſancta, vbi Dominus habitabat, & ab Eccleſia. (Non addam vt diligam eos,) qui non retulerit hæc ad Romana arma, mendaces faciet ſcripturas: nam non ſolum populum Iuda poſt captiuitatem Babylonicam dilexit, & in ipſa captiuitate quum tot ei dederit Prophetas, ſed & decem tribus dilexit, quas refecit ex reſiduis captiuitatis, vt latius dictum eſt ſupra, & centies repetitum, & fecit florentiſſimas, & ex eis diſcipulos elegit, & Apoſtolos, & in illarum vrbibus potiſſimum eſt verſatus, vnde Galilæus eſt nominatus, noſq; inde ſumus appellati Galilæi, vnde D. HIERO. neceſſario hæc ad Chriſti tempora ait referenda. THEOPHY. Non neceſſe eſt, inquit, comminatorias compleri prophetias, quum corriguntur hi, quibus minatur Dominus: ita eſt, quia ita erant prophetiæ, ſi non ſe reciperent ad frugem bonam: at contra iota vnum, aut vnus apex nõ præteribit à lege. (Omnes principes eorum recedentes ſiue inobedientes.) iuxta illud Euãgelij: vę vobis

bis ſcribæ & Phariſæi, in illos enim, vt ſæpè diximus, omnis vis mali potiſsimũ recidit. (Radix eorum exſiccata eſt.) euẽtus optimus ſcripturæ interpres eſt, vt ex Daniele aiunt patres veteres, iacet per mille quingentos annos vaſtata Iudæa, ab imo verſa vrbs Hieroſolyma, dirutum templum Domini, quod radix erat Synagogæ: alibi enim ſacrificia veteris legis, & ceremoniæ fieri non poſſunt, nec ſummus ſacerdos eſſe: quum hæc ſunt ſubuerſa, eliſæ ſunt radices legis Iudæorum & ſynagogæ, nec poſt mille quingentos annos Iudæos dilexit Dominus, vt Hieroſolyma inſtauraret, aut templum refici permitteret per Iulianũ, nec vſque ad tempora Antichriſti permittet. Pro his Lxx laborauit Ephraim, ægrotauit, mortua eſt ſynagoga, radix eius eſt exſiccata, vt dictum eſt: fructum nequaquam facient, vt refloruit olim tribus Beniamin ex paucisſimis, & reflorue̊re decem tribus ex reſiduis, & fuerunt poſtea florentiſsimæ: poſt crucem Domini non hoc fiet. Si genuerint interficiam, &c.) Poſt vaſtitatem importatam Iudææ à Veſpaſiano intra breuiſsimum tempus refecta eſt Iudæorum natio, & confluxit ad arma contra Imperatorem Romanum: & tanta illorum erat multitudo, & potentia, vt orbem timore concuſſerit, & internitione deleti ſunt ſub Adriano. Et hoc ait Dominus hoc loco. Si genuerint deleturum ſe fortiſſimos eorum. (Abijciet eos Deus meus.) nunquam prorſus Iudæos abiecit Dominus niſi poſt crucem Domini. (Quia nõ audierunt eum.) quia nõ recepere Chriſtum, nec crediderunt prophetis. (Et erunt vagi in nationibus,) hoc interprete non eget. Quis enim in dubium vocet, quod oculis videt, videmus eos toto orbe vagos à Chriſti Domini cruce ad noſtra vſque tempora, & ita erunt vſque ad ſœculi conſummationem. De me hinc quadraginta duos annos, per quos eos expectauit Dominus dum conuerterentur. (Et erunt vagi in nationibus. Hæc verba, ſi nihil aliud eſſet, cuiri cũt de temporibus poſt crucem Domini hic agi, nam decem tribus in captiuitate ſunt ab illis temporibus vſque ad hæc tempora, per bis mille annos. Iudæi miſeri poſt crucem Domini ſunt vagi in nationibus, ſic D. HIERO. vagi erunt in nationibus non habentes altare, non ſedem, non ciuitatem propriam.

Oſee CAPVT. X.

D. HIERO. Vitis frondoſa Iſrael fructus adæquatus eſt ei, ſecũdum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria iuxta vbertatem terræ ſuæ, exuberauit ſimulachris. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt, ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum.

Lxx. Vitis frondoſa Iſrael fructus eius abundans, ſecundum multitudinẽ fructuum ſuorum multiplicauit altaria iuxta bona terræ eorum ædificauit titulos diuiſit corda ſua. Nunc peribunt ipſe ſuffodiet altaria eorum, affligentur tituli eorum.

IN fine capitis ſuperioris de vaſtitate Iudææ & excluſione Iudæorum, & eorum diſperſione in omnes gentes eſt actum: vt diximus ex CYRILLO, & HIERO. & THEOPHY. Nunc huius vaſtationis vniuerſæ Iudææ, & diſperſionis in omnes terras cauſa redditur: ea quæ apud CYRIL. eſt lib. 6. de ſpiritu & littera. AEquiſsimum eſt eos ſine vlla miſericordia puniri, qui ſupra cunctas nationes à Deo beneficijs aucti, & cumulati defecere à Deo vero ad cultum dæmonum, lapidũ, & lignorum: qui omiſſo vero Dei cultu ad cultum idolorũ ſe tranſtu-

tranſtulerunt. AEquum non erat, inquit, qui lapides & ligna colunt, quũ ingruit calamitas, opem à Deo petere: petant à lapidibus, & lignis opem, quando ea ipſi colunt numina. Dicat Dominus in tempore afflictionis, quum clamabunt: ſurge, & libera nos, ſurgant Dij tui, quos tibi feciſti, & te liberent. (Vitis frondoſa Iſrael.) luxuriatur opibus Iſrael vt vitis, quæ frondibus & folijs luxuriatur, bene pro beneficijs acceptis refert gratiam Deo. Per ironiam: accuſatur enim Iſrael, quod auctus Dei beneficijs ſit ingratus: & pro beneficijs Deo rependat maleficia. Quod vertit D. HIERONYMVS. Adęquatus eſt ei, Lxx reddidêre. Abundans fuit, reddunt enim ſententiam. Magnos tulit Deo fructus, coronam ſpineam, ſcilicet, & ſputa, lanceam, & flagella. Prius tamen alios commemorat fructus. (Secũdum multitudinem fructus ſui.) ſecundũ multitudinem beneficiorum quæ accepit à Deo: & ſecundum multitudinem opulentię, & diuitiarum. (Multiplicauit altaria.) idolis, ſcilicet. (Iuxta vbertatem terræ ſuæ:) vel iuxta bona terræ, ſuæ: iuxta copias, & diuitias. (Exuberauit ſimulachris.) vel ædificauit titulos, fecit idolis altaria. (Diuiſit corda ſua.) vel diuiſum eſt cor eorum, in varia idola. Hæc ergo odiorum eſt cauſa, permiſi eos occæcari in Chriſti aduentu, & permiſi eos vaſtari, & petentibus opem eos deſerui: vt à lapidibus quos tandiu pro numinibus coluerāt, auxilium poſtularent: peracta iam œconomia redẽptionis: nam ipſi à Deo ſæpe petiuerant, vt eos ſineret ſuo modo viuere, vt cæteras gentes: negauit ſe facturum Dominus, quoad perageret ſuum propoſitum: quo admitteret Chriſtum: nunc miſſo Chriſto petunt idem, dicentes. Non habemus regem, &c. deſerit eos Deus. (Nunc interibunt.) nunc vaſtabuntur. (Ipſe confringet ſimulachra eorum) ipſe Chriſtus, ipſe Deus. Quoties abſolute ponitur in ſcriptura, hu, id eſt, ipſe, ſine antecedente, pro Deo accipi debet, hu, ipſe Deus, ſcilicet, ORIGE. de hoc pronomine Ipſe, canonem præſcribit homelia. 2. in Hieremiam, quem inde petes. Ipſe ergo Dominus, quum Iudæos ſubuertet, & Iudæorum vrbes ſubuertet, ſimulachra eorum & aras idolorum. RVPER. vitis hæc, inquit, adęquauit fructum ſibi quum ſecundum amaritudinem radicis, ſitientem Dominum aceto & Myrrha potauit. Nec male videtur cohærere, fœdus enim initum cum Romanis, & ad Imperatores delata munera, & à regibus erecta templa ad idololatriam ſpectāt. Erāt enim Iudæi opulentiſsimi, & opulentia comparabant magna munera idololatris: & qui non erant laturi fructum poſt crucem Domini, niſi ad Chriſtum conuerterentur, tulerunt impietatis vberes fructus: non ſolum enim idola coluerũt, ſed idololatram hominem Chriſto antetulêre. Si ad decem tribus referas eadem eſt ſententia: ſiquidem Chriſti temporibus coaluerant decem tribus cum regno Iuda, & vno nomine Iudæi appellabantur, & permiſsi ſunt occæcari, vt cæteri ob crimen idololatriæ.

D. HIERO. Quia nunc dicent, Non eſt Rex nobis, non enim timemus Dominum, & rex quid faciet nobis.

Lxx. Quia nunc dicent, Non eſt rex nobis, quia non timuimus Dominum, quia rex, quid faciet nobis?

THEOPHY. ἄντικρυς ταῦτα εἶπον οἱ Ἰουδαῖοι περὶ χριστοῦ πρὸς Πίλατον, μὴ γράφε βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, καὶ εἶπον τὴν διδασκαλίαν τοῦ χριστοῦ ῥήματα ψευδῆ, id eſt, plane hæc Iudæi dicebāt de Chriſto ad Pilatum. Noli ſcribere rex Iudæorum. Et dicebant Chriſti doctrinã verba eſſe mendacia. (Quia nõ timemus Deum.) tam fuere immanes vt Deum nõ timerent, quum dixere: hic eſt hæres, venite occidamus eum. (Quia rex quid faciet

ciet nobis?) Chriſtus hic cuius cruci inſcribitur rex Iudæorum, quid poterat nobis boni facere? THEOPHY. enim, vt dixi, verba hæc Iudæorum eſſe putat ad Pilatum, quam ſcribi iuberet in titulo crucis: IESVS Nazarenus rex Iudæorum. RVPER. hæc verba Iudæorum eſſe putat Chriſtum contemnentium: vnde ipſe Rex reprobatus à Iudæis dicentibus: rex quid faciet nobis, dixit: ſi opera non feciſſem eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem viderunt & oderunt & me, & patrem meum.

D. HIERO. Loquimini verba viſionis inutilis, & ferietis fœdus cum mendacio, & germinabit, quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri.

LXX. Loquens verba occaſiones mendaces diſponet teſtamentum, orietur ſicut gramen iudicium ſuper deſertum agri.

THEOPHYLA. hæc ad Chriſti tépora refert, iuxta quam ſentétiam conuenienter ſuperioribus ſic hæc interpretabimur. (Loquimini verba viſionis inutilis.) ridete prophetias, & dicite, inutiles eſſe, nec futurum vnquam quod illis eſt præſignificatum. Sic enim Ioſephus ſcribit: Iudæos dum Prophetas veteres rident, quibus admonebantur vt Chriſtum agnoſcerent, & reciperent: cótempſere eas, & Chriſtum affixère cruci, quod eos facturos per Prophetas erat prædictum, & eas prophetias complenère omnes, & ita periere. (Et ferietis fœdus cum mendacio.) multa mentiemini aduerſum Dominum. Nam præter illa quæ litteris Euágelicis ſunt teſtata, quod Dominum ſamaritanum appellabant, & dæmonium habere dicebant, & in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia, miſere legatos in omnes partes orbis ad Iudæos, qui toto orbe diſperſi nationibus inſiti celeberrimas vrbes habitabant, qui docerent eos, & gentes blaſphemare nomen Domini. Negabit aliquis ita eſſe Hebraice, certe Hebræa verba magis hoc ſignificant, quæ ſic vertit D. HIERONY. vt diximus: loquimini verba illa, quæ diximus: quod ita diſpuncta erant, vt modo imperantis eſſent. Nunc ea habent puncta, vt modo indicantis & affirmantis ſint: loquuti ſunt verba illa. Quid hunc auditis? An non hic eſt faber, & filius fabri? vah qui deſtruis templum Dei, Aloth, maledictiones: vt ſit, loquimini maledictiones: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, ſaue, mendacia. Nos audiuimus hunc dicentem: diſſoluam templum hoc, & triduo reædificabo illud: ſeducit gentem noſtram, Caroth Berith, ferire pactum, id eſt, ferietis pactum cum cuſtodibus, ne dicerent reſurrexiſſe Dominum. Sed certè lectio Hebræa aliquátulum immutata videtur ab ea, quam agnouit D. HIERONY. & multo magis ab ea quam Lxx viri agnouère. Olim enim ita diſpunctum erat, vt modo eſſet imperantis: dibru. loquimini verba, nunc ita vt modo ſit indicantis, loquuti ſunt, diberu. Tempeſtate Lxx dober, in præſenti participij, loquens verba. Pro, Aloth, legiſſe videtur HIERO. Heloha, Dei: ſaue, inutiles, loquuti ſunt verba Dei inutilia, interpretatus eſt, viſiones inutiles, illas quas dixi. Lxx, pro, Aloth, Anoth, legiſſe videtur occaſiones, ea quæ occurrunt. Nam iuxta tranſlationem Lxx hæc verba Iudaici populi ſunt, pendentia ex illis: Rex quid faciet nobis? quid ſcribis in titulo crucis, rex Iudæorum? iſte rex quid faciet nobis? quid afferre poterit vtilitatis? de quo dicebant Iudæi Ioannis. 10. Inſanit, quid hunc auditis? occaſiones mẽdaces, ſubaudi loquẽs, citans ſcripturas mendaces ad ſuas occaſiones, flectens ad ſuum propoſitum, quod nunc aiunt Iudaizantes locos prophetarum citari à Domino, nõ eo ſenſu

quo

quo dicti ſunt à prophetis. THEOPHY. λαλῶν ῥήματα μόνα καὶ πρὸς τὰς μελλόντων ἐλπίδας παραπέμπων, καὶ ἐὰν ἀγαπᾶτε με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσετε, καὶ οὐκ ἔτι καλῶ ὑμᾶς δούλους, ἀλλὰ φίλους, πορεύσομαι ἑτοιμάσαι τὸν τόπον ὑμῖν, i. loquens verba ſola & ad ſpes futurorũ ſuos tranſmittens: & addens: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate: & non vocabo vos ſeruos, ſed amicos, & vado parare vobis locum. Vbi THEOPHY. addit alia huius notæ multa. De varietate lectionis Hebræę dictum abunde eſt in noſtro Apologetico. Addit ergo THEOPHYLA. αὐτὸς διαθήσεται διαθήκην, τὴν εἰς αὐτὸν πιστεύουσι, τὴν ὄντως καινήν, τὴν εἰρηνοποιήσασαν τὰ πάντα διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, id eſt, ipſe diſponet teſtamentum credentibus in ipſum, verè teſtamentum nouum, quod pacificat omnia per eius ſanguinem quæ in cælo ſunt & quæ in terra: vel percutiet fœdus, & pactum, factus hoſtia pro peccato, & factus propitiatio pro mundo D. HIERO. alijs punctis hoc verbum legit, & addita littera, כ, cheratem, feciſtis pactum, vel percuſsiſtis pactum, aut percutiens pactum cum cuſtodibus, ſcilicet, ne dicerent Dominum reſurrexiſſe. Habent enim ſacræ litteræ multos ſenſus. (Germinabit quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri.) D. HIERO. hæc verba iuxta lectionem Hebræam ad litteras Euangelicas refert. Et THEOPHY. hoc iudicium iuſtum Domini eſſe ait, vt Iudęa vaſtetur poſt Chriſti crucem. Ergo ſuper ſulcos agri, extra portas Hieruſalem germinabit, naſcetur iudicium aduerſum Dominum, ſcilicet, vt crucifigatur, quaſi amaritudo, amarum. Hebraice planius: quod ſic verti poteſt v, perach, & germinabit: caros, ſicut fel: miſphat, iudicium, quum eſt ei oblatum fel, dicenti, Sitio: altami, ſuper ſulcos ſade, agri: extra portas, in loco Caluariæ, loco excelſo ſuper agros Lxx, hæc aliter vertere, nam pro germinabit quaſi amaritudo, reddidere germinabit, vel orietur quaſi germen: negant Hebrei, ros, verbum Hebræum ſignificare gramen: negant fateor, quid mi? omnia quæ poſſunt negant, vt noſtra perturbent, quod ait ORIGENES. Aiunt Rabini ros ſignificare caput, & venenum: alij genus eſſe herbæ, alij fel etiam fatentur ſignificare, Lxx addunt quoque ſignificare gramen. Quæ cauſa odiorum Iudæis, vt ſuos Iudæos Lxx tanto proſequantur odio, vt eis apud illos nullas ſit fides? an quod Chriſtum frequentiſsime ſonant, & eos damnant impietatis? Ergo Lxx ros, gramen etiam ſignificare docent: ſit Lxx Iudæis dotiſsimis ſuæ tempeſtatis fides tanta quanta vni impio rabino & imperitiſsimo, qui ros, latine reddidere gramẽ: ſed quocunque modo interpretere Chriſti temporibus congruit. Nam primum omnium tranſlationem Lxx ſic interpretatur THEOPHY. iudicium, teſtamentum nouum, lex noua: nam iudiciũ in Prophetis ſignificare nouum teſtamentum, legem nouam oſtendimus in commentarijs in Eſaiam ex Procopio & alijs patribus. Ergo Iudicium, id eſt, lex noua: (orietur ſicut gramen,) ſe fundet latius, vti gramen, quod ſerpit longe, lateque, quacunque parte ſui terram attingat: etiam parte ſicca agit radices: & ideo Chriſtus dictus eſt germen quod breui tempore ſe ſe fudit in totum orbem terrarum, quo ad venit impientiſsimus Mohama, toto orbe terrarum lux Euangelica fulſit. (Super deſertum agri,) perſtat in quit THEOPHY. in eadem metaphora graminis, quæ illis locis ſerpit potiſsimum, quæ non ſunt aratro proſciſſa, nec culta: ita Chriſti lex in populo gentium potiſsimum egit radices, qui vſque ad illa tempora aratro cæleſti nullo erit proſciſſus, nulla ſpiritalia pluuia erat irriguus. Sic THEOPHY. ἐπὶ τοῖς ἔθνεσι ἀνέτειλε τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν κεχερσωμένον λαὸν τῶν ἰουδαίων, ὃν οὔτε προφήτης, οὔτε ἱερεύς τις λοιπὸν εἰργάζετο, ἀλλ᾽ ἀνέβη ἐπ᾽ αὐτὸν λοιπὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα ἡ πληκτική, ἐξ ἧς καὶ τὸν κύριον ἄκανθαι στεφάνωσαι

νωσαι, καὶ κρίσει δικαίᾳ παρεδόθησαν τοῖς Ῥωμαίοις· καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ κεχερσώμενα τῷ ὄντι ἀνέτειλε τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ, ἤγουν τὸ ὄνομα τοῦ χριστοῦ εὐαγγέλιον, οὗ γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις· τύχομεν τὸν νόμον οἱ τὸ τέλος αὐτοῦ ἔχοντες, τέλος γὰρ τοῦ νόμου χριστός. id eſt: Super gentes ortum eſt iudicium Dei, & ſuper incultum iam redditum populum Dei, verè certum eſt iudicium Dei, populum Iudæorum, cui neque Propheta, neque Sacerdos reliquum operatur. Sed ſuperuenit in reliquum, vt in terram; ſpina pungens, ex qua & Dominum ſpinæ coronarunt: & iuſto iudicio traditi ſunt Romanis, & poſteà gentibus incultis re vera ortum eſt iudicium Dei. i. nomen Chriſti, quod eſt euangelium. Vbi enim abundauit delictũ, ſuperabundauit gratia. Conſequuti ſumus legem, qui finem ipſius habemus: Finis etenim legis Chriſtus. THEOPHIL. Οἱ κατοικοῦντες τὴν σαμάρειαν, ἤγουν οἱ νῦν λεγόμενοι Ἰσραηλῖται, οἱ τοῖς σαμαρείταις ἐοίκασι· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι ἐδόκουν τὸν νόμον τηρεῖν, οὐκ ἀφίσταντο δὲ ὅμως οὐδὲ τῶν πατρίων οὕτω καὶ οὗτοι τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνωφελοῦς παροικοῦσι, ἀνωφελὲς γὰρ τὸ γράμμα. i. habitantes Samariam. i. nunc dicti Iſraelitæ, qui Samaritis ſunt ſimiles: vt enim illi videbantur legem ſeruare, nec abſiſtebant tamen à patrijs moribus: ſic hi apud domum inutilẽ habitabant: inutile nanque erat littera ſine ſpiritu. Ergo Iudæi Hieroſolymitæ Samaria dicitur, quod ſimiles erant Samaritis.

Vulg. D. HIER. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariȩ, quia luxit ſuper eum populus eius, & æditui eius ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo.

Tranſlat. L X X. Apud vitulum domus iniquitatis morabuntur qui habitant Samariam, quia luxit populus eius ſuper eum, ſicut irritauerunt illum, gaudebunt ſuper gloriam eius, quia tranſlata eſt ab eo.

HIc locus huius capitis maxime facere videtur cum Iudæis, qui hæc referunt ad captiuitatem decem Tribuum quod vaccæ Bethauen eo planè ſpectare videri poſſent, niſi ſtatim ſubieciſſet Propheta, quod ſententiam Iudæorum ſubuerteret, Primum illud ſpecta, neceſſe habuiſſe Iudæos comminiſci fabulam, vt appellat D. HIERONYMVS, qua ſententiam ſuam poſſent tueri. Nec vltra progredi fuerat neceſſe; ſatis enim refutata ſententia eſt, quæ non poteſt ſine incredibilium fictione defendi, vt ait Fabius, Aiunt Hæbræi vitulum aureum ſublatum furto à ſacerdotibus, & datum muneri regi Aſſyriorum, & in loco eius alium æneum deauratum eſſe ſuffectum: & hoc à Propheta hoc loco eſſe præſignificatum, populum Samariæ coluiſſe vitulas aureas, & Sacerdotes illas fuiſſe ſuffuratos, & dediſſe regi Aſſyriorum, vt bello abſtineret, nec eos vaſtaret, & deceptos à Rege Aſſyriorum eſſe. Traditio, inquit HIERONYMVS Hebræorum eſt; ſupra fabulam dixerat. Comminiſcũtur illi quę volunt vt ſuam interpretationem ſtabiliant, nuſquam enim aut in litteris ſacris, aut in hiſtoria Ioſephi, alteriuſuè huius rei mẽtio eſt, nec ſi eſſet huic loco poterat cõgruere. Satis, vt dixi, eſſe deberet, Iudæis commentis fabulis ſua defendere, nec neceſſe erat vltra pergere. Sed age dato vitulo: quomodo populus luxit vitulum datum? poſtquam furtum ſacerdotum reſcitum eſt, inquiunt, & poſtquam rex Aſſyrius fidẽ fregit, Quomodo ergo ſacerdotes exultarunt gaudio? non timuêre ne à lugente populo diſcerperentur? Prius, inquiunt,

quam id reſciſceretur, Propheta poſt luctum populi ſacerdotes exultaſſe ait. Exultaſſe ſacerdotes ait Propheta in gloria eius vituli, quæ migrauit ab ipſo vitulo. Gaudent ſacerdotes, quod gloria abierit ab ipſo vitulo, quē pro numine colebant: gaudent quod vitulus, quem pro numine colunt, ſit diuidendus in fruſta. Sic enim Vatablus, qui Iudæorum ſententiam ſemper refert. Mitto hæc, & ſuperiora Iudæorum commenta, quæ ipſi de ſuo fingunt: & hoc ſolum viro producēti inſolubile argumentum eſſe debet vanitatis Iudaicæ. RVPERTVS cùm iuxta Hebræorum ſententiam hæc & alia eſſet interpretatus, ſubiecit ea omnia Iudæorum eſſe commenta, Iudaica deliria; & Prophetam dicere in calce ſuæ prophetiæ: Quis ſapiens & intelliget hæc, quaſi diceret, hæc non Iudæis perfidis eſſe intelligibilia, ſed prudentibus in Chriſto Domino. Additq; omnem huius vatis prophetiam, ſi quis eam conferat cum rerum euentu, & litteris Euangelicis, Chriſtum & Chriſti tempora ſonare. IRENAEVM hæc eadē non de hoc Propheta ſed de omnibus: ſic enim libr. 4. cap. 66. inquit: legite diligenter Prophetas, & inuenietis vniuerſam actionē & omnem doctrinam, & omnem paſsionem Domini noſtri prædicatam in ipſis, nam eodem ſpectant hæc Irenæi verba. Et eodem pertinet illud vulgatum apud Auguſtinum, & alios patres. Omnis prophetia Chriſto militat. (Ergo vaccas Bethauen.) coluerunt vaccas Bethauen, Idololatras Romanos, ex vno plures per ſynecdochen: ex idololatris Bethauen omnes idololatras. Magis hoc liquet ex trāſlatione Lxx qui verterunt: Apud vitulū domus On. Sic enim eſt Grecè, quod Latinus interpres vertit domus iniquitatis. Sed ſcias Auen, Hebraicè, & on, eiſdem ſcribi litteris, און ſed alijs punctis additis facies auen, אָוֶן alijs facies. אוֹן. on. auen multa ſignificat, Idolum, iniquitatē, mendacium, vt vaccas pro omni idolo accipere poſsis: Et vaccas Bethauen, idololatras Romanos rectè intelligas, vt conciliarent ſibi Romanos negauerunt Chriſtum, Nam vulgatum eſt ex vno omnes ſignificare per Synedochen, & ita ex idololatris Bethauen, omnes idololatras. THEOPHYLACTVS καθαίρεσις εἰδωλικῶν βωμῶν δηλοῦται μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ παρουσίαν ἀπὸ ἑνὸς εἰδώλου ὀνόματι ὤν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα δηλοῦνται. i. deſtructio altarium idolorum dicitur poſt Chriſti crucem ab vno idolo nomine on, cætera ſignificantur. Adde quod domus auen, Roma rectè dicetur domus idolorum, & domus iniquitatis, quæ omnia idola orbis terrarum colebat. Lxx domus on legit domus roboris, & imperij: & penes Romam erat imperium orbis terrarum. Potuit dici apertius? coluerunt Samaritæ, id eſt Hieroſolymitæ domum imperij, domum roboris, domum diuitiarum, domum mendacij; hæc enim omnia ſignificat on: coluerunt, id eſt habitarunt: ex Hebræa, Græcaque lectione. Nā poſtquam Iudæi dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem, Hieroſolyma domus imperij Romani eſt facta. (Luxit ſuper eum populus eius. THEOPHY. ἐπ' αὐτὸν λαὸς αὐτοῦ ἐπένθησαν, ἤγουν οἱ μαθηταὶ καὶ αἱ γυναῖκες, πρὸς ἃς εἶπε· θυγατέρες ἱερουσαλὴμ μὴ κλαίεται ἐπ' ἐμέ, καὶ ἄλλοι ἔτυπτον τὰ στήθη αὐτῶν, id eſt & populi eius lugebant. i. diſcipuli, & mulieres ad quas dixit, filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, & alij percutiebāt pectora ſua. Super Chriſtum luxit populus eius, populus fidelis, Apoſtoli & diſcipuli Domini. (Et æditui eius.) Sacerdotes, & Pontifices templi Domini. (Super eum exultauerunt.) cùm ei ſuffixo cruci inſultabant, & dicebant mouentes capita: Aue rex Iudæorum. THEOPHYLACTVS ὅτε ἦν ἐπὶ σταυροῦ ἰουδαῖοι ἐβλασφήμουν i. quandò erat in cruce, Iudæi blaſphemabant ei: (In gloria eius, quia migrauit ab eo) quia ille, quem vniuerſus mundus ſequebatur, qui tot miraculis erat glorioſus, affixus cruci erat inglorius. quod ſignificant verba illa (quia migrauit ab illo)

ἐπεχάρησαν οἱ ἰουδαῖοι ὅτι ἡ δόξα αὐτοῦ μετῳκίσθη, ἤγουν σταυρούμενος ἠτιμάζετο, id eſt, gaudebant Iudæi quando gloria ab eo migrauit, quando crucifixus inhonorabatur, gloria eius, ſcilicet quod vertit D. HIERONYMVS. (Et æditui eius) verterunt LXX, ſicut irritauerunt illum, vna littera addita vel dempta facit hanc varietatem pro chemarau, legêre chemararau, ſicut vel quoniã irritauerũt illum ſuper eum exultauerunt, vt ſit ſenſus: luxit populus fidelis ſuper Chriſtum, quoniam irritauerunt illum Iudæi, cùm eum cruce affecerunt: exultauerunt, id eſt, quod exultauerunt idem Iudæi dicentes: Salue rex Iudæorum: in gloria eius, quia abijt ab eis. Dicta hæc ſunt eo ſenſu quo dictum eſt. THEOPHYLACTVS ergo vtrunque ſenſum complexus hæc ſic de Chriſto interpretatur: exacerbauerunt, inquit, Iudæi & exultauerunt ignominia eius, quod gloria ab eo abijt, quando cruci ſuffixum illum omni ignominia afficiebant.

Vulg. D. HIERO. Siquidem ipſe in Aſſur delatus eſt munus regi vltori confuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua, tranſire faciet Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.

Tranſlat. LXX. Et ipſum in Aſſyrios ligantes tulerunt munera regi ſuo Iarib, in dono Ephraim ſuſcipiet, confundetur Iſrael in conſilio ſuo, Proiecit Samaria regem ſuum ſicut cremium ſuper faciem aquæ.

DVodecim Prophetas ita veteres patres interpretantur, non vt ſingulos interpretentur verſus, id enim erat nimis longum, ſi irent per ſingula in omnibus Prophetarum ſcriptis, ſed certis quibuſdam locis enodatis per ſingula capita facem quandam legenti prælucent, vt cætera ſic interpretetur. Quos magiſtros Eccleſiæ, ſcilicet facit ridiculos qui Hebræam interpretationem amplectuntur: & vt nihil aliud eſſet, id ſolum lachrymis eſſet proſequendum. Relicta Chriſti ſchola Iudæos ſequemur hoſtes Chriſti? ſcilicet magiſtros Eccleſiæ, quoties loca ſcripturę interpretantur, faciemus ridiculos? quid reliquum eſt niſi vt cauſa illorum ridicula ſit. Tu diiudica vel ex hoc loco, qui explanatur à veteribus de Chriſto ducto vincto à Pilato ad Herodem veluti pro munere & dono: vnde poſt illa facti ſunt amici, vt Euangelicæ litteræ teſtantur. Age Hebræos putas tu hæc de Chriſto fuiſſe interpretaturos: aut ſi ſequaris Iudæorum interpretationem, hanc Sanctorum ſententiam non vides non poſſe cohærere? explodetur ergo tanquam ridicula. Satis ne hoc tibi placet? THEOPHYLACTVS ergo hæc de Herode interpretatur & docet, cur Herodes rex Aſſyrius dicatur. IVSTINVS martyr aduerſus Tryphonem, Pilatus, inquit, vt gratificaretur Herodi, vinctum Ieſum pro munere miſit, vt eſt apud Oſeam: Ipſum ad Aſſyrium vinctum detulere regi munus, Atqui IVSTINVS tantæ authoritatis eſt, vt eum citet IRENAEVS, quem CLEMENS Alexãdrinus, BASILIVS, EVSEBIVS tanquam virum Apoſtolicum citant, TERTVLLIANVS lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 61. Herodi, inquit, à Pilato velùt munus miſſus Dominus dicitur ab Oſee: Et vinctum eum ducent xeniũ regi. CYPRIANVS in expoſitione Symboli Apoſtolorum: Quod alligantes duxerũt eũ ad Herodẽ præſignificauit Oſeas, inquiens: Alligantes duxerunt eũ xenium regi Iarim. Sed eſt totus ille locus Cypriani corruptus, ſed corrigi facile põt, ſubijcit enim: ſed obijciet aliquis ꝙ Pilatus rex

non erat: vbi legi debet, quod Herodes rex non erat: ſequitur enim. Audi ergo quod Euangeliũ referat: Audiens Pilatus eum eſſe de Galilæa, miſit eum tum ad Herodem, qui erat tunc rex in Iſrael, Et Iarim appellatum, ait CYPRIANVS, quod Iarim vox Hebræa Sylueſtrem Latinè ſonat: quod Herodes quamuis à Romanis ſit præfectus rex Iſrael, non erat de gente Iſraelitica, ſed alienigena: & xenium ait eſſe munus amicitiæ cauſa datum, quod vulgatum eſt, & illo xenio, id eſt, dono amicitiæ reconciliatum Herodem Pilato fuiſſe. Hæc ſuperioribus, ſi Eccleſiaſticam interpretationem ſequaris, congruunt mirabiliter. Confer cum Hebræa interpretatione, non cohærent, Qui ergo Hebræos ſequi volet, noſtros reijciat neceſſe eſt, & cum Iudæis veteres rideat & ridiculos faciat. Ergo ſiquidem ipſe in Aſſur delatus eſt, ad regem Iſrael Herodem, qui Aſſur dicitur, quod præfectus erat Galilææ rex, quæ pars erat Syriæ, Syria Hebraicè dicitur Aſſur, delatus eſt in Aſſur, in domũ in regis Aſſur, Hebraicè eſt caſu dandi delatus eſt Aſſyrio regi, Græcè εἰς ἀσσυρίου ſic enim legit IVSTINVS in domum Aſſyrij, forma dicendi Græca; munus vel xenium, id eſt, munus amicitiæ regi Aſſyrio Herodi: Iarim, Sylueſ. vt interpretatur CYPRIANVS, vel vltori iudici, cuius munus eſt vlciſci & punire flagitia; legit enim, vt nunc legitur Hebraicè. Iareb. Apud Lxx Iarim, vt legit CYPRIANVS, ſæpè enim in ſacris litteris eſt duplex lectio mutatione vnius litterulæ aut duarum, & verbum Hebræum poteſt eſſe nomẽ appellatiuum, & ſic ſonat vltorem, & vindicem qualis erat imperator populi Romani, qui vnus erat. Rex vltor & vindex. Nam Herodes conſtitutus erat Rex à populo Romano, & pro populo Romano regnabat, vicarius populi Romani, ſcilicet poteſt eſſe verbum futuri, iudicabit, à rub. iudicare, vt ſit ſenſus, & ipſe iudicabit, ipſe Herodes iudicabit Dominũ, & contemnet illum cum ſuo exercitu.

Huic ſententiæ Sanctorum congruunt ſequentia mirabiliter. (Cõfuſio Ephraim capiet) confundetur populus Iudæorum, cùm poſtea terræmotus factus eſt, & ſol obſcuratus, & ſciſſum veli templum, & lapides inuicem concuſſi: adeo vt dicerent dum ad ſe redirent tundentes pectora: vere filius Dei erat hic. Sed pro hoc Lxx reddidêre in domo Ephraim capiet, cũ Græcè dixerint Lxx ἐν δόματι Ἐφραὶμ δέξεται, id eſt, in domo Ephraim recipiet, nã δόμος, domus eſt: δόμα cum donum: recipiet Herodes ipſum Dominum, ſcilicet in dono & in munere populi Iudaici, vt non ſolum Pilatus gratiam inierit ab Herode, & facti ſint ex illo die amici; verum & populus Iudæorum qui Chriſtum Dominum ad Herodem tulerit, veluti quodam magno munere ipſum Herodem deuinxerit: Non erat enim Herodes rex Hieroſolymorum, & ita hic honos eſt ei habitus, vt cùm Chriſtus Dominus Galilæus eſſe diceretur, deferretur ad Herodem, qui Galilææ rex erat: & hoc pro munere accepit, vt ſi Gallorum rex apud nos eſſet, & reus aliquis eſſet Gallus, & ad Gallorum regem eſſet delatus ab Hiſpanis, idque iuſſu Philippi regis, vtriſq; haberet gratiam: Nec in Hieroſolymitas tantum erat ius Pilato, quantum in nos noſtro Regi, vt merito habita gratia ſit populo Iudaico. Sed Hebraicè hoc non eſt: ita eſt, mutatione duarum litterarum, apparet legiſſe Lxx baſna. confuſio. Maiana donum: nam vocales pro ratione ſententiæ addi ſolent, vt nos docet D. HIERONYMVS. Scio eſſe aliam lectionem Lxx. Et ipſum ad domum Aſſyrij ligantes tulerunt xenium regi Iarim in dono, Ephraim accipiet confuſionem: eadem ſententia. (Cõfundetur Iſrael in voluntate ſua) Lxx confundetur Iſrael in conſilio ſuo.) Cùm videre ſigna quæ fiebant, & reſurrexiſſe Dominum, idque cuſtodes teſtari, confundetur in conſilio ſuo, quod cæpit aduerſum Chriſtum, nam & Græcè & Hebraicè eſt propter conſiliũ ſuum.

ſuũ. (Tranſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.) Samaria, (inquit RVPERTVS) Hieruſalem eſt hoc loco, quæ impleuit peccatum Samariæ. Vt enim Samaria diſceſſit à regno Iuda, ſic Hieruſalem diſceſſit à Christo, & eum negauit, & regem ſuum Cæſarem eſſe dixit. Hæ formæ loquendi apud oratores & poetas Græcos & Latinos ſunt receptiſsimæ, nequis hæc rideat ob imperitiam litterarum humanarum. Pro ſpuma reddidere Lxx φρύγανον quod interpres Latinus cremium vertit, eſt autem φρύγανον palearum minutiſsimum, quod acus Latine dicitur, cum meſſes ſubiactātur vallis, aut ventilabris, cũ vẽtilantur meſſes inquã, id quod leuiſſimũ eſt, & raptat vẽtus id eſt φρύγανον. Verbũ Hebrę̃ũ Spumã ſignificat, & videtur etiam ſignificare id quod eſt acus Græcè φρύγανον: ſiquidem. קצף. decorticare etiam eſſe aiunt Rabini, & gluma thecæ grani eſt in ſpica, & ex culmi theca tribulis comminuta fiunt φρύγανα leuiſsimæ paleæ quas ventus raptat. Senſus eſt ergo: fecit Samaria, id eſt, Hieruſalem, vt in ea nec eſſet rex, nec ſacerdos, & ita euaneſceret vt ſpuma ſuper faciem aquæ, & vt acus & paleæ minutiſſimæ quæ raptantur vento, quæ euaneſcunt. THEOPHILACTVS hæc de Chriſto interpretatur, abiecêre ab ſe Chriſtum regem, tanquam ſpumam quæ fertur ſuper aquam, tanquam rem contemptibilem, & tanquam areæ purgamenta contemptiſs. pro nihilo illum putantes pro ſpuma quæ fertur ſuper aquam, pro leui ſtipula quæ raptatur vẽto: & Samaritas interpretatur impios Iudæos, qua ratione dictum eſt.

Vulg. D. HIERONYM. Et diſpergentur excelſa Idoli peccatum Iſrael, lappa & tribulus aſcendit ſuper aras eorum.

Tranſlat. L X X. Et auferentur altaria iniquitatis, peccata Iſrael, & ſpinæ & tribuli aſcendent ſuper altaria eorum.

SIgnum fuiſſe aduentus Chriſti idolorum caſus diximus in Eſaiam pluribus, idq́; non ſemel THEOPHILACTVS vaticinatur caſura idola id quod poſt Chriſti aduentũ eſt factum, & ex vno idolo cui nomẽ erat. on, id eſt robur & fortitudo, vel. auen, id eſt, iniquitas, peruerſitas, & mendacium, omnia idola ſignificat. RVPERTVS cuncta hæc, & cætera ſuperiora ad Chriſtũ ait eſſe referenda, & deſcribi hic vaſtitatem illam, quæ poſt Chriſti crucem Iudæę vniuerſæ à Romanis eſt importata. Et HIERONYMVS hanc tantam vaſtitatem, qua omnia ſpinis & tribulis erant obducenda, ad vaſtitatem referenda eſſe ait, quæ à Romanis Iudæis eſt importata: nec quiſquam hoc poteſt inficiari. Nec enim poſt ductas captiuas decem tribus ceſſauit idololatria inter decem tribus. Et prophetia eſſet falſa, nec enim verum eſſet diſperſa fuiſſe idola in Iſrael, in decem inquam tribubus, quæ refloruêre ex reſiduis captiuitatis, nec in regno Iuda. Diſces hoc ex hiſtorijs, & potiſsimum ex Machabæorum libris, quibus teſtatum eſt, plæroſque ex Iudæis inſtigaſſe Antiochum, vt legem Iudæorum deleret, efficeretque vt omnes Iudæi cum gentibus eodem iure viuerent, & eoſdem Deos colerent. Idemq́ue teſtatur Ioſephus Iudæus, hique impij Iudæi maximè perſequebantur pios, & maximas in eos ędebant cædes, vt cogerent Dei legem abiurare, & ad cultum Idolorum tranſire. Poſt crucem ergo Domini hæc omnia facta ſunt, diſperſa ſunt excelſa idoli, diſperſa ſunt idola, & contrita quę colebantur in montibus excelſis. (Peccatũ Iſrael) quæ fecêre peccare Iſrael. Lappa & tribulis aſcẽdet ſuper

aras eorum.) Idolorum templa magnificentiſsima ſolo æquabuntur,& in vaſtitatem redigentur, ita vt ſpinis & tribulis contegantur.

Vulg. D. HIERO. Et dicent montibus operite nos,& collibus cadite ſuper nos.

Tranſlat. L X X. Et dicent montibus operite nos, & collibus cadite ſuper nos.

DIVVS HIERONYMVS hæc huius capitis verba Dominũ ait interpretatũ apud Lucam de ſua paſſione & de vltima Iudææ vaſtitate poſt ſuam crucem. THOPHY. cum alio retuliſſet hunc locum, ſubiunxit ταῦτα δὲ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἶπε, καὶ περὶ τῶν δὲ αὐτῶν καλυψομένων τοὺς ἰουδαίους τῶν κακῶν. i. hæc Dominus in Euangelio dixit de his ipſis malis quæ Iudæos oppreſsêre; Eodem refert RVPERTVS locum hunc Euangelicum iuxta canonem ſcripturæ interpretandæ, quo vtitur Auguſtinus & alij patres. Hic locus ſat erat, vt confeſſa res eſſet, totum hoc caput ad Chriſti tempora referri, quod hic locus à Domino Lucæ. 23. refertur ad vaſtitatem Iudææ poſt eius crucem inuectam à Romanis. Quoties enim locus aliquis ab Apoſtolo aut ab Euangeliſta, aut ab ipſo Domino explanatur, antecedentia & ſequentia eodem ſint referenda, ſi congruant, & congruunt multo, multoque magis quàm Hebræa interpretatio. Igitur ad paſsionem Chriſti ſunt referẽda. Et certè verba hæc ad captiuitatem Babylonicam referri non poſſunt, in qua ducti captiui ſunt Hieroſolymitæ. Etſi legas Poetas & Hiſtoricos, humili obſtẽtatione petunt victi hoſtes vitam, & vt captiui ducantur, etſi id fiat beneficium maximum ſibi putant dari, & fœminæ non occidebantur. Cur igitur ſiue referas ad captiuitatem Babylonicam, ſiue ad captiuitatem decem tribuum vota facerent fœminæ, vt montes caderent ſuper ipſas? Refer contra ad tempora Romana, quibus tanta calamitas in Iudæos incidit, vt ait IOSEPH. & vt præſignificatum erat à Prophetis, quanta poſt homines natos nullo vnquam tempore fuiſſe legitur. Cum obſeſſi à Romanis Hieroſolymitæ eo tempore cum Hieroſolyma confluxerat omnis multitudo Iudæorum ad celebrandum Azymorum Paſcha, cum defecti erant omni commeatu, & peribant dira fame intra muros, & ſeditionibus Tyrãnorum, à quibus ſpoliabantur intra domos & per vias, & miſeris modis cruciabantur, & foris perturbabantur Romanorum armis, nec per Tyrannos licebat cuiquam ſe dedere Romanis, & relinquere vrbem: nec liberari fame & peſte, nec per Tyrannorum ſeditiones, qui multi erant licebat intra vrbem à malis conquieſcere, & viui ſubibant tumulos, & inde extrahebantur ad cruciatus: tunc verè licebat dicere montibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos: quando nec viuere, nec mori licet, ſed cruciari miſeris modis, & in perpetuis cruciatibus vitam tranſigere. Sed quid refert, Iudæi aliter interpretantur: quaſi vero Iudæi de Chriſto eſſent interpretaturi: & ſpiritaliter de Chriſto, aiunt, hæc dicta ſunt. Alibi dixerat HIERONYMVS, idque non ſemel, quantum Eccleſiæ detrimentum importet, quæ litteraliter de Chriſto ſint dicta, interpretetur quis ſpiritaliter, & allegoricè. Sed ferendum hoc eſſet, ſi vnus eſſet locus Euangelicus qui non congruat ſenſui Prophetæ. At ſi interpretere iuxta veterum patrum interpretationem, quæ eruitur ex locis quos ex hoc capite, & alijs interpretantur, & ipſos inter ſe congruere videas, & cum Apoſtolicis & Euangelicis mirabiliter conſentire. Argumentum eſt inſolubile veritatis, cum omnia congruunt inter ſe nihil repugnat. Congruunt litteræ Hebrææ, Græcæ, & Latinæ cum interpretatione

tatione Sanctorum, omnes veteres Græci & Latini, qui locos huius Prophetæ interpretantur inter ſe conſentiunt, & cum Apoſtolicis & Euangelicis quæ ex hoc Propheta citant teſtimonia, Hebrææ interpretationi repugnant ferè omnia, & tamen creditur à quibuſdam. En DOMINVS hanc prophetiam Oſee citat capit. 23. Lucæ, iuxta Lxx, & interpretatur de extrema vaſtitate Iudææ poſt Crucem, quid amplius vis? tum intereſt, quod ſunt duæ orationes in Propheta, eas Lucas citat præpoſtere, priorem poſterius, & poſteriorem prius: citat tamen iuxta Lxx eiſdem verbis græcè. Quid expetat amplius vir Chriſtianus, cum videat Dominū de ſe hæc interpretantem, quē alium quærit interpretem?

Vulg. D. HIERO. Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, ibi ſteterunt, non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis, iuxta deſiderium meum corripiam eos, congregabuntur ſuper eos populi, cùm corripientur propter duas iniquitates ſuas.

Tranſlat. LXX. Ex quo colles peccauit Iſrael, ibi ſtetit, non comprehendat eos in colle bellum, ſuper filios iniquitatis venit vt corriperet eos, congregabuntur populi ſuper illos: cum correpti fuerint ipſi in duabus iniquitatibus ſuis.

QVoties Propheta citat aliquam veteris teſtamenti hiſtoriam citat tanquam typum prophetiæ de qua agitur: leges. 1. Regu. capit. 8. Iudæos petijſſe à Samuele, vt conſtitueret eis regem, qui iudicaret eos ſicut vniuerſæ habent nationes: Samuelemque hoc ad Dominum detuliſſe, reſpondiſſeque Dominum audi vocem populi, non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos, iuxta omnia opera ſua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de AEgypto, ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt dijs alienis: & infra capite decimo de eiſdem: vos autem hodie proieciſtis Deum veſtrum, qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis; & dixiſtis: nequaquam, ſed regem conſtitue ſuper nos. Et creatus eſt illis rex Saul ex Gabaa, vt eodem capite decimo dicitur, & capite vndecimo. Ergo hanc hiſtoriam citare videtur Propheta tanquam typum rei de qua agitur: cum dixerunt: nolumus hunc regnare ſuper nos, & non habemus regem niſi Cæſarem. In diebus igitur Gabaa peccauit Iſrael cum abiecit Deum, qui illorum rex erat, & petiēre Saulem regem ſibi dari. Quæ res typus fuit huius rei: quid enim intereſt dicere: Nolumus hunc regnare ſuper nos, an, Non habemus regem niſi Cæſarem. Et dicente Samuele: Vos hodie proieciſtis Deum veſtrum qui ſolus, &c. Reſpondēre. Nequaquam, ſed regem conſtitue ſuper nos, vbi planè negant Deum ſe habere velle regem, & alium regem petunt. Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael.) In typo peccauit hoc peccatum, cum in figura præſignificauit ſe hoc facturum. Nam vt AVGVSTINVS docet, omnis vita populi Iudaici, omnia facta typus ferè Chriſti, & myſteriorum Chriſti erant. (Ibi ſteterunt.) Ibi in typo illo fuerunt Iudæi Chriſtum negantes, ibi ſignificati ſunt impij Iudæi qui Chriſtum affecere cruce. (Non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis) variè hic locus diſtinctus eſt à D. HIERONYMO, & à Lxx. HIERON. ita diſtinxit, vt dixi, vt eſſet ſenſus. Non luituros Iudæos eius facti pœnas, quod infra eodem lib. 1. ca. 12.

dixit Propheta, cum dedit Dominus voces & pluuias, & timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem: Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem: ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuom, vt non moriamur. Addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis Regem. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere. Idem ait hoc loco Dominus, nó luituros fuiſſe Iudæos hoc malũ quod petiere regem Saulem & repudiauere Deum; Luituros quod illo facto eſt præſignificatum: luituros quod Chriſtum Deum verum & hominẽ verum repudiauere: & dixere; Non habemus regem niſi Cæſarem. Non comprehendet eos Iudæos prælium, quo puniantur à Domino in Gabaa, pro Saule rege electo in Gabaa, ſed comprehendet eos vaſtitas Iudææ pro filijs iniquitatis, qui Chriſtum Deum repudiauere, & petiere ſibi Cæſarem regem. Lxx ſic hoc diſtinxêre iuxta codices caſtigatiores: Ex quo collis peccauit Iſrael. Nam Gabaa nomẽ proprium patriæ Saulis, reddidêre Grecè collis, Gabaa enim ſonat latinè collis, fortaſſe, vt alluderent ad præſentem prophetiam: dicent collibus; Cadite ſuper nos: quaſi innuerẽt ſatius ſibi futurum vt Gabaa. i. collis, quod ſita eſſet in colle, caderet ſuper ipſos, quam vt poſtea tantum tanque immane nefas admitterent. Ex quo ergo collis. i. Gabaa factum illud fecit, quo repudiauit Deum regem, peccauit Iſrael. Significatum eſt hoc peccato peccaturum Iſrael illud immane peccatum crucis Domini. (Ibi ſteterunt) ibi in eo typo, & in ea figura ſteterunt, ſignificati ſunt hi, Poſtea ſic ſequentia diſtinguunt: (Non comprehẽdet eos in colle.) Non caſtigauit Deus in illo colle in Gabaa, nec operuit illos collis ille. Bellum in filios iniquitatis venit.) Luent tamen filij iniquitátis eorum qui imitabuntur parentes in negando Chriſtum, in illos veni... bellum & vaſtitas, quod factũ eſt. L... de (caſtigaui ipſos ſecundum deſi... ...u meum) hoc eodẽ modo D. HIERONY. iuxta deſiderium meum corripiam eos,) vt corripiam eos, vt iam olim deſiderabam quod petebant à Domino frequẽter, vt ſe relinqueret liberos, vt cæteras gentes, negabat Dominus ſe facturum tamen aliquando cùm compleſſet ſuum inſtitutum, miſſo nunc Chriſto & completa œconomia redemptionis congregabuntur ſuper eos populi. Hoc etiã magis ad Romanos ſpectat, ſub quorum ſignis etiam nationes omnes militabant, quę cõgregatę ſunt aduerſus Iudęos. (Cũ corripientur,) cum punientur propter duas iniquitates ſuas, quod cruci ſuffixere Dominum, & poſtea cùm comperêre reſurrexiſſe, iuxta prædictiones Prophetarum, corrupêre cuſtodes vt id ſeruarẽt tacitũ, & dicerẽt Domini diſcipulos corpus Domini fuiſſe ſuffuratos. THEOPHYLAC. de peccato idololatriæ hæc interpretatur: vt Iſraelitæ puniti ſint à Deo propter Idololatriam: & de paſſione Domini, in qua Iudæi propter idololatriam ſunt occęcati. Idololatria nanque, cui ſemper deditifuere, fuit cauſa cur in aduẽtu Domini permiſsi ſint à Domino occæcari. Ait ergo THEOPH. Καὶ ὅτι τὸν κύριον ἀπέκτειναν· ἀφ᾽ οὗ γὰρ τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος ἐνόσησαν, οὐκ ἠνείχοντο δοξάζεσθαι τὸν κύριον. ὄντες οὖν ἐν τούτῳ τῷ πάθει, ᾠήθησαν ὅτι εἰ τοῦτον ἀποκτενοῦσι, οὐ καταλήψεται αὐτοὺς πόλεμος, οὐκ ἐλεύσονται ἐπὶ αὐτοὺς οἱ ῥωμαῖοι· ἀλλὰ ἦλθεν ἐπ᾽ αὐτοὺς πόλεμος, ὅτι δύο κακίας ἐποίησαν σταυρώσαντες τὸν κύριον, καὶ συκοφαντήσαντες τὴν ἀνάστασιν. i. Et quoniam Dominum occiderunt: ex quo enim vitium auaritiæ eos inuaſit, non patiebantur glorificari Dominum. Quũ ergo hoc calerent morbo, putarunt, etiã ſi Dominum occiderent, non comprehẽderet eos bellum, nec venturi eſſent aduerſus eos Romani: ſed venit aduerſus ipſos bellũ, propter flagitia duo: quod cruce affecêre Dominũ, & quod corrupere cuſtodes, vt negarent reſurrectionem. Ergo iuxta Theophylacti ſententiam, nó comprehendet eos bellum: cogitationes

Iudæorum ſignificat:poſtea ſubiungitur, quid ſit factus Deus, propter eorum duo flagitia.

Vulg. D. HIER. Vitula docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulchritudinẽ colli eius. Aſcendam ſuper Ephraim,arabit Iudas,confringet ſibi ſulcos Iacob.

Tranſ. Lxx. Ephraim vitula docta diligere victoriam, ego autem veniam ſuper pulchritudinem colli eius,ſuperponar Ephraim,reticebo Iudam, robur addat ipſi Iacob.

EPhraim vitula docta.) Hæc verba idem ſignificare videntur, quod illa apud Eſaiam:Ego poſui te quaſi plauſtrũ triturans nouum, &c. quæ ſancti patres, vt dixi in Cõmentarijs in Eſaiam,ad prædicationem Euangelicam referunt, qua Apoſtoli excoluerunt omnium mentes aratione cœleſti & ſpiritali,vt ſemen diuini verbi exciperent,& doctrinam Euãgelicam.Nam verbis Oſee eadem eſſe videntur cum verbis Eſaiæ: ſic hæc CYRILLVS intellexiſſe videtur Glaphyrorum .7. de Iſachar:Admirans, inquit, hęc tribus cœleſtia bona, & ſempiternã fœlicitatem, ex doctrina Chriſti intellige,quam nec mens cuiuſquam concipere poteſt,nec lingua exprimere: poſt illa erit laborioſa videns terram pinguẽ eſſe, ſubijciet humeros labori.Metaphora ducta eſt,inquit,ab optimis agricolis,qui nacti pingues agros non parcunt operæ in paſtinando,arando.Et Oſee teſtem horũ citat.Ephraim ergo vitula docta diligere trituram:docebitur à Domino Ephraim triturare aream Domini,& comminuere dura corda hominum ad recipiendum ſemen verbi Dei.Vel vt Lxx diligere victoriam, ſic enim codices caſtigatiores vbi νῖκος,nõ νεῖκος legitur,& ſic legit THEOPHYL.Grecè,Latinè victoriam,AMBROSI.& THEOPHY. & Lxx faciunt paraphraſim:trituram interpretantur victoriam, quod duodecim Apoſtoli ferèè decem tribubus electi à domino vicêre omnem orbem:& Chriſto ſubiugauêre. Dicunt ergo Lxx triturauêre, id eſt,vicêre,fecere vt colla Chriſto ſubijcerẽt.Spe ergo pręmiorũ cœleſtium dilexit Ephraim, id eſt, dilexêre decem tribus, Apoſtoli collecti ex decem tribubus,trituram,triturare vniuerſum orbem, & pati tot labores. Et ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius.) Spiritus ſanctus veniet ſuper collum pulchrum Apoſtolorum, vt Chriſti iugo colla ſubijciant, vnde vulgatus eſt canon, partem poni pro toto,vnde ait AMBRO.interim Iuda populum laudari,quod pro parte fideli populi Iuda ponitur totum, interim vituperari quod pro parte infideli ponitur etiam totum:& ita nũc Ephraim pro Apoſtolis poni videtur. Sic intellexiſſe etiam videtur AMBRO.de Patriarcha Ioſeph capit.7. vbi cùm de ſempiterna quiete & ſpiritali lege meminiſſet, addidit:quã ſpiritalem legem,intellige Ephrẽ illa tribus patrum Deo fructuoſa cuſtodit.Poſtea vacca illa abundans ſpiritalis lactis & gratię,ſuper cuius decorem ceruicis Deus ſedere ſe dicit,vt ſcriptum eſt: Ephrem vacca docta diligere victoriam, Ego enim tranſiui ſuper decorem ceruicis eius.Aſcendam ſuper Ephraim.(Lxx Superponar Ephraim)Sic enim legendũ arbitror ex codicibus Gręcis caſtigatioribus:& ex Theophylacto leges ἐπιβιβῶ ἐφραίμ:conſcẽdam ſuper Ephraim. Ideo enim Angeli & Apoſtoli equi Dei dicuntur:quod illorum mentes conſcendit,& in illis loquitur, vt docent ſancti patres. (Arabit Iudas) talem nactus ſeſſorem: hoc eſt, Spiritum ſanctum ſeſſorem nactus Iudas, Apoſtolorum & Diſcipulorum Domini chorus arabit aratro cœleſti vniuerſum orbem. Confringet ſulcos Iacob.)ducitur hæc omnis metapho

ra ab agricultura, vbi alius arat, alius occat, id eſt, glebas comminuit, alius aliud munus obit. Iacob ergo occabit, cõminuet pectora dura quorundam, qui quanuis crediderant, adhuc in peccatis obdurauerant. Alij ergo alia munera obibunt in hac ſpiritali agricultura. Aliter hæc poſteriora vertere Lxx, nam quod verbum Hebræum duo ſignificat, arare, & tacere: pro arabit, reddidêre, reticebo, id eſt, faciam reticere, forma dicendi Græca, & Hebræa: faciam tacere Iudam, vaſtabo Iudæos infideles, & pro, Confringet ſibi ſulcos Iacob: edidêre, Irroborabitur ipſi Iacob: Hebręã lectionem ſic etiam vertere potes: Vaſtabit ipſum Iacob. THEPHY. Iacob, id eſt, Chriſtus: propter ſimplicitatem & innocentiam, quod non eſt inuentus in ore eius dolus, & quod de ſemine eius deſcendit Chriſtus: vnde Iſrael & Iacob pro Chriſto in ſcriptura ſæpè ponuntur. Ergo Iacob, id eſt, Chriſtus irroborabitur, præualebit ipſi aduerſum ipſum Iudæorũ populus. Vel vt Hebraicè eſt; vaſtabit ipſum Iudæorum populum: Itaque tranſlationem Lxx ſic vertes: Irroborabitur ipſi Iacob: & ſic authore THEOPHY. interpretabere: Irroborabitur aduerſum ipſum Iudæorum populum Chriſtus poſt crucem. Sic enim ait apud Eſaiam: Per me hæc facta ſunt vobis. THEOPHYL. Ταπεινώσω, φησί, τοὺς τραχήλους τῶν βασιλέων, φαρισαίων, καὶ τῶν ἱερῶν, οἱ τραχηλιοῦνται ὑψηλότεροι: ἀλλὰ ἐταπείνωσεν αὐτοὺς ὁ ὑπ᾽ αὐτῶν σταυρωθείς. i. humiliabo, inquit, colla & ceruices regum Phariſæorum ſacerdotum qui elata ceuice ambulant cœteris elatiores, ſed humiliauit ipſos crucifixus ab ipſis.

Vul. D. HIER. Seminate vobis in iuſtitia, metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale.

Tranſlatio. LXX. Seminate vobis in iuſtitia, vindemiate fructum vitæ, illuminate vobis lumen ſcientiæ.

AD alia refert THEPHY. hæc, & ad Chriſtum Dominum poſtea: ſeminate, inquiens, vobis in iuſtitia ad veram iuſtitiam qui Chriſtus eſt, quod Chriſtus factus ſit nobis iuſtitia, ſeminate in auditorum cordibus quæ ferant ad Chriſtum. (Et vindeminate fructum vitæ.) vindemiate illum Chriſtum Dominum, qui dixit: Ego ſum vita (illuminate vobis lumen ſcientiæ) cognitionis Chriſti, ſcilicet. Quærite Dominum, donec veniat vobis fruges iuſtitiæ: quærite Dominum, ipſe dabit vobis frũctus iuſtitiæ: nõ enim, inquit, per legem iuſtificabantur Iudæi, ſed per gratiam Chriſti nos iuſtificamur. Dixerat prius THEOP. Multis modis Deus omnipotens nos ad pietatem vocat malos minis impendentium malorum terret, quod factum eſt vſque adhuc: vocat quoque bonos ad virtutẽ & pietatem propoſita præmiorum ſpe. PROCOPI. regni cœleſtis & ſempiternæ beatitudinis ſpe propoſita omnia ſuffert vir ſanctus, agricolans ſibi ſempiternam hæreditatem, iuxta illud Oſee: ſeminate vobis in iuſtitiam, vindemiate in fructum vitæ, illuminate vobis lumen ſciẽtiæ, quærite Dominũ donec veniant fruges iuſtitiæ vobis. AMBRO. in Pſal. 118. ſermone. 1. in principio, duplicẽ rationẽ eſſe ait vitæ bonæ inſtituendæ: primũ enim oportere ait ſanctos mores colere, deinde cognitionem ſcientiæ ſibi cõparare: vtrũque adſtipulatur alteri quia in maleuolam animam non intrabit ſapientia: ſeminate, inquit ſcriptura, vobis ad iuſtitiam, vindemiate fructum vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis. Non prius illuminate, inquit, ſed ſeminate, nec ſolum ſeminate prius ad iuſtitiam, ſed vindemite fructum vitæ, & ſic illuminate lumine cognitionis, vt perfectio non ſolũ cõſitis, ſed etiã receptis fructib9 approbetur. Idẽ AMBRO. ſermone, 81. finẽ agricolationis terrenæ, & diuitiarũ hãc ſpiritalẽ agricolationem eſſe ait, vt ſeminemus nobis

quæ

quę in cœlis metamus,& de hac agrico-
latione & ſtercoratione lege breue &
pulcherrimum caput primum eiuſdem
A M B R O.de pœnitentia.Eodem refert
O R I G E.lib.1.in Iob,ſeminate , inquit,
vobis ad iuſtitiam, vt metatis fructū vitę
æternæ,ſcilicet,in reſurrectione recipie-
tis,inquit,inęſtimabilē beatitudinē in die
viſitationis.Et idē O R I G.in finem cap.
12. Matth. ſeminate inquit vobis fructū
ad iuſtitiā,vt prius bona opera faciatis,&
poſtquā emendaueritis mores, illumina
te vobis lumen ſcientię:ordo viæ hic eſt,
vt prius emendemus mores,& ſic eamus
ad ſciētiam,vt illuminemur,nempe quod
in maleuolam animam,&c.Idem ait C Y
R I L L V S. in Leuiticum lib. 6. verbis
eiſdē.O R I G.rurſus lib. 6.cōtra Celſū:
hoc lumen ſcientiæ quo iubemur illu-
minari,verbum patris eſt,quę eſt lux ve-
ra,quæ illuminat omnem hominem ve
nientem in hunc mundum. Et tomo.4.
in Ioannem:Illuminate,inquit, vobis lu
men ſcientiæ, veluti exiſtente alia luce:
præterea mandate dicit,illuminate vobis
lumen ſcientię, alioqui fruſtra additum
eſſet ſcientiæ.G R E G O. Nazianzenus
de moderatione in diſputatione ſeruan-
da:nec in malignam animam ſapientia
introibit,atque adeo ad iuſtitiam ſerere,
& vitæ fructum vindemię inſtar collige
re,vt ſcientiæ lumine colluſtremur . Idē
ait idem G R E G O.in oratione in ſan-
ctum baptiſma verbis eiſdem , quæ om-
nia ſum tot verbis perſequutus,vt appa-
reat quam varijs modis ſanctorum inter
pretationem,quam I R E N AE V S Ec-
cleſiæ Theſaurum nominat ſubuertant,
qui Hebræorum interpretationem mor-
dicus tenent.Nam primum , quod cen-
ties dixi,ſi Hebraica interpretatio eſt va
litura,ſancti patres omnes inaniter tunde
re dicentur:nam hic hunc locum duodē
cim prophetarum interpretatur, ille illū,
alius alium , & inter ſe omnes conſen-
tiunt:ab Iudęorum interpretatione to
to cœlo deſsident noſtri, ſiquidem Chri
ſtum in ſcriptura vidēt,& interpretātur,
Iudæi nec vident nec interpretantur.
Ecce nunc aliud ſe offert , ſi valet He-
bræorum ſententia , authores omnes,
quos hoc loco citaui,qui hunc Oſee lo-
cum interpretantur contemnentur &
erunt ludibrio:quid ais Ambroſi ? quid
tu Gregori cognomento Theologe? &
tu Cyrilli Eccleſię Catholicæ olim glo-
ria & ſplendor nominate ? cœterique
quantis in tenebris verſamini. Nihil ho
rum quæ dicitis eſt Hebraicè, non pudet
vos Eccleſiæ lumina ſplendidiſsima ver
ba ventis irrita dare?Non eſt Hebraicè:
vindemiate vobis fructum iuſtitiæ,ſed vt
H I E R O.reddit, Metite in ore miſeri-
cordiæ ; quid putas ſi his applaudamus,
hos ſuis ſodalibus ad aurem inſuſurratu
ros? quā petulanter putas eos Eccleſiaſti
cos omnes eſſe riſuros. Oſtendimus er-
go teſtimonio etiam ipſorum Iudæorū
duplicem in pleriſque locis ſcripturæ eſ
ſe lectionē Hebraicè , vtrāque ſanctam,
quod enim D. H I E R O. vertit,Metite,
Hebraicè eſt, quis ru,id eſt metite, ſed ſi
priorem litteram in B.mutes,& pro,quis
ru,legas biſru,vindemiate erit, vt legêrē
Lxx.Maior mutatio eſt in eo quod ſequi
tur , pro in ore miſericordiæ,legêre Lxx
fructū vitæ:ꝙ pro,le pi: legere, peri, fru-
ctū, & pro,חסד, חיי,vitę dura,inquiét eſt
hæc tanta mutatio:quid ſi in his quæ duo
bus locis ſcripta ſunt Hebraicè verbis
eiſdem multo oſtendi duriora,ſeruata tā
men ſententia ſancta , vt neceſſe habeas
vtrunque fateri ſanctum & ſacrum , vt
re ipſa eſt. Sed dices nuſquam video il-
lud : Illuminate vobis lumen ſcientiæ,
Nam pro hoc D.H I E R O. reddidit:in
nouate vobis nouale,ita eſt,ſed pro,niru,
voce Hebręa, innouate, legêre Lxx hie-
ru,illuminate, & pro vir,nouale , legêre
or,lumen,& ſic vertêre pro veet, & tem-
pus,legêre deet,ſcientiæ : illuminate vo-
bis lumen ſcientiæ , vulgata ergo ſic ex-
planabitur(ſeminate vobis in iuſtitia) fa-
cite fructus bonos, vt iuſtificemini in
Chriſti aduentu,ſcilicet,vt illuminet cor
da veſtra Deus , ne vos occœcet veſtra
impietas

impietas.(Et metite in ore miſericordiæ) poſſet verti lectio Hebræa:Metite ex ore meo miſericordiam,ex Chriſto, qui os patris dicitur,(innouate vobis nouale), animas veſtras innouate,eradicatis vitiorum ſpinis aratro cœleſti Apoſtolorum proſciſsi.

Vulg.D.HIERO. Tempus requirendi Dominum quum venerit, qui docebit vos iuſtitiam,araſtis impietatẽ,iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis fructum mendacij.

Tranſla. LXX. Quærite Dominum donec veniant vobis fruges iuſtitiæ, quid tacuiſtis impietatem, & iniquitates eius vindemiaſtis, comediſtis fructum mendacem.

DIxi hunc locum aliter diſtingui,& verti à Lxx viris, quam à D.HIERO.qui pro, עת, & tempus: legiſſe videntur mutatione vnius literæ דעת,cognitionis:itaque illud דעת cognitionis,tribuunt ſuperiori ſententiæ, & nouo initio dicunt:Quærite Dominum:verbum enim Hebræum & imperantis eſſe poteſt,& temporis infiniti,quod pro gerundio apud Hebræos valet:ita D.HIERO. vertit:quærendi,Lxx quærite: & vocula Hebræa עד,ſonat cum,vt vertit D.HIERONY.& quoad,vt reddidêre Lxx:& verbum Hebræum יורה qui doceat,ſignificat & pluuia:D.HIERO. vertit, qui doceat,Lxx reddidere pluuiam, & paraphraſi quadam fruges: & ita vulgata ſic explanabitur(tempus requirendi Dominum)tempus eſt vt vos præparetis,& requiratis Dominum(quum venerit) quando venerit(qui docebit vos iuſtitiam)doctrinam Euangelicam. Tranſlatio Lxx ſic: quærite Dominum donec veniant vobis fructus iuſtitiæ:vel vt Hebraicè eſt iuxta Lxx donec veniant vobis pluuiæ iuſtitiæ,rogate Dominum, vt deſcendat pluuia illa iuſtitiæ,de qua Eſaias: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. THEOPHY. quærite Dominum,ipſe dabit vobis fructus iuſtitiæ Chriſti, qui nobis eſt iuſtitia, id enim dixerat ſupra,nec enim per legem iuſtificabantur Iudæi ſed per fidem Chriſti(araſtis impietatem) RVPER. quando quærebatis cum ſcribis & Phariſæis quomodo Ieſum perderitis:& ſuperiora & ſequentia vſque ad finem capitis.RVPERT. ad Chriſtum refert(iniquitatem meſſuiſtis) quando impetraſtis à Pilato,vt crucifigeretur Dominus(comediſtis frugem mendacij)luiſtis pœnas vaſtati à Romanis,& patrijs ſedibus pulſi, quod mentiti eſtis aduerſus Dominum:Lxx hæc aliter intellexiſſe videntur.Quod enim D. HIER. vertit(araſtis impietatem)Lxx vertere:tacuiſtis impietatem:quod charas,verbum Hebræum tacere eſt,& arare, D. HIERONY. vertit arare, Lxx tacere,tacuiſtis impietatem,cum ſciuiſtis Dominum reſurrexiſſe,oportebat vos fateri veſtrã impietatem,& Chriſtum,quem crucifixeratis, agnoſcere, & recipere; quando id erat ſignum datum Iudæis agnoſcendi Chriſtum,quod mortuus eſſet reſurrecturus,vt ipſe Dominus dixit. ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ Prophetæ: nam ad tempora Chriſti hæc referunt THEOPHY.& RVPER.(Et iniquitates eius vindemiaſtis)pro meſſuiſtis, poſuere vindemiaſtis: quo mutata videtur vna littera:& erat duplex lectio. Huius impietatis, inquit THEOPHY. qua tacuiſtis Chriſti reſurrectionem,& cuſtodes corrupiſtis, vendemiaſtis iniquitates,id eſt,pænas iniquitatis vaſtati & pulſi Iudæa, & excluſi ab Eccleſia (comediſtis fructum mendacij)veſtrorum mendaciorum,quibus negaſtis reſurrexiſſe Dominum.

Vulg. D.HIERO. Quia confiſus es in vijs tuis, & in multitudine fortium tuorum, conſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuę vaſtabuntur.

Tranſla LXX. Quia ſperaſti in curribus tuis, in multitudine fortitudinis tuæ & conſurget perditio tua in populo tuo, & omnia murata tua peribunt.

EVSEBIVS Pamphili demonſtrationis Euangelicæ lib.8. demonſtratione.4. hoc loco probat agi hoc capite, & initio ſequentis de temporibus Chriſti Domini, quod his verbis plane pręſignificetur vaſtitas importata Iudæis à Romanis poſt Chriſti crucem. Sed THEOPHYLAC. eodem modo interpretatur. Addit & illud, quod Iudęi ſpes ſuas habebant ſitas in copijs, exercitibus, curribus, equis, conſurrecturam tamen perditionem in populo Iudæorum, id eſt, ex ipſo populo, potiſsimũ enim Iudæi periêre fame, ſeditionibus tyrannorum: vt intelligant Deo opus non eſſe ad puniendam ſuperbiam eorum qui ſuis viribus fidunt, vrbium munitione, aut exercitibus extrinſecus accerſitis. Eodem ſpectat RVPER. (omnes munitiones tuæ) munitiſsimæ vrbes tuę, & munitiones, & turres tuæ vaſtabuntur ò Hieruſalem: quod HIERO. vertit, In vijs tuis: Lxx reddidêre, In curribus tuis, legêre pro, darquiqua, vijs tuis, rachebqua, curribus tuis.

Vul. D. HIERO. Sicut vaſtatus eſt Salmana à domo eius qui vindicauit Baal in die prę lij matre ſuper filios alliſa.

Tranſla. LXX. Sicut Princeps Salmana ex domo Hierobaal in diebus belli, matrem ſuper filios allident.

EVSEBIVS Pamphili canone ex conſequentibus & antecedentibus, probat hic agi de temporibus Chriſti: quod de vaſtitate Iudæę agat, & de hiſtorijs, quæ illius vaſtitatis typi fuerant. THEOPHY. pro Hieroboam in trãſlatione Lxx, legit Hierobaal: quod vitiũ in omnes codices irrepſerat, & in EVSEBII Pamphili libros eoque maiore pretio ęſtimãdum, quod beneficio THEOPHY. caſtigatus hic locus eſt, in eius cõmentarijs. Alterum illud eſt quod idem THEOPHY. docet hic agi de hiſtoria Gedeonis, & Madianitis Oreb Zebee Salmana. Nihil poſtulo amplius. Sat liquet ex his quę ſcripſimus in cap.9. Eſaię in illa verba: Sicut in die Madian, hiſtoriam Gedeonis, & Madianitarum typum fuiſſe aduentus Domini: & Gedeonem & Hierobaal typum fuiſſe Chriſti. Sicut enim vaſtatus eſt Salmana rex Madianitarum, & ſicut fuſi ſunt & cœſi Madianitæ à Gedeone cognomento Hierobaal, ita vaſtabuntur vrbes Iſrael, & Iſraelitæ à vero Gedeone, & verò Hierobaale Chriſto Domino. Non eſt prætereundũ ſilentio Hierobaal ab Oſea Propheta dici Arbeel: quod vt alibi dictum eſt latius Prophetæ vaticinantur futura dictis, factis, & Etymologia qua noſtri maiores Iudæos vehementer premere ſolebant. Nam quod D.HIERO. vertit: à domo eius qui vindicauit Baal, Hebraicè eſt à domo Arbeel: & pro Arbeel Hieronymus edidit: qui vindicauit Baal, quod Gedeon vindicauit, & vltus eſt impietatem Baal Idoli, quod eius aras ſubuertit, qua in re typus Chriſti fuit, qui eius aduẽtu erat ſubuerſurus Idolorum aras. Oſeas ergo duas mutauit litteras, pro Ierubaal, dixit, Arbeel: mutato priore, ,in, ר, & ain, poſtremo in: typus enim tertia perſona dicebatẽ Ieroboal, vindicet ſe Baal: vel qui

Sic etiam legit Theodo.

qui vindicauit & comminuit Baal, à Propheta dicitur prima perſona Arbaal: Ego Dominus vindicabo Baal, vaſtabo Idola & Idololatras, ita prophetę Etymologia vaticinantur quaſi dicant Baal non ſe potuit vindicare, ego tamen qui ſum Deus me vindicabo de Iudæis impijs, ſed quidam mera ſomnia comminiſcitur de Arbeel. Nunc fanum eſſe ait à Salmanaſare vaſtatum, nunc hiſtoriam on extare dicit. Qui malùm extare poteſt hiſtoria rei, quæ nunquam fuit? poſtea Salmana pro Salmanaſare accepit, flectere quando nequit ſuperos Acheronta mouebit, vt noſtra ſubruat. De noſtris queror, quod quidam oculis non vtantur, & admotas oculis has Iudaicas fraudes non vident, Nec legunt Arbeel, ſed Arbel, vt pro vrbe quadam accipiant, cuius mentio nuſquam eſt: citant librum primũ Regum, & primo anno Oſee Salamanaſarẽ aiũt irruiſſe, & Arbel trans Iordanem vaſtaſſe crudeliſsimè: Vbi impudentiſsimè bis mentitur Vatablus cũ Iudæis, & quod Salmana dictum ait pro Salmanaſſare: cũ Salmana rex Madianitarum fuerit, cuius rei teſtis eſt Pſal. 82. Sicut Oreb, & Sebee, & Salmana: & Arbel trans Iordanem vaſtatam crudeliſsimè commentitium eſt. 4. Reg. capit. 15. dicitur Teglathphalaſar cœpiſſe Ion, & Abel: non vaſtaſſe, & quãtum inter Abel & Arbeel interſit, nouerit qui inſpectarit diligenter Hebræam harum vocum Orthographiam. Sed negant Hebraicè eſſe Salmana, ſed Salman: Magna res, quis ignoret Iudaicas fraudes? quaſi ignoret Vatablus vnum punctũ addi & detrahi cum libitum eſt à Iudæis: ſat eſt tranſlationem Lxx ſemper pręferre Salmana. Hic locus, ſi attentè legeretur, non ſat erat ad excitandos horum amatores è ſomno languido, quo preſsi ſunt? vides hos mille artes mouere, machinas mille ad defendẽdam ſuam interpretationem: & ad faciendam vim ſcripturæ: vides noſtros ire vulgatam viam, nihil moliri fraudum, nihil dolorum: & tamen illis aures adhibes, noſtris obturas, (Matrem ſuper filios allident) Synagogam cum Iudæis impijs: vaſtato enim templo, & diruto, ſubuerſis Hieroſolymis alliſa eſt Synagoga: ducta metaphora ab animali, cuius caput illiditur parieti, vt necetur. Vaſtati quoque, & ſtrati ferro Iudæi & igni conſumpti. Hũc locũ explanat EVSEBIVS, & THEOPHYLACTVS, inde petet qui volet. Nec enim legimus Madianitas edidiſſe ſtragem in Iſraelitas tantam, vt matres cum filijs alliderent: aut contra Gedeonem in Madianitas, ſed Gedeonem illum typum Chriſti fuiſſe, & fudiſſe Madianitas & ea re Apoſtolorum Domini & Chriſti expreſsiſſe figuram, vt in Eſaię commentarijs à nobis fuſe dictum eſt, vnde colligẽs Prophetam Oſeam eò nunc ſpectaſſe.

Vul. D. HIERO. Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum veſtrarum.

Tranſlatio. LXX. Sic faciam vobis domus Iſrael, à facie malorum veſtrorum.

Commentario proximo retecta eſt fraudum turba, quas Iudæi & Iudaizantes commenti ſunt, vt huic oraculo manifeſtiſsimo de Chriſto tenebras offunderent, nec conquieuère, omnium maximam fraudem hoc loco moliuntur. Diſtinctionem antiquam huius capitis mutant, & principium capitis ſequentis huius capitis finem faciunt: omnem lapidẽ mouent vt Chriſto aduerſentur. Bene ergo ORIGE. de Iudæis: diſcerpunt, & dilacerant ſcripturam, vt eam ad Iudaicos ſenſus trahant, Idque fruſtra. Tranſlatio D. HIERONYMI eſt admirabilis: tamen ex Hebræa lectione ad verbum ſic verti potuit: ſic fecit vobis Bethel à facie malitiæ malitiarum veſtrarũ. Eſt enim Hebraicè idem nomen, raath raathehem: & tranſlatio D. HIERO.

qui

qui pluraliter vertit:& Lxx, qui vertêre etiam pluraliter oſtendunt fuiſſe eo tem pore rath raothechem: malitiæ malitiarum veſtrarum. Et quando Hebraicè eſt idem nomen Latinè eodem nomine vertamus. Nota eſt hæc forma dicendi Hebrça, ſanctus ſanctorum, canticum canticorum, vnde intelligemus quæ ſit malitia malitiarum, ſcelus ſcelerum, flagitium flagitiorum; omnium illud maximum flagitium crucis Chriſti quo ſe contaminauêre Iudæi. Igitur Bethel domus Dei, Eccleſia, ſcilicet, fecit vobis ſic: fuit cauſa, vt vaſtaremini à facie malitiæ malitiarū veſtrarum: propter malitiam maximam omnium malitiarum veſtrarum; mortis Chriſti. Quod enim impediebant prædicationem Euangelij Iudçi vaſtati ſunt, vt diximus pluribus, & non ſemel in Commentarijs in Eſaiā: & ideo Bethel domus Dei Eccleſia, ne impediretur à vobis, fecit hoc ſic vobis Deus illius cauſa, vt Eccleſia dilataretur toto orbe, Lxx prima perſona hęc vertēre, verba ſint Chriſti: ſic faciam vobis: iuxta illud Eſaiæ: Per me hæc facta ſunt vobis, & varietas perſonarum in lectione Hebrça freques eſt, ne quis miretur, quod Lxx prima perſona verterint, D. HIERONY. tertia: pro, Bethel, domus Iſrael, dixêre Lxx: Nam Beth, domus eſt Latinè, & ita reddidere Lxx, domus. Pro, el, tranſtulere Iſrael, quod ita in ſuis codicibus Hebræis legeretur olim ſua tempeſtate, additis tribus litteris pro el, Iſrael. Nam vocales Hebraicè non ſcribuntur. Cùm pro, à facie malorum veſtrorum, legeretur olim, à facie mali malorum veſtrorum, ne malum malorum noſtris aliquando aurem velleret, vt intelligerent immane illud flagitium flagitiorum crucis Domini, perſuaſere Iudæi noſtris vt illud mali expungerent, vt alia pleraque quæ inductu Iudaizantium expuncta oſtendi. Ergo ſic Chriſti verba erunt. Sic faciam vobis domus Iſrael, ſic faciam vobis Iudæi à facie mali malorū veſtrorum poſt malum illud malorum veſtrorum, poſtquam impleueritis menſuram patrū veſtrorum. Nec aliter quiſquam hæc poterit interpretari, ſi velit interpretari conuenienter ſententiæ veterum Eccleſiaſticorum, quos hoc cap. citaui.

Caput. XI. Oſee.

Vulg. D. HIERO. Sicut mane tranſijt & pertranſijt rex Iſrael.

Tranſla. LXX. Mane proiecti ſunt, proiectus eſt rex Iſrael.

VEntum eſt ad id caput quo locus ille ex AEgypto vocaui filium meum maxime controuerſus inter noſtros & Iudæos continetur, quem Iulianus Imperator apoſtata impientiſsimus nobis obijciebat, tanquam à D. Matthæo Euangeliſta citatum imperitè de Chriſto Domino quem Propheta Oſeas de populo Iſraelitico ex AEgypti ſeruitute reuocato ſcripſiſſet, non de Chriſto. Nec noſtro tēpore deſunt qui id affirment, & chartis mandent: & magna fingant myſteria, quæ reſeraturos ſe aliquando promittūt, vt fidelium corda ſedent, ne ira excandeſcant. Quanto ſatius erat aut aperire ſi quid habent myſteriorum, aut ſequi Hieronymum & Euſebium, aut Chryſoſtomum, qui hunc locum piè & doctè defendunt, refellunt Iulianum, & Prophyriū, & Iudços, Nūc denuo de hac cauſa cū Iudaizantibus controuerſari, conſilium eſt, quod Iudaica ſequuntur, noſtra deſerunt. Primum omnium quæro ab eis cū Hebræi hunc Prophetam de populo Iſraelitico, ſeruitute AEgyptiaca liberato interpretentur: veteres Patres D. HIERONY. antiquiores, & qui cum Diuo Hieronymo eiuſdem tempeſtatis fuere, de Chriſto, & Chriſti myſterijs: nec eorū quiſquam aliò referat quam ad Chriſtū,

cur placeat magis Hebræos ſequi, quam doctores ſacros? Quero an fidem habeát Paulo, qui ſcripſerit Spiritú ſanctum ſuę Eccleſiæ dedidiſſe doctores? atqui fruſtra dedidiſſet, ſi per tot ſæcula omnes ſimul erraſſent. At ſiquis Hebræos ſequitur & Hebraicã ſcripturæ interpretatio-né, qui Chriſtũ in ſcriptura nõ vidét, planum eſt exiſtimaturũ Apoſtolos & Euangeliſtas alienę ſenſu ſcripturã citaſſe. An putabas Iudæos impios de Chriſto Dominio ſcripturã enarraturos? nihil minus faciét. Verte te ad Eccleſiaſticos veteres, ad antiquos patres Græcos & Latinos, quorum ſentẽtias his commentarijs recenſuimus, omnes ad vnum vno conſenſu videas quæ citant omnia quæque interpretantur ex hoc Propheta ad Chriſtum referre. Cur nos non iuuet ſequi potius Eccleſiaſticos, & ſcriptores ſacros Græcos & Latinos temporibus Chriſti proximos, qui interpretationem ſcripturæ ab apoſtolis acceperunt? quibus Chriſtus Dominus ſcripturæ ſenſum aperuit. Atqui ſi hos ſequamur de Chriſto hãc prophetiã eſſe fateamur neceſſe eſt, & ab Euãgeliſtã Matthæo appoſitiſsimè de Chriſto Domino puero in ſacræ virginis vlnis ex AEgypto reuocato hũc verſiculum eſſe citatũ. Alioqui ſi Eccleſiã alligas ea lege, vt Iudaicã interpretationé ſequatur, nihil de Chriſti myſterijs interpretabitur. Vidét Iudæi in ſcriptura Antichriſtum, Chriſtum Dominum nõ vident, vt vno ore nos admonent omnes patres veteres. Ne mireris hoc loco Iudæos Chriſtum non vidiſſe, ſi cõferre iuuat Hebræorũ interpretationé cum Eccleſiaſtica: quod nos facere D. HIERO. iubet quodque eſt huius noſtri operis inſtitutum. Quæro quid videas in hoc propheta, quod te cogat eum ad captiuitaté decé tribuũ referre? Nam quædã referri poſſe ad captiuitatem decẽ tribuũ à principio largiti ſumus: nihil tamen in toto hoc propheta eſſe quod te hæc ad decem tribus cogat referre neceſſario. Quę dicunt de Galgalis, de Ephraim, de vitulo, de vaccis Bethauen, de Bethel, de Samaria, ſimilibuſque, non cogunt ad decem tribuum captiuitatem illa referre, quibus ſupra reſpondimus: ſed age largior omnia ita eſſe, vt loci illi ad idololatriam decem tribuũ ſint referendi. Cum hic propheta Chriſti tempora præſignificet, vt volunt patres veteres, ſacram paſsionem, reſurrectionem ſacram, Iudęorum cœcitatem, & vaſtationem Iudææ: cæcitatis Iudæorum, vt docent patres, cauſa reddi ſolet, quod Iudæi idololatriæ dediti fuerint. Et cum poſt paſsionem Chriſti occæcatæ fuerint, & vaſtatæ decem tribus, vnde potiſsimum Dominus delegerat Apoſtolos & Diſcipulos, (coaluerant enim in vnum cum regno Iuda; & vno nomine appellabantur Iudæi). Reddenda cauſa erat, cur decem tribus permiſſæ à Domino ſunt occœcari; vna cum regno Iuda. Allegandæ igitur idololatriæ decem tribuum, & alia crimina quibus meruẽre non trahi ad Chriſtum, nec aliud quicquam in hoc propheta tu reperies, quod te cogat ad captiuitatem decem Tribuum illum referre. Iudęi & Iudaizantes vt poſſent hoc caput vndecimum ad decem tribus referre Deum immortalem, quot fraudes adhibent, quot impoſsibilia fingunt. Primum omnium pro Hierobaal ſubſtituere in tranſlatione LXX Hieroboam: vt fieret nobis veriſimile hæc ad captiuitatem decem tribuum referri: deinde à Salmana editam in Iudæos eſſe cladem immaniſsimam, vbi fingunt hiſtorias, quæ nuſquam ſunt, deinde fatentur eius rei non extare hiſtoriam: poſtea negant Hebraicè eſſe Salmana, ſed Salman, quaſi eſſet difficile intelligere Iudæos vnum punctum facile addere, & detrahere poſſe: & ita præferunt vulgata, & tranſlatio LXX Salmana non Salman: pergunt pergere Iudæi & Iudaizantes Salmana poni pro Salmanaſſare: cum ſcripturã prodat Salmana à Salmanaſſare fuiſſe longè

longè diuerſum : de Arbel fingunt hiſtoriam quæ nuſquam rerum eſt, & pro Arbe el, legunt Arbel, & pro Abel Arbel, & alia ſexcenta. Vides quot impoſsibilia fingunt Iudæi & Iudaizantes vt poſtremam partem capitis ſuperioris abducant à temporibus Chriſti, & ad captiuitatem decem tribuum traducant, vt oſtenſum eſt ſuperiore commentario. Qui tot fraudes vno in loco adhibet, quæ noſtra vulgata, & tranſlatione Lxx, deprehenduntur, qui tot ſtrophas committitur, vt Iudaica defendat non ſe prodit ſacrilegum & Dei teſtamenti corruptorem? Non prodit rerum Iudaicarum amorem ardentiſsimum? flagrātiſsimum rerum noſtrarum odium? cum tam auide vult noſtra ſubuertere, conſtabilire Iudaica, tot rerum impoſsibilium fictione? Putas fortaſſe Iudæos, & Iudaizantes dis fraudibus quas diximus fuiſſe contentos, vt hunc locum, quo vel ſolo refellebatur vniuerſa Iudaica interpretatio, de captiuitate decem tribuum ſubuertere? pergunt pergere, diſcerpunt ſcripturam & lacerant, quod Iudæos facere teſtatur ORIGENES: finem capitis ſuperioris; & initium huius capitis vndecimi confundunt, & dilacerant ni capti oculis, auribus, & mente ſumus: vel hic locus ſatis eſt, vt Iudæis aut Iudaizantibus nihil credamus. Sed memini inquies te dicere ſolitum inſolubile argumentum te habere quo euinceres hanc prophetiam, Ex AEgypto vocaui filium meum, litteraliter à D. Matthæo eſſe citatam, quod pote magis quàm quod veteres omnes hunc totum prophetam à principio vſque ad finem de temporibus Chriſti interpretantur & Apoſtoli & Euāgeliſtæ quoties citant teſtimonia ex hoc propheta aut ex alijs minoribus, de Chriſto enodant, adde his quod ſæpe diximus Lxx viros eodem ſemper ſpectare. (Sicut mane tranſij) hoc Hebræi de rege decem tribuum ablato, & prorſus deleto; & de decem tribubus ductis captiuis ab Aſsyrijs interpretantur. Noſtri contra de Chriſti temporibus. Sic CHRYSO. tomo. 2. Homelia. 2. in feſto Innocentium: Sacramentum Dominicæ Incarnationis his verbis oſtenſum eſſe ait; Nam quia ipſe Deus oriens ex alto ſol iuſtitiæ nuncupatur, venturus dicitur ab Eſaia in nube leui; & ab Oſea abiectus eſt Iſrael, &c. Expendamus nunc vtra ſententia ſit verior Hebræorum ne, qui hæc ad Babylonica tempora referunt, an noſtrorū qui ad Chriſtum. Hebræi ſic interpretantur, ſicut mane tranſijt, pertranſijt rex Iſrael, id eſt, finietur rex decem tribuum, ſicut mane, breui tempore. Si de rege Iſrael ſermo erat, quæ ſequuntur ad eundem regem referrentur, diceretur que cauſa cur rex commeruiſſet malum & exitium; non referuntur ſequentia iuxta Hebræos ad Regem, ſed ad Iſrael, id eſt, ad decem tribus; non eſt ergo hic ſermo de rege. Deinde quæ rerum conſequentia erat vt dicat Dominus, delendum Iſrael eſſe; quia puer erat? quando puer erat? imo iam ſenuerat, olim inquiunt apud AEygptum. Quando puer erat Iſrael in AEgypto dilectus eſt à Domino? & nunquam alias, cum tot Dei beneficijs ſit auctus? & quomodo ſicut mane tranſijt? id eſt breui tempore, breue appellas tempus cum poſt ductas captiuas omnes decem tribus per triennium eſt obſeſſus Samariæ. Ideo Iudæi aliter vertunt, reddunt enim ſic: Aurora exciſus eſt rex Iſrael, & interpretantur aurora, in principio regni Oſee, falſum hoc eſt. Nam Oſee nouem annis regnauit; quod liquet ex. 4. regum capit. 7. & illud quoque falſum eſſe videtur, quod deletum aiunt Iſrael quando puer erat: quoties enim Dominus Iudæos in deſerto voluit contere? ſed vt ipſe Dominus in prophetis ait, propter ſe & nomen ſuum in deſerto, & in terra promiſsionis Iſraeli pepercit, & propter ſeruos ſuos. Age nunc quando ſi ad

captiuitatem decem tribuum non cohe rét hæc nec congruũt hæc bene, ad Chriſtum referamus, & videbis quam omnia congruunt. R. Ioſeph, vt leges in dictione, שחר, admonet duplicem hoc loco eſſe lectionem, בשחר, in mane: &, כשחר, ſicut mane. Si legas ſicut mane, vt præfert noſtra vulgata, rex Iſrael pertranſijt Iudæam ſicut mane, ſicut ſplendor lucis æternæ, ſicut ſol iuſtitię tranſijt ex Iudęa in AEgyptũ, ad gentes, ſcilicet: his enim qui erant in tenebris lux orta eſt eis. Fugiens ergo Dominus in AEgyptum ibat vt clarum mane, & vt lux ſplendidiſsima: dices R. Ioſeph dicere veriorem eſſe lectionem in mane: veniet in mentem tibi Matthæi. 2. Ioſeph ab angelo in ſomnijs eſſe nunciatum, vt acciperet puerũ, & matrem eius, & ſummo diluculo, & mane illo tranſijt, & pertranſijt omnes inſidias regis Herodis, & ſic tranſlatio Lxx explanabitur: Abiecti ſunt mane, Iudæi, ſcilicet, ſunt abiecti illo mane, quo mane abiectus eſt Chriſtus, qui dicitur Iſrael, vt ſit ſenſus: Illo mane, quo Ioſeph ſurgere ab angelo eſt iuſſus, & ducere puerum & matrem eius in AEgyptum: & quo Iudæi, qui Chriſtum perſequebantur vna cum Herode abiecerunt eum qui oſtẽdere locum vbi naſceretur, eo mane abiecti ſunt à Deo, & illorum loco ſunt ſuffectæ nationes. Vt enim dixit Dominus: Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum, traxit Iudæos, qui crediderẽ, reliquos permiſit eſſe in tenebris quod abiecere Chriſtum verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. THEOPHILACTVS, qui hunc locum eodem modo interpretatur, Proiecti ſunt Iudæi in tenebris, inquiens, qui à ſe Chriſtum verum lumen expulere à Ioanne prodromo, qui ſolem fulgentiſsimum Chriſtum adeſſe nunciabat, cùm eis dixit: Genimina viperarum, &c. quæ adiecit, & poſtea hæc paſsi ſunt quod Chriſtum verum lumen à ſe repulere. Negabis ſic eſſe Hebraicè, vt vertere Lxx: & vt vertit D. HIERONYMVS: ita eſt, mutata vna littera eſt, vel fuit duplex lectio, altera quam ſecuti ſunt D. HIERONY. & Lxx, & altera quæ nunc circunfertur. Videntur etiam Lxx legiſſe, non nidmo nidma, vt nunc legitur: ſed, nidchu nidcha, expulſi ſunt, expulſus eſt, vel abiecti ſunt, abiectus eſt, eodem modo ferè Diuus HIERONYMVS: nidcha nidcha, abiectus eſt, & vertit ſententiam tranſijt pertranſijt. Sed lectio Hebræa quæ nunc circunfertur, exprimit etiam Chriſtum mirabiliter. Nam, nidmo nidme, ſignificat excidendo exciſus eſt, vt Iudæi interpretantur: & aſsimilando aſsimilatus eſt, vt ſit auroræ aſsimilando aſsimilabitur rex Iſrael, vel in aurora aſsimilando aſsimilabitur rex Iſrael, quod Chriſtus Dominus naſcens aſsimilabitur aurorę pulcherrimę orienti, & iubari Solis orientis. Idem ſignificat quod ſupra dixerat CHRYSOSTOMVS: Rex Iſrael Chriſtus aſsimilabitur ſicut aurora, vel in aurora quod eſt eadem phraſis dicendi Hebræa cum illa, ſicut lampas accendetur, ſicut ſol fulgentiſsimus orietur mundo. Certe hic locus Chriſtum ex AEgypto cum matre ſacra Maria ob oculos ponit, non regem decem tribuum, nec decem tribuum captiuitatem.

Vul. D. HIERO. Quia, puer Iſrael, & dilexi eum & ex AEgypto vocaui filium meum.

Tranſla. LXX. Quia puer Iſrael, & ego dilexi eum, & ex AEgypto vocaui filios eius.

Plus

PLus millies dixi tranſlationem Lxx, per octingentos & 30. annos aſſeruatam in Iudęorum Synagogis, & dum noſtri primis Eccleſię temporibus ad martyriũ vocarentur, & per omnia cruciamentorum genera cruciarentur, laceratam à Iudęis eſſe, & multis locis contrucidatam quod Chriſtum planè ſonaret. Et ex locis à Iudæis vitiatis hic vnus erat, qui per ipſos Iudæos tranſlatores eſt reſtitutus. Aquila enim ita vertit, vt Hebraicè eſt, ex AEgypto vocaui filium meum, & ſic ATHANASIVS de incarnatione verbi inter locos manifeſtiſsimos qui Chriſti myſteria ſonāt hũc locum citat inquiens: quod pater filium ex AEgypto eſſet reuocaturus, prędixit Oſeas: ex AEgypto vocaui filium meum, & CHRYSOSTO. loco ſupra citato homelia . 2. in feſto Innocentum: Oſeas inquiens, idem ſignificat cum dixit: Abiectus eſt rex Iſrael, propterea quod paruulus eſt, & ego dilexi eum, ex AEgypto vocaui filium meum. Et docet CHRISOSTOMVS ſignificaſſe Prophetam poſt AEgypti graue delictum, poſt pœnas graues irrogatas, Deũ patrem pietate commotum AEgypto filium miſiſſe: vt AEgyptus, quæ olim ſub Moſe ſceleris ſui pœnas expenderat, nũc ſuſcipiendo Chriſtum ſpem ſalutis acciperet. ORIGE. in Numerorum capit. 24. Homelia. 17. locum Euangelij, Ex AEgypto vocaui filium meum: alijs videri ait deſumptum ex illo loco quem illic interpretatur ORIGE. alijs ex Oſee vndecimo capite, quod idem ait EVSEBI. Pamphili, & huius rei prophetiam duobus illis locis eſſe B. PROSPER de promiſsionibus Dei parte. 3. promiſsione 8. per Oſeam Prophetam inquit: Ex AEgypto vocaui filium meum, hoc firmat Euangeliſta Matthęus, Angelus Domini, inquiens, apparuit Ioſeph, &c. ad hoc enim Chriſtus in AEgyptum introductus eſt, vt vbi abundauit delictum, abundaret & gratia: Sed dicet aliquis certum eſſe hũc locum dictum eſſe de Chriſto, typice tamen: nam litteraliter de populo Iſrael eſſe dictum confitetur HIERO. & CHRY. & THEO. in hunc Matthæi Euãgeliſtæ locũ. Primũ omniũ HIERO. in commentarijs in hoc caput ait, hunc locum in . 7. volumine, quod aduerſus Chriſtianos ſcripſit Iulianus Auguſtus Imperator apoſtata impientiſsimus calumniatur, inquiens. Quod de Iſraele dictum eſt, Matthæus Euangeliſta ad Chriſtum tranſtulit, vt ſimplicitati eorum, qui de gentibus crediderant, illuderet. Ergo Iudęi vt hoc dicerẽt, quod impius Imperator à Iudæis doctus aduerſus nos ſcribit, totum hunc prophetam ad captiuitatem decem tribuum referũt, & mille fraudes comminiſcuntur, vt dictum eſt in finem capitis ſuperioris. Noſtri reſpondent per enſtaſin, & antipariſtaſin, per enſtaſin, id eſt, per inficiationem reſpondet EVSE. negat enim hic agi de Iſraele, ſed de Chriſto, vt iam dicemus: per antipariſtaſin, id eſt per obſiſtentiam CHRYSOSTO. & HIERONY. quaſi dicant: Eſto vt hæc prophetia fuerit de Iſraele, ex cuius ſemine venturus Chriſtus erat, ita dicta eſt hęc prophetia de Iſraele, vt de Chriſto intelligenda eſſet, qui in patribus erat ſeundũ corpulentam ſubſtãtiam vocando Iſraelem vocaui filium meum, qui in Iſraele erat ſecundum corpulentam ſubſtantiã, & ſic hæc prophetia completa eſt, non in Iſraele reuocato ex captiuitate AEgypti, ſed in vocatione Chriſti ex AEgypto: lege CHRYSOT. in cap. hoc Matthæi cum verba hęc interpretatur. EVSEB. Pamphili lib. 9. demonſtrationũ Euangelicarum cap. 4. non reſpondet Iudæis per antipariſtaſin, id eſt per obſiſtentiam, quæ eſt cũ dicimus, etiã ſi ſic eſſet, vt dicis, nihil cõcludis: ſed per enſtaſin, id eſt, ꝑ negationẽ, nõ eſt ita vt dicis, vt hic agat de populo Iſrael, ſed de Chriſto. Athanaſius de humanitate verbi, eiuſq; corporali aduẽtu: pater inquit filiũ ex AEgypto reuocat, dicẽs: Ex AEgypto vocaui filiũ meũ. Quid ꝙ neque mors illius ſilẽtio tranſmittitur?

Ex conſequutione nanque probat hic de Chriſto agi,non de decem tribubus. Siquidem in fine capitis ſuperioris atque adeo toto cap.de temporibus Chriſti ſermo eſt,& de vaſtitate vniuerſę Iudæę, vt dictum eſt,& probatum ab EVSE.& à nobis, & nullo modo de decem tribubus.Ideo enim neceſſe fuit vt Iudæi mille comminiſcerentur dolos, vt flectere verba Prophetæ poſſent ad decem tribus,quæ plane ſonant vaſtitatem à Romanis Iudææ importatam, & Chriſti tépora.Sequitur ergo neceſſario ex rerum conſequentia ad eadem Chriſti tempora hæc eſſe referenda, & nullo modo ad decem tribus. Verba autem illa: Quia puer Iſrael,& ego dilexi eum: ſic interpretatur, vt reſponſum putet impijs cur fugeret Dominus in AEgyptum,cū Deus eſſet,cur non impediret,aut ſi moriturus venerat,cur non mori maluit, quam fugere.Puer erat vt moreretur, & oportuit prius peragi œconomiam redemptionis, prædicari Euangelium: nam ideo filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.Id enim ſignificant verba illa, vt dilexi eum.Factus homo eſt, vt legem nouam ferret, vt œconomiam redemptionis perageret: & puer erat, vt pateretur antequam confeciſſet id,ad quod illum miſeram, nec oportebat, dum puer erat, facere miracula,ne videretē eſſe portentū. Ex Egypto vocaui filium meum, miſi in AEgyptum,& inde ſuo tempore reuocaui eum. Nam qui dicit aliquem rediјſſe Pincia, profectum prius Pinciam indicat, vt aiunt oratores. Multa alia apud EVSEBI.leges,quibus oſtendit hęc de Chriſto eſſe dicta, qui Iſrael in ſacris litteris ſæpè dicitur, quod de genere Iſrael deſcendat.

Vul.D.HIERO. Vocauerũt eos ſicut abierunt à facie eorum, Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant.

Tranſla. LXX. Sicut vocaui eos ita abierunt à facie mea,ipſi Baal immolàbant,& idolis adolebant.

SOlent petere tam noſtri, quam Iudæi, vt conſeruetur conſecutio ſcripturæ, alioqui non valiturā interpretationē ſuperiorē.Iā planior hoc loco eſt tranſlatio Lxx.Solent Prophetæ citare vetus teſtamentū tanquā typum ſuæ prophetiæ, & ita iuxta Lxx, citatur liberatio Iſrael ex AEgypto, tanquam typus rei præſentis: vt ſit ſenſus: Vocaui ex AEgypto filium meum,ſicut vocaueram ipſos: Iſraelitas, ſcilicet,legēre enim Hebraice hoc verbū vocaueram,prima perſona ſingulari,quarati,vocaueram:& non tertia plurali,vt nunc eſt,quaru vocauerunt. Nam Sicut, particula & huiuſmodi voculæ ſolent ſuppleri Hebraicè. Erat enim Hebraice vocaueram ipſos: Iſraelitas, ſcilicet ex eadem AEgypto olim, quæ verba eundē ſenſum efficiunt, perſpicuitatis tamen cauſa: Lxx,addidere Sicut: Sed Hebraicè inquies eſt vocauerũt eos vel ipſos:& ita vertit HIERO.ita eſt: & hæc perſonarum mutatio obſcuritatem afferre ſolet ſacris litteris. Scripturæ tamen canon eſt,vt vulgata & tranſlatio Lxx, ſe mutuo iuuent in interpretanda ſcriptura ſacra,& altera alteri lucem afferat. Solet ſcriptura de Deo loqui numero plurali, vt denotetur numerus perſonarum: vocauerũt ipſos.vocauerũt,pater,ſcilicet,& filius, & Spiritus ſanctus ipſos Iſraelitas olim ex eadem AEgypto. Quod à Propheta dictum eſt, vt ſignificaretur fuiſſe typū rei pręſentis,& ideo illic appellatū Iſrael à Deo filium primogenitum. Et hæc perſonarum varietas frequentiſsima eſt in lectione Hebræa, vt docēt ipſi Iudæi,qui duplicē lectionem ad hoc exēplum eſſe admonent non raro. Poteſt etiam Vocauerunt, explanari de Moſe & Aaron eodem ſenſu:ſicut olim Moſes & Aaron vocauerunt eos: ſed magis placet

cet prior interpretatio, vt pater, & Filius, & Spiritus ſanctus intelligantur, quando hoc frequentiſsimum eſt in Hebraicis literis, vt alibi oſtendimus (ſic abierunt à facie mea), id eſt, quem admodum nunc non ſunt ſecuti Chriſtum, ſic eo tempore, cum vocati ſunt ex AEgyptiaca captiuitate, abierunt à facie Moſis, & Aaron, qui eos vocauerant, poſt idola: vel à facie trium perſonarum: legẽdum eſt enim ſic, vt legitur in caſtigatioribus exemplaribus, & eodem modo tranſtulère Lxx, qui reddidère: Ita abierunt à facie mea ipſi olim, ſcilicet in AEgypto. Eſt enim hęc varietas perſonarum in æditione Hebræa frequenter. (Ipſi Baal immolabant, & ſimulachris ſacrificabant) Poſtquam illos liberaueram captiuitate AEgyptiaca per tot prodigia, & tot miracula: poſtquam alueram illos pane de cœlo miſſo, adorabãt idola: vt nũc dixere: Nõ habemus regem, niſi Cæſarem. Si velis retinere voculam Sicut, & non legere ſic vt præferunt exemplaria caſtigatiora: dices: ſicut abierunt à facie Moſis, & Aaron eo tempore, & immolabant eo tempore idolis & ſimulachris: ita, ſupple fecerunt nunc in aduentu filij Dei. Sic videtur interpretatus THEOPHY. inquiens: & ipſe Chriſtus vocauit eos, & quoties ab ipſo vocabantur fugiebant, iuxta illud: Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat, &c. Sed mutilus mihi videtur ille locus, deſyderatur enim ſcholium THEOPHIL. in hoc caput, & eius loco THEODORI. eſt ſuffectus, manent tamen aliquot reliquiæ.

Vul. D. HIERO. Et ego quaſi nutritius Ephraim portabã eos in brachijs meis, & neſcierunt quod curarem eos.

Tranſla. LXX. Et ego colligaui Ephraim, ſuſcepi eum ſuper brachiũ, non cognouerunt quod ſanaui eos.

TRanſlatio Lxx, ad Chriſtum tam planè hæc refert quam Euangeliſta Καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν ἐφραὶμ, καὶ ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τὸν βραχίονα, ταύτην ἀγαθότητα περὶ αὐτοὺς ἀνεδεξάμην, ὥστ ἐγενόμην αὐτοῖς ὡς τροφός. Ego colligaui Ephraim, & ſuſcepi eum ſuper brachia mea, ideſt, fui illi vt nutritius, Hebraicè eſt. Hithragalti, à verbo, ragal, quod eſt pedes regere. Nam, regal, pes eſt: Hithragalti, ergo, ideſt, pedes rexi, Ephraim: vel ambulare feci ſuper pedes Ephraim. Interpretatur HIERONYMVS; Ego quaſi nutritius fui Ephraim; putauit enim metaphoram eſſe ductam à nutricibus, quæ docent pueros ambulare ſuper pedes. Lxx quod, ragal, pes eſt, Hithragal, vertère colligare pedes, & ſic edidere: Et ego colligaui Ephraim; vt ſit illud Lucæ: Quis ex vobis homo, ſi habet centum oues, ſi perdiderit vnam ex illis, &c, cum inuenerit eam non imponit in humeros ſuos? Et hæc Diuus HIERO. etiam interpretatur: Et portabam eos in brachijs meis. PROCOPIVS in Geneſin. 220. Chriſtus nos, inquit, in brachijs portauit, vt pater filios iuxta dictũ Prophetę: Suſcepi eos in brachijs, pendens, ſcilicet in cruce (Et neſcierũt quod curarem eos.) mea paſsione, inquit Diuus HIERONYMVS. THEOPHYLACTVS hæc verba: Ego colligaui eos, ad illa Euangelica refert: cum Dominus tentantes repreſsit, & conſtrictos in vinculis fecit tacere: & cum miraculis illis ora obturabat, & non intellexerunt, quod illorum medicus veniſſet, iuxta illud. Si non feciſſem opera quæ nemo alius fecit &c.

Vulg. D. HIERO. In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis.

Tranſla. LXX. In corruptione hominis extẽdi eos, in vinculis charitatis meæ.

IN funiculis Hebraicè eſt Be chable, quæ vox fu)iculos ſignificat, & corruptionem: & Adam ſignificat Adamũ & hominem: Recte ergo HIERO. In funiculis Adam: recte & Lxx: In corruptione hominis: eadem tamen vtriuſque tranſlationis ſententia eſt: implicatos peccatos originis, quod contraxêre ex Adam, & ægrotos corruptione, quam contraxêre ex primo homine, & implicatos alijs criminibus, quæ poſt peccatũ originis in ſe admiſere, ſanaturus venit, vt videtur ſignificare THEOPHYL. & D. HIERONY. vinculis charitatis ait Dominum nos traxiſſe ad ſe: iuxta illud: Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit eum: verbum Hebræum: משך, trahere eſt, & protrahere. Et ita D. HIERONYMVS. traham eos vertit, Lxx, extendi eos. THEOPHYLACTVS Εξέτεινε τοὺς ξηρόχειρας ὁ κύριος, καὶ τοὺς παραλύτους, καὶ τοὺς χωλοὺς διὰ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ αἴρων καὶ τὰς νόσους βαστάζων, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεσμοῖς οἷς ἐδέθη, ὅτε ἐπήγετο πρὸς Καϊάφαν διὰ τὴν ἡμετέραν ἀγάπησιν ἐξέτεινεν αὐτοὺς συνεχομένους, καὶ πεπιεσμένους ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ. contractos morbo extendi & curaui, & paralytico ſanaui extendens & protrahens illorum mẽbra ductus funiculis charitatis & inclinatam fœminam illam extendi protraxi quam alligauerat ſatanas, Lucæ.13.

Vulg. D.HIERO. Et ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.

Tranſla. LXX. Et ero eis quaſi dans alapam homini ſuper maxillas eius.

THEOPHYLACTVS putat ſignificari his verbis Dei manſuetudinem in puniendis Hebræis: Nam vt pater pro magno delicto ſat habet ferire alapa filij maxillas, ita Dominus leui pœna tranſiget cum Iudæis, vt conuertantur, Nam Chriſti mors digna erat quæ exitio immani gentis Iudææ puniretur, & pœna ſempiterna, ita vt eorum nulli parcitum eſſet: vel quod vere fuerat, vt ait THEOPHY. vt homo percutiens alapa filium. Pro graui delicto cum miraculis exterruit eos, & metu, quod Apoſtoli dicerent eos regem glorię occidiſſe: vnde perculſi metu dixere: Quid faciemus ergo fratres? Et Apoſtoli reſponderunt: Agite pœnitentiam: &c. An pro rege gloriæ in crucem acto non hæc pœna alapa leuior erat? vt pœnitentiam agerent, & baptizarentur? Vocauit eos ad pœnitentiã, & expectauit eos dum conuerterẽtur per annos quadraginta duos. vnde ego etiam puto ſignificari Dominũ futurum apud populum Iſrael, vt homo percuſſus alapa ſuper maxillas eius, cum miniſter, Ioannis 18. dedit alapam Ieſu. Nam codices præferunt: Et ero eis quaſi dans alapam homo in maxillis eius, & fortaſſe voce paſsiua legendum pro ῥαπίζων percutiens ῥαπιζόμενος percuſſus alapa homo in maxillis eius. Qua cauſa id putem, iam dicam: D. HIERO. conueniẽter lectioni Hebrææ, quæ nunc circunfertur tranſtulit, Ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, id eſt, redimens eos ex captiuitate ſatanæ tollens iugum ſeruitutis, ſcilicet quod erat ſuper maxillas eorum, Lxx pro lechem, ſuper maxillas eorum, legere, lechio, ſuper maxillas eius: & videntur legiſſe in lectione Hebræa, יד, manum: & ſic interpretati lectionem Hebræam, va heie, & ero, lahem, ipſis, qui, merime, ſicut exultans, iad, manum, al, excelſo, id eſt, Deo: ſic enim legêre: non, ol, id eſt iugum, vt ſit totum: Et ero ipſis ſicut exaltans manum excelſo, al lecheio: ſuper maxillas eius. Vide tu quid verba hæc ſignificarent: Et ero eis ſicut exaltans manum excelſo ſuper maxillas eius certe ſuccurret tibi locus citatus ex Euãgelio cum miniſter ille Dominum percuſsit alapa: Dices, Addis dictionem ſcripturæ: Minime: ſed vnam literam

D,

D. merim, Exaltans, iad, manum. Itaque non de meo, ſed ex tranſlatione Lxx, nã Hebraicè eſſe merim arguit trãſlatio Lxx & vulgata. Et ו, quæ addita eſt dictioni Hebrææ merim, cum י ſanabit, Iad, manum excelſo ſuper maxillam eius. Dices: Non legitur al, excelſo: ſed ol, iugo: puncta pro ratione ſententiæ adduntur & detrahuntur, vt alibi oſtendimus. Canon eſt admirandus vt ex lectione Hebræa & ex Eccleſiaſtica lectione locos Prophetarum enodemus. Denique ſic legiſſe Lxx, & D. H I R O. planum eſt ex eorum tranſlatione. Legere exaltans, & Lxx pro al excelſo poſuere hominem, vt ſignificarent excelſum, hominem factum, percuſſum alapis à Iudæis: & ex lectione Hebrea ita caſtiganda, & explananda tranſlatio Lxx, eſſe videtur: Et ero eis quaſi homo percuſſus alapa ſuper maxillas eius pro ἄνθρωπος ῥαπίζων, ἄνθρωπος ῥαπιζόμενος, tranſlatio igitur D. H I E R O N Y. hoc diſtat à tranſlatione Lxx, quod D. H I E R O N. על vocem Hebræam legit cum cholem, cum ו, id eſt, iugum, & ſic vertit. Ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum, id eſt, tollens iugum ſeruitutis à maxillis eorũ, Lxx legere על, cũ himet, al, excelſo: vt eſſet: Ero eis quaſi exaltantibus excelſo ſuper maxillas eis. Et ſuo more interpretatur ſcripturã: Excelſo, inquit, id eſt, excelſo facto homini. Nã reliquæ voces Hebrææ, cum ſint indeclinabiles, quo volueris caſu reddere potes, exaltãs aut exaltanti. Illud certum eſt Lxx viros & D. H I E R O. Legiſſe merim, exaltans, ex eorum tranſlationibus & ſupereſſe, ו, quod ſi accedat, ו, dices יד manũ. Diuus H I E R O N Y. videtur mihi referre Hebræorum ſententiam, & interpretari hũc locum ex illo Deuteronomij cap. t. Portabit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum in omni via, per quam ambulaſti. Et alibi: Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Ego, inquit, qui pater eram, nutritius factus ſum, & paruulum meum in vlnis meis ipſe portabam, & infra. Ero eis quaſi exaltans iugum: &c. Et infra. Ero quaſi paululum maxillas eorum alapis verberans, non puniens, ſed corrigẽs: ſolet enim Diuus H I E R O. vtranque interpretationem, vt ſæpiſsimè ſumus teſtati, noſtram & Hebræorum apponere. Nam & interpretationem ſanctorum patrum apppoſuit etiam, inquiens: In tantum dilexi eos, & tam clemens paſtor fui, vt morbidã ouẽ humeris meis ipſe portarem, ipſi vero ignorauerunt, quod mea illos paſsione curarem, & qui amator ſum omnium hominum, traherem eos ad credendum: iuxta illud, quod in Euangelio ſcriptum eſt: Nemo venit ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum: & declinaui ad eos deſcendens cœlo, vt cum eis veſceter aſſumpta forma hominis; ſiuè dedi eis eſum corporis mei: ipſe & cibus, & conuiua: &c. quæ in hanc ſentẽtiam adiecit. Ecce D. H I E R O N Y. vtramque ſententiam eſt complexus, & noſtram, & Hebæorum. Hebræorum quidem, quę ad Chriſtum referri poſsit, non ſolum ad captiuitatem decem tribuum: noſtram vero, quę ad Chriſtum plane referatur, vt nihil obſtet, quominus hoc caput totum litteraliter Chriſtum perſonet: non ſolum illa prophetia: Ex AEgypto vocaui filium meum: totum itaque hoc caput, & reliqua omnia, quæ ſunt in hoc prophetã iuxta veterum interpretationem, & iuxta Apoſtolorum ſententiam, & Lxx virorum explanationem Chriſtum perſonent. Sed D. H I E R O. inquies, allegoricè locum illum Matthęi, Ex AEgypto vocaui filium meum de Chriſto interpretatur: ita eſt; ſi quiſquam contendat hęc ad captiuitatem decem tribuum referri, non quod ipſe referat, qui hæc & alia multa ex hoc capite ad Chriſtũ refert litteraliter cum multis veteribus patribus, ſed age quãdo ipſe diuus, vt ſępe teſtati ſumus, nobis author eſt, vt cum Hebręorũ interpretatione noſtrorum maiorum ſententiam conferamus, & expen-

damus,vtra ſit verior, vtraque ſanè vera eſt, nec quiſquam id inficiari poterit. Reliquum eſt vt expendamus vtra huic loco congrat magis: nam illa quæ diximus ex Deuteronomio capit. 1. & capit.32.nemo poteſt inficiari, ſed huic loco quam congruant,ipſe videris, vbi decem tribus,& earum regem in captiuitatem duci audis,vnde nunquam ſunt reuocati, nec reuocabuntur vnquam,quoad ad Chriſtum redeant. Illa ne captiuitas decem tribuum, quæ durat per bis mille annos, illa alienatio à domino per annos bis mille percuſsioni alapæ aſsimilari poteſt? apage talem aſsimilationem. Caſtigatio populi Iſraelitici vſque ad illa tempora alapis poterat aſsimilari; hanc vero pœnam captiuitatis decem tribuum per bis mille annos, & eò amplius, & hanc abalienationem qua nulla maior aut dici aut fingi poteſt(in qua omnes detruduntur ad inferorum pœnas,quod extra domini legem viuũt, quæ pœna quanta ſit verbis exprimi non poteſt, adeo vt Dominus dicat, quod centies retulimus, nullam maiorẽ vaſtationem fuiſſe vnquam ab ipſis ſęculi initijs nec futuram vnquam) putas ne percuſsioni alapæ aſsimilari poſſe? deletæ ſunt omnes tribus ferro, & incendio vna cum regno Iuda, reſidui diſperſi ſunt per omnes terras in exilio degunt per mille quingentos annos exulant miſerrimè, nec reuocantur ex captiuitate, nec reuocabuntur vnquam, quoad ad Chriſtum conuertantur, hæc ne percuſsioni alapæ erunt ſimilia? hæc tu tecum tacitus reputa, & vide an maiora mala poſt homines natos acciderint vlli nationi,aut accidere potuerint, certe ipſe Dominus negat accidiſſe vnquam vlli nationi æquè grauia mala, aut poſſe accidere.aut mecum rationem puta:certe decem tribus, & omnis Iudæorum natio poſt crucem domini ferro,& incendio deleta eſt prorſus, fame, & peſte, afflicta ſeditione, & bello conciſa, reſidui diſperſi per omnes terras

Adeo vt capitale eſſet Iudæis legibus imperatorijs pedem in Iudæam intuliſſe vbicunque agerent. Etiam extra Iudæam miſeris modis vaſtati ſunt à nationibus,ſeruiunt per mille quingentos annos, nec ſpes eſt redeundi in patriam, quid pote amplius, aut æquale? pugnus hic eſt? hæc eſt alapa? Satis captus oculis, & auribus eſt, qui hoc non intelligit: vt ſiue ad captiuitatem decem tribuum ſolam hęc referas, ſiue ad decem tribus, quę ex reſiduis captiuitatis decem tribuum refloruêre, quæ temporibus Chriſti erant florentiſsimæ, nullo modo hæc ſimilitudo poſsit congruere; vt alapæ percuſsioni ſimilis dici poſsit caſtigatio decem tribuum. Alapæ ſimilis erat vſque ad hęc tempora, iam hæc non eſt alapa. Ergo hæc illam alapam ante oculos ponit, quam ſeruus ille inflixit domino,ob quam principes omnes Iudæorum, & pontifices alapis ſunt percuſsi vulgo per vias à Romanis,Nam quæcunque mala intulere Chriſto, ea omnia expetiuêre in ipſorum capita:flagris affecere dominum, flagris cæſi ſunt principes, publicè ſacerdotes & pontifices Iudęorum:alapis dominum affecere, alapis cædebantur per vias Iudæorum principes,ſacerdotes & pontifices:cruce affecere dominum,cruce affecti ſunt Iudæorum principes & ſacerdotes, adeo vt cum cincta montibus eſſet vrbs Hieruſalẽ crucibus fabricandis ligna deeſſent, viæ deficerent crucibus ponendis: tantis malis conſtitit alapa illa inflicta domido.Pontifices defuere poſt illa, & ſacerdotium nunquam poſt illa fuit,nec futurum vnquam.Hæc eſt illa plaga alapæ inflicta domino in eius paſsione, vt de illa intelligendus ſit hic locus,Ero eis quaſi dans alapam excelſo ſuper maxillas eius: ero eis pro vindicta illius plagę, quæ data eſt excelſo ſuper maxillas eius. Si plane Latine dicere malis:ero eis quaſi alapam danti populo excelſo ſuper maxillas eius. Ab hac ſententia non abhorruiſſe D.Hieronymũ inde apparet:quod

ple-

pleraque ex hoc capite de Chriſto interpretatur,& eius ſacra paſsione cum veteribus patribus,vt potuiſſet refellere obiectionem illam Iuliani apoſtatæ impientiſsimi,& Iudæorum,quod hæc de captiuitate decem tribuum dicta ſint,quæ imperite Euangeliſta ad Chriſtum retulerit per enſtaſim,id eſt per inficiationem,negando hæc dicta eſſe de captiuitate decé tribuum, ſed de Chriſto litteraliter. Sed quòd Iudæi contentioſi ſunt,& clamoribus omnia complent,maluit per antipariſtaſin Iudæos,& hæreticum refellere,id eſt per obſiſtentiá,quæ ſic fit: etiam ſi vt dicitis eſſet, tamen recte ab Euangeliſta hic locus citatus eſt tanquam typus illius rei,quæ dicitur in Euangelio. Quod fecit etiam CHRYSOST.& ita mihi magis hæc ſententia placet: vt hæc prophetia citata ſit literaliter,quod totus hic propheta explanatus ſit à veteribus patribus non de captiuitate decem tribuum: ſed de Chriſti temporibus. Nec ſolum hic propheta, ſed omnes duodecim prophetæ minores,& eo retulerint Apoſtoli,& Euágeliſtæ,quoties ex his duodecim prophetis teſtimonia citant, & Lxx viri multis locis ſua tranſlatione Chriſti tempora ſignificát plane & apertè,& IOSEPH. Iudæus,vt alibi explicamus,ad Chriſti té pora retulerit hos duodecim prophetas non ad captiuitatem decem tribuum: vt & noſtros,& Iudęos habeamus teſtes noſtræ explanationis. Et quod vt ſupra retulimus Diuum Petrum & Diuum Paulum duces habeamus 1. & 2. capite huius prophetæ referendi eum ad Chriſtum, non ad captiuitatem decem tribuum, & Lucam Euangeliſtam capit. 10. apud quem Dominus locum huius Prophetæ de ſua paſsione interpretatur,& hoc loco autoré & probatoré noſtræ ſententiæ habeamus Euágeliſtam Matthæum,& Lxx ſeniores,qui trecentis annis ante Domini aduentum multos huius prophetæ locos de Chriſto Domino interpretantur planè & apertè. Habemus quoque huius ſententię authores omnes veteres,qui ab initio prophetæ vſque ad finem, quæ interpretatur omnia de Chriſto interpretátur,mihi horum veſtigijs inſiſtere multo præſtabilius eſſe duco,& ego his cartis meam ſententiam propono,& eius authores Apoſtolos,& Euágeliſtas, & Lxx viros,& veteres patres.

Vulg. D. HIERON. Et declinaui ad eos vt veſcerentur.

Tranſlat. LXX. Et reſpiciam ad eum præualens ei.

Diuus HIERO. hæc de eſu corporis & ſanguinis Domini interpretatur: cum in vltima cęna corpus & ſanguinem ſuum dedit diſcipulis. Hinc apparet,& ex alijs locis plurimus duplicem in pleriſque fuiſſe lectionem, & vt ego mihi perſuadeo data opera ita relictam ab ipſis Prophetis: Siquidem hic locus iuxta lectionem Hebræam, quæ nunc circunfertur,& quam D. Hieronymus agnouit eſt admirabilis: & præferens myſterium corporis & ſanguinis Domini,vt in commentarijs explanat Hieronymus, iuxta eam lectionem Hebręam quam agnouête Lxx,magni quoque myſterij ſignificationem præfert. Nam quod D. Hieronymus vertit: Declinaui,reddidere: Et reſpiciam,addita vna littera verbo Hebræo, pro at,declinaui: legere abet; nam vocales non ſcribebantur,reſpexi: & pro, vt veſcerentur: vertere præualens,quod pro ochil,legere,iochel: præualens,à verbo iacol,poſſum,& præualeo: vt ſit ſenſus: præter miracula mille quibus me Deum eſſe agnoſcere poſſent, non ita dudum cum alapis ſum percuſſus id oſtendi,cum ſolo aſpectu feci vt omnes caderent, quum eis dixi: quem quæritis, Ioannis. 18. THEOPH. hæc potius videtur interpretari de vaſtitate inuecta Romanis poſt crucem Domini, qui paſſus eſt ſe in

crucem tolli pro genere humano, poſtea reſpexit ad Iudæos, vt eos meritis afficeret pœnis, & præualuit & deleuit illos.

Vulg. D. HIERON. Non reuertentur in terram Ægypti; & Aſſur ipſe rex eius, quia noluerunt conuerti.

Tranſlat. LXX. Habitauit Ephraim in AEgypto, & Aſſur ipſe rex eius, quia non voluit conuerti.

SI hæc conuenienter ſuperioribus & ſequentibus voles interpretari, dices; Non reuertentur in terram AEgypti, quia fame, ferro, igni delebuntur. (Et Aſſur ipſe rex eius) eorum qui reſidui fuerint ex illa vaſtitate rex erit Aſſyrius, id eſt ſeruient nationibus. Aſſur enim per Synechdochen pro qualibet natione ponitur. Vel dicitur Aſſyrius, por Romano Imperatore, vt alibi oſtendimus: depopoſcêre ſibi regem Imperatorem Romanũ, ſeruient Romano Imperatori. (Quia noluerunt conuerti ad Dominum.) Poſt crucem Domini expectauit illos Dominus per annos quadraginta duos, dum cõuerterentur, & vocauit eos per Apoſtolos, per diſcipulos ad pœnitentiam, & noluerunt conuerti, & ideo deleti ſunt. Lxx ſine negatione legunt, qualia plurima ſint Hebraicè controuerſa inter ipſos Iudæos vtrum cum negatione ſint legenda an ſine ea. Legêre itaque: Habitauit Ephraim in AEgypto, pulſus patrijs ſedibus, poſt vaſtitatem inuectam Iudææ diſpergentur reſidui in omnes terras, alij in AEgypto habitabunt, alij in Aſſyrijs, alij in alijs regionibus quod ad Chriſtum conuerti noluêre.

Vulg. D. HIERON. Cœpit gladius in ciuitatibus eius & conſumet electos eius, comedet capita eorum & populus meus pendebit ad reditum meum, iugum autem imponetur eis ſimul quod non auferretur.

Tranſlat. LXX. Infirmatus eſt gladius in ciuitatibus eius, & requieuit in manibus illius, & comedent de cogitationibus ſuis vel de conſilijs ſuis, & populus eius ſuſpenſus eſt ex incolatu ſuo, & Deus ſuper honorata eius iraſcetur, & non exaltabit eos.

COEpit gladius in ciuitatibus eius) incipient vaſtari ciuitates Iudææ. Nã vt intelliges ex Ioſepho paulatim cœpere vaſtari ciuitates Iudææ, ſi forte reſipiſcerent, & ad Chriſtum redirent, vt ſeruarentur. Sed D. Hieronymus aliã agnouit lectionem Hebræam mutatione vnius literæ ה, in ל: nam pro chalah, ægrotauit, legiſſe videtur, chalal, incœpit. Lxx legêre chalah, ægrotauit, quæ lectio nunc circunfertur: Infirmatus eſt gladius in ciuitatibus eius, factum ita leges Hieroſolymis apud Ioſephum lib. 5. & 6. de bello Iudaico, & fame erant adeo confecti: vt nõ eſſet eis potentia armorum tenendorum, & in alijs vrbibus omnia cedebant peſsimè. (Et conſumet electos eius) præcipuè, vt dictum eſt centies, omnis peſtis illius belli recidit in primarios & principes, quod ſignificant etiam verba ſequentia: (Et comedet capita eorum) iuxta illud: væ vobis Phariſæi, &c. Lxx pro conſumet & electos eius, edidêre: Requieuit in manibus eius, quia chileta, verbum Hebræum, conſumet, ſignificat: vt vertit D. Hieronymus conſumet gladius, & deficiet: vt vertere Lxx, deficiet gladius, quia præ morbo peſtis & famis deficiebat gladius in manibus eorum: quod D. Hieronymus

nymus legit badau,electos eius: nã bad, aiunt Rabini ſignificare mendacem, & virum fortem: & inde Hieronymus vertit: fortes electos eius: Iudæi dictionem Hebræam confodiunt obelo,tanquã ma le verſam à D.Hieronymo,quod nõ vertit vt R. Ioſeph: Conſumet membra eius vel filios eius: & benè congruit ſentētiæ hæc Iudæorum interpretatio: Lxx vero pro badau,legêre,bejadau;in manibus eo rum.Pro capita eorum,Hebraicè eſt con ſilia eorum. D. Hieronymus; conſilia eo rum eſt interpretatus conſiliarios, ſenatum, capita populorum: Lxx ad verbum reddidere: comedent de conſilijs ſuis,luēt pœnas conſiliorũ,quę cœpere aduerſum Ieſum, vt illum perderent. (Et populus meus pendebit ad reditum meum) quando illos liberem, quando redeam illos liberaturus,expectāt enim iam mille quin gentos annos vt liberem eos captiuitate; & expectabunt fruſtra, quoad redeant ad Chriſtum. Lxx pro meſubathi ad reditum meum, legere meſubato, ad reditum ſuum: quando meo iuſſu redeant ex captiuitate, eadem eſt ſententia; ex incolatu ſuo, ergo quando illos reuocem ad ſuum incolatum. (Iugum autem imponetur eis ſimul) pro hoc Lxx, Deus ſuper honorata eius iraſcetur: quod. אל. articulus eſt,ſi ſcribatur cum cegol: ſi cũ cere,Deus, & על, ſi accipiat cholem, pun ctum iugum: ſi patach,ſuper,Et ita D.Hie ron.vertit: & iugũ quod articulus nõ ver titur Latinè, quod noſter ſermo articulus nõ habet Lxx,reddidere & Deus ſup; & pro Hebræa lectione, iqurahuhu, legere, querue: nobiles nominatos: iachad; ſimul; leger iachar, iraſcetur: & Deus ſuper nobiles eorum iraſcetur ſuper nobilitata eorum, ſuper templum, & Hieroſolyma & ſacrificia, ſequentia verba. lo ieromem: verti poteſt, vt reddidit D.Hieronymus. Nõ auferetur ab eis iugum,nec recipient priſtinam illam maieſtatem,quia vbi venit veritas,vmbra ni hil eſt opus. THEOPH. ſic hæc explanat: Honorata populi, Hebraicè templũ, & quæ in eo ſunt in quæ iratus Dominus dixit: Relinquetur terra veſtra deſerta,& non exaltabitur amplius hic populus. Et interpretatur etiam aliter, cum dixerat (inquit Propheta) pendebit hic populus ex incolatu ſuo,ex rebus terrenis, ex opi bus,ex diuitijs. Nam vox Hebræa meſubato,hoc poteſt ſignificare à verbo iaſab habito. Pendent ergo, inquit, Iudæi ex re bus terrenis, & ita Deus iraſcitur in eorũ honoratiſsima,in diuitias, in honores, in vxorem & filios, & potiſsimum in eorum animas, nunquam hunc Deus exaltabit (inquit) D. Hieronymus. Hæc vertit breuius,(Iugum imponetur eis ſimul) iugum captiuitatis.(Et non auferetur) nõ liberabuntur captiuitate quoad redeant ad Chriſtum. Iudæi noſtri temporis; & Iudaizantes עול, iugum legunt, alius על, excelſus, id eſt, Deus,& quod D. Hieronymus legit cum punctis paſsiuæ vocis, legunt cum pũctis vocis actiuæ: ſic enim R.D. hunc locum interpretatur,& ad ex celſum vocabant Prophetæ,inquit,voca bāt populum ad excelſum,vt leges in dictione. עלה: vt intelligas Iudæos mutare puncta,& ſignificationes,nec mirere tantopere Lxx,qui trecentis annis ante Chri ſti tempora Chriſtum ſonant, & Chriſti myſteria, ſi alia agnouere puncta, & aliã Hebræam lectionem aliquando.

Vulg. D. HIERO. Quomodo dabo te Ephraim? protegã te Iſrael? quomodo dabo te ſicut Adama? ponam te vt Seboim? cõuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea, nõ faciam furorem irę meæ, non conuertã vt diſperdam Ephraim.

Tranſlat. L X X. Quid tibi faciam Ephraim? protegam te Iſrael? quid tibi faciam? ſicut Adama ponam te? & ſicut Seboim?

Seboim? conuerſum eſt cor meum in idē, conturbata eſt pœnitentia mea, non faciā iuxta iram furoris mei, non derelinquam vt deleatur Ephraim.

AMBROS. de pœnitentia libro. 1. cap. 4. docet hoc loco Oſee, vocari peccatores ad pœnitentiam, & ſpectare eos Dominum, vt agant pęnitentiam, & Dei indignationem eſſe ad terrendos quoſdam, vt indignationis ſuę furore eos conuertat, ita vt in quibuſdam indignatio non vltionis ſit executio, ſed magis abſolutionis operatio: & videtur ſentire, hæc verba Domini Ieſu eſſe. Ait enim Ambroſius: Quid enim Dei miſericordia promptius, quam quod ipſe per Oſeam dixit his, quibus iratus minabatur, quibus continuo tanquam reconciliatus indulget: Ait enim quid tibi faciam Ephrē? quid tibi faciam Iuda? & infra: quomodo te conſtituam? veluti Adama efficiam te? ſicut Seboim? quæ duæ vrbes Sodomorū erant, faciam te incendio de cœlo miſſo conflagrare, vt olim conflagrauere Sodomitarum vrbes: ſiquidem maioribus flagitijs te contaminaſti, quam olim Sodomitæ; conuerſum eſt, inquit, cor meum, in eo ipſo, cōturbata eſt pœnitentia mea, non faciam ſecundum iracundiam furoris mei: Nonne apparet quod ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Ieſus, vt indignationis ſuæ nos furore conuertat? Hæc Ambroſius. Ergo quomodo dabo te Ephraim? Romanis armis, ſcilicet vt delearis prorſus, Protegam te Iſrael, cum Romani te vallo circundabunt, cū ad terram proſternent te. (Quomodo dabo te ſicut Adama) crimen Iudæorū qui Chriſtum affecere cruce Sodomis ſemper comparatur, vt dictum eſt in Amos Prophetam, & latius in Eſaiam afficiam te ſimili pœna ſicut Adama, & Seboim vrbes Sodomorum: delebo vos omnes igne de cœlo miſſo: Conuerſum eſt cor meum &c. vt ait Ambroſius ibidem, in dignatione veluti patrio affectu dubitat, quomodo ad pœnam tradat errantem, loquitur more humano, nō quod in Deo ſint hæ dubitationes. Idem ait CHRISOSTOMVS Homelia. 3. de pœnitētia, Terret, inquit, Dominus & ſpem dat, Quid tibi faciam? quaſi dicat neſcio quid faciam: ait Chryſoſtomus, neſcis quid facias? ſcio, ſed nolo. Expetit peccatorum natura, ſed continet clementiæ, pietatiſq́; magnitudo. Quid tibi faciam? parcam tibi? Sed non credis, perſequar te? Sed mea non ſuſtinet clementia: quid tibi faciam? vt Sodomam ponam te? & vt Gomorrham ſubuertam te? conuerſum eſt cor meum: impaſsibilis, paſsibilem imitatur hominem, magis autem amabilem matrem. Sed turbatus, inquit, ſum in mea pœnitentia, & Deus turbatur, & iuſte id quidem cogitas. Deus enim immutabilis, ſed noſtras imitatur dictiones.

Vulg. D. HIER. Non conuertar vt diſperdā Ephraim, quia Deus ego & non homo, in medio tui Sanctus & non ingrediar ciuitatem poſt Dominū ambulabunt.

Tranſla. L X X. Non derelinquam vt deleatur Ephraim, quoniam Deus ego & non homo in te Sanctus, & non ingrediar in ciuitatem, poſt Deum ambulabo.

EVSEBIVS Pamphili demonſtrationis Euangelicæ libro. 5. demonſtratione. 22. duas perſonas patris & filij demonſtrari hoc loco ait. & Chriſtum hoc loco Deum appellari, idque planè iuxta tranſlationē Lxx, Non reliquam vt deleatur Ephraim, non prorſus delebo Iudæos poſt meam crucem, quod

per

per varia temporum interualla intrant Eccleſiam multæ Iudæorum miriades:& in fine ſæculorum ſunt intraturi omnes, cùm intrauerit gentium plenitudo. Quia Deus, ego & non homo in medio tui ſan ctus:ſic diſpungendũ eſt tã in noſtra vulgata,quam in tranſlatione LXX. EVSEB. Deus incarnatus, inquit, ad eos, qui dicebant eum hominem eſſe Sanctum & non Deum; Deus ego ſum & non homo in medio tui Sanctus,vel non homo in te ſanctus, id eſt non ſum homo Sanctus tã tum, vt dixère: tu homo cum ſis, facis teipſum Deum? Non ſum homo tãtum, ſed Deus factus homo, & cùm ſe dixerat Deum,ſubijcit,poſt Deum ibo,poſt Deũ patrem ibo, patri obtemperabo, hæc ergo interpretatur ſic EVSEB. vt Chriſtus Deus dicatur hoc loco,& Dei facere mandata in quantum homo. Ergo iuxta Lxx Deus it poſt Deum,Deus filius mandata accepit à patre,& ea facit. D. HIERON. aliam lectionem Hebræam agnouit,non legit enim:Poſt Deum ambulabo,ſed in tertia plurali;Poſt Deum ambulabunt, Iudæi conuerſi,ſcilicet cõuertentur enim multi, vt dixi. Hæc varietas perſonarum Hebraicè vbi eſt duplex lectio,non rara eſt. (Non ingrediar ciuitatem)non introibo ciuitatem Hieruſalem vt illam defendam. Vt ſignificet non delendos quidem Iudęos prorſus,ſe tamen non defenſurum Hieroſolyma quando ruat,& audita vox illa eſt Angelorum re linquentium Hieroſolyma, cum gloria Domini,iuxta Prophetam, deſeruit Hieruſalem. Relinquamus has ſedes: poſtquam relictæ ſunt, non eſt Dominus rediturus, vt eas illuſtret. EVSEB. Cum reſurrexero,inquit Dominus, non redibo ad conuerſationem hominum, nec verſabor in Hieruſalem cum meis, quia ego Deus ſum non homo tantum. CYPRIA. 356. in teſtimonijs lib. 2. aduerſus Iudæos cap. 6. multa citat teſtimonia ſcripturę,quibus probat,Chriſtum eſſe Deũ: inter quę hoc citat. & tam planum putat, vt interpretatione non credat egere. Itẽ apud Oſee dicit Dominus,nõ faciam iux ta iram indignationis meæ,non ſinam deleri Ephraim,quoniam Deus ego ſum & non homo in te Sanctus,& non introibo in ciuitatem, poſt Deum ibo, hactenus CYPRIA. Vbi Deus eſt,qui loquitur: ipſe enim ait:Quoniam Deus ego ſum,& ſubijcit,poſt Deum ibo, quæ lectio antiquiſsima eſt Hebraicè: quando .72. Iudæi illius teſtes ſunt. Hæc culpa Iudaizantiũ, qui omnia peruertunt, male diſpuncta ſunt in quibuſdam exemplaribus. Antiqua diſpunctio,ex EVSEB. & CYPR. & THEOPH. nota eſt.

Vulg. D. HIERO. Quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet,& formidabunt filij maris, & auolabunt quaſi aues ex Ægypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum, & collocabo eos in domibus ſuis dicit Dominus.

Tranſla. LXX. Sicut leo rugiet quia ipſe rugiet, & ſtupebunt filij maris & venient quaſi aues ex Ægypto, & quaſi columbæ ex terra Aſſyriorum, & reſtituam eos in domus ſuas dicit Dominus.

IAm hæc omnes,non ſolum noſtri,ſed etiam Iudæi olim ad Chriſtum referebant, quod argumentum eſt etiam ſuperiora ad Chriſtum ſpectaſſe? Quaſi leo rugiet,quando infernum contriuit,& mortem vicit,iuxta illud:Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti vt leo, & quaſi leæna quis ſuſcitabit eum? ſic RVPER. ſic HIERO. ſic etiam B. PROS. de prædictionibus Dei parte. 3 promiſsione 30. Impleta ſunt de incredulis diſcipulis increpatis, quæ Oſee prædixit: ſicut leo rugiet, firmat enim hoc Euangelium Marci. Apparuit illis Ieſus & increpuit incredulitatem eorum:& iuxta illud Geneſis:

neſis: Aſcendiſti & dormiſti, vt leo, &c. quia ipſe rugiet, ipſe & diſcipuli ſua prædicatione minitando pœnas ſempiternas regnum cœlorũ promittendo. THEOPHY. Rugijt Dominus, quando clamans voce magna emiſitſpiritũ, inquiẽs: In manus tuas Dñe commendo ſpiritũ meũ: tũc filij maris, filij draconis, qui regnabat in aquis principis huius mundi formidabunt, cùm videbunt ſpoliatos inferos. Ergo THEOPH. etiam vt leonem rugijſſe Dominum putat, cùm dixit: Aperite portas principes veſtras, &c. & filios maris, filios baptiſmi interpretatur. RVPERTVS & THEOPH. auolaſſe quaſi aues ex AEgypto, cum prædicatione Chriſti, qui reſurrexit vt leo deuicta morte, & deuictis inferis: prædicatione Euangelij facit nos auolare ex AEgypto, ex Aſſyrijs, ex omni natione ad terram, quam ſancti ſunt poſſeſſuri, quæ terra viuentium eſt: quippe ipſe Deus, ad manſiones quæ ſunt apud patrem, (hoc enim ſignificare putat verba illa, collocabo eos in domibus ſuis) in ſuis manſionibus quæ multæ ſunt apud patrem. De varietate lectionis Lxx leges apud Hieronymũ, qui hunc locum ſic quoque interpretatur, vt dixi, de Chriſto, & Chriſti temporibus vt multo plura ex hoc cap. de Chriſto interpretetur, quam de captiuitate decem tribuum.

Vulg. D. HIERON. Circundedit me Ephraim in negatione, & in dolo domus Iſrael.

Tranſlat. LXX. Et circundedit me in mendacio Ephraim, & in impietate domus Iſraël, & Iudas.

THEOPH. quanquam ad Idololatriam refert, refert ad Chriſtum tamen, & eſſe idem putat cum illo: Circundederunt me canes multi, & de falſis teſtibus aduerſum Chriſtum interpretatur. Ergo circundedit Ephraim Dominum in paſsione, in negatione cum eum negauit, inquiens; Noli ſcribere rex Iudæorũ: & non habemus regem niſi Cęſarem. Rupertus eodem refert, ſed neſcio quæ mala hæc ſit ſors, vt cum RVPERT. ſit profeſſus ſtultiſsimum eſſe interpretationẽ Hebræorum ſequi, illam non deſinat ſequi, & inuita & repugnantia verba eo trahat, poſtea ad Chriſtum redit, ſed fortaſſe dabat hoc illis temporibus, quæ hęc exigebant. Hæc Lxx aliter diſtinxerint quam D. Hierony. Nam illam vocem Iudas ſuperiori ſententiæ tribuere ait, vt eſſet ſenſus: Ephraim & domum Iſrael & Iuda Dominum in negatione circundediſſe cùm in litteris Euangelicis eum negarunt centies eſſe Meſsiam, eſſe Deum, eſſe miſſum à Deo, & ſic legere: & in impietate domus Iſrael & Iudas circundedit, ſcilicet Dominum & nouo initio, & ſic interpretatur D. Hieronymus, vt fere totum hoc caput D. Hieron. de Chriſto explanet & de eius temporibus.

Vulg. D. HIERO. Iudas autem teſtis deſcẽdit cum Deo, & cum Sanctis fidelibus.

Tranſlat. LXX. Nunc cognouit eos Deus & populus Sãctus vocabitur Dei.

NVnc cognouit eos Deus) THEOPHY. eos, inquit, qui credidere Chriſto ex Iudæis qui populus Sanctus Dei vocabitur: Sed negabis ſic eſſe Hebraicè, & certè aliam lectionem Hebræã agnouere Lxx nam ex רד. deſcendit, litteram. ר. demunt, & ד. cum ſequenti voce coniunxere, quod non raro fit apud Hebræos, vt alij dicant dictiones legendas coniunctim, alij diuiſim. Legêre, ergo Lxx coniunctim, ידע, nouit ipſos Deus, & voculam ſequentem עם, interpretantur populum, quod eam alio puncto legunt, & ſic vertere: Nouit ipſos Deus, & popu-

populus Sanctorum fidelis, ſupple, vocabitur: quod de Apoſtolis, & his qui credidere Chriſto interpretatur THEOPH. Eadem ſententia eſt noſtræ vulgatæ, Iudas enim pro populo credentium poni confeſſa res eſt. Iudas ergo, id eſt, qui Chriſtum ſunt confeſsi, nam iada, cófiteri eſt, deſcendit ex Iudæa, quæ montoſa tota eſt, cum Deo, cum Spiritu ſancto, qui illorum pectora complebat teſtis, iuxta illud Euangelij: Prædicate Euangelium omni creaturę incipientes à Hieruſalem: & iuxta Eſaiam: Eſtote mihi teſtes, &c. Deſcendit ergo teſtis cum Deo, & cum ſanctis fidelibus ad prædicationem Euangelij, & totum orbem peragrauêre diſſeminando Euangelio in omnibus gentibus. D. quoque Hieron. ad Chriſtum refert vt dictum ſupra eſt, vt Diuus hic totum fere cap. referat ad Chriſtum. CYRIL. Glaphyrorum lib. 6. intellige, inquit, nos veluti ignotos Deo propter peccatum, ſcilicet notos factos fuiſſe ei, & propinquos propter Chriſtum, ſuſcipit enim nos libentiſsime quod filius teſtatur nos ſibi cognatione eſſe iunctos, & ſic nos ſua dilectione omnipotens pater dignatur, & nos vocat ad id vt vnum cum eo ſimus. Sed CYRIL. tranſlationem Lxx interpretatur.

CAP. XII. Oſee.

Vulg. D. HIERO. Ephraim paſcit vẽtum & ſequitur æſtũ, tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat, fœdus cũ Aſſyrijs inijt, & Oleũ in Ægyptum ferebat, iudicium ergo Domini cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob, iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei.

Tranſla. LXX. Ephraim malus ſpiritus perſecutus eſt æſtum tota die, inania & vana multiplicauit, & teſtamentum cum Aſſyrijs pepigit, & oleum in Ægyptum mercabatur, & iudicium Domino cum Iuda, vt vlciſcatur Iacob iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius, reddet ei.

EPHRAIM paſcit ventum Lxx. Ephraim malus ſpiritus, vox Hebræa רעה, varijs punctis paſcit ſignificat, & malũ, ſi ſcribas רֹעֶה paſcit, vt reddidit D. Hieronymus: ſi רעה malus, vt vertere Lxx. Ephraim dixi ex EVSEB. demonſtrationis Euangelicæ. libro. 9. demonſt. 17. pro populo impio Iudæorum, qui Chriſto non credidit, & qua cauſa id fiat, Ephraim ergo populi Iudaici impij malus ſpiritus eſt. Malus ſpiritus, immundus ille Lucæ cap. 11. qui redijt in domum ſuam & duxit ſecum alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, ille malus ſpiritus ergo exagitat, & poſsidet Ephraim, cum enim Propheta clauſerit caput proximum prophetia de prædicatoribus verbi, ſubiũgit prophetiam de Iudæis perfidis, qui Chriſtum & Chriſtianos perſequebãtur. Ephraim, id eſt populi increduli (inquiens) ſpiritus malus eſt. THEOPH. ſic diſtinguit: Ephraim ſpiritum malum ſequitur: & cógruit cũ lectione Hebræa etiã. THEOPH. verba ſunt: Quod Iudæi recipere noluerunt Chriſtum ſpiritum oris noſtri, ſub cuius vmbra victuri erant, permiſsi ſunt ſequi ſpiritum malum mundum, de quo Lucas cap. 11. Iudæi huius capitis mutant diſtinctionem, & omnia turbant, vt Chriſto aduerſentur (& ſequitur æſtum) eodem modo Lxx. Nam καύσων æſtus eſt, & docet in Timæo Plato & fuſius in Locrenſi Timæo, eſſe animi morbos exitiales, vt corporis ſunt morbi peſtilentes, & morbos animi exitiales appellat, cum ardet auaritia, aut ſæua cupidine pectus,

cum incenſum libidine eſt, aut inflammatum ira, aliaque praua cupiditate calet. Et Ariſtoteles, & medici te docebunt eſſe cauſon cũ pars corporis extima perexigua febri videtur calere, intima ardentiſsimo calore æſtuant. THEOPH. hũc cauſonem, hunc æſtum zelum videtur interpretari, illum, ſcilicet quo actũ. 5. repleti Iudæi iniecerunt manus in Apoſtolos, & quo actuum. 13. videntes turbas Iudæi repleti ſunt. Denique zelum illum quo repletos Iudæos Eccleſiam Dei perſecutos actus Apoſtolici ſæpe teſtantur, quæ ego omnia veriſsime dicta arbitror, tamen intelligenda hæc arbitror de omnibus Iudæorum vitijs, quibus dediti vt libere in eis verſarentur Chriſto aduerſabantur. (Tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat) Lxx (tota die inania & vana multiplicat.) Sad, vox Hebræa vaſtitatem ſignificat, vt tranſtulit D. Hieronymus, & alijs punctis dæmonem, quo modo Lxx. videntur vertiſſe, nam dæmones ſolent appellari vana, Mendacia namque & inania pro eodem accipiuntur. THEOPH. non currunt (inquit) ad ſacrum Baptiſma, & ſequuntur vanas ſpes; ſperant enim ſe recuperaturos patriam, qua pulſi ſunt, & liberandos ſe eſſe captiuitate. Sed cum Sad, dæmonem ſignificet ſequuntur vanas ſpes recuperando patriã & ſequuntur dæmonem idololatriæ, quorum præſidio ſperant ſe fore tutos. Vulgata D. Hieronymi ſic. ſequuntur mendacia, non ſolum illa de quibus litteræ Euãgelicæ meminère, cum Dominus dæmonium habere dicebant, & in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dęmonia, & eum eum Samaritanum appellabant, & inſanire calumniabantur: ſed quod vt referunt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & referũt IVST. & EVSEB. & HIERO. legatos mittebant in omnes orbis partes qui docerent blaſphemare nomen Domini. (fœdus cum Aſſyrijs inijt & oleum in AEgyptum ferebat) dixerat & vaſtitatẽ, id eſt ea cauſa fuit Iudæis vaſtitatis quod blaſphemando nomen Domini impediebant Euãgelij prędicationem, qua ne impediretur accelerauit Dominus Iudæę vaſtitatem: ſubijcit, inibat populus Iudaicus fœdus cum Aſſyrijs & alijs nationibus, per ſynecdochen, cum ex vno plures intelligimus, aut omnes: vt docet Quintilianus. Ergo cum Aſſyrijs, id eſt cum Aſſyrijs, cum AEgyptijs, cum Romanis, & alijs nationibus & ferebat oleum & vnguenta pretioſiſsima ad AEgyptios, ad Romanos, ad alias gentes vt ex vno plures ſignificentur vt ait Fabius, & Samem, vox Hebræa oleum ſignificat, & vnguentum, vnguentis porro admiſcetur etiam oleum. Sperabant Iudæi ſe poſſe Dei iram fugere aliarum nationum præſidio, & ideo ad populum Romanum, & ad alias nationes mittebãt legatos, mittebãt munera pretioſiſsima: THEOPH. hæc aliter: quod D. Hieron. aliter hęc vertit quã Lxx. Quod enim D. Hieronymus verterit fœdus, cum Aſſyrijs inijt, Lxx reddiderant teſtamentum cum Aſſyrijs pepigit: quæ verba tranſlationis Lxx interpretatur THEOPH. id eſt fecit populus Iudaicus rebellis vt teſtamentum ferretur cum Aſſyrijs, vt teſtamentum vetus & nouum trãſiret ad Aſſyrios, ad nationes, ex vnis enim Aſſyrijs ſignificat nationes omnes, per ſynecdochen, vt dixi, iuxta illud: Auferetur à vobis regnum & dabitur genti facieti fructum. Ablatum ergo teſtamentum à Iudæis percutietur cum nationibus: id ſua perfidia efficiet Iudęi. (Oleum in AEgyptũ ferebat.) THEOPH. Dei oleum Iudæi ſuã perfidia nationibus reliquère, iuxta illud: vobis oportebat primum regnum Dei prædicari, &c. Ecce conuertimur ad gentes. Itaque inquit THEOPH. impijs Iudæis gentes ſucceſſère hęredes, Olei ſacramentorum & Spiritus ſancti. Oleum inquit Theophylactus Spiritus ſancti quo inuncti ſumus baptizati, qui ex nationibus ſumus. (iudicium ergo Domini cum Iuda) prædicitur vniuerſæ Iudææ vaſtitas poſt crucem Domini, quando Chriſtũ, quem expectabat promiſſum patribus & præſignificatum

nificatum tota lege veteri recipere noluerunt, nec id ſolum, verum alijs nationibus erant impedimento, ne illum reciperent (iuxta vias eius) vaſtabitur Iudæa vt commeruit.

Vulg. D. HIE. In vtero ſupplãtauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cũ Angelo, & inualuit ad Angelum & confortatus eſt.

Tranſla. L X X. In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in labore ſuo præualuit ad Deum, præualuit cum Angelo & potentiam habuit.

DIximus quoties Propheta hiſtoriam veteris teſtamenti citat, illã citare tanquam typum rei de qua agitur, quod Propheta hoc capite agit, cum hiſtorias multas citat ex veteri teſtamento, vt eas typos eſſe oſtendat myſteriorum Chriſti, oſtendit ergo Propheta hiſtoriã totam Iacob typum fuiſſe perſecutionis Iudæorum, qua Chriſti etiam ab vtero ſunt perſecuti. Siquidem Iacob cum plãtam fratris ſui apprehendit, ac ſupplantat populum Iudæorum ſignificat, qui fratrẽ ſuum Chriſtum recens natum ſupplantare eſt conatus. Nam cum magi venere & quæſiere, vbi natus eſſet rex Iudæorum, Herodi monſtrauere patriam & ſimul cum Herode, vt aiunt, veteres patres fecerunt vt occiderẽtur pueri Innocentes à bimatu & infra, vt Chriſtus puer occideretur. Ita Iacob, id eſt Iudæorum populus ſupplantare Chriſtum fratrem ſuum eſt conatus. Nam ſcripturæ canon eſt, vnũ, ſepe duas perſonas ſuſtinere. Nam Moſes ſpiritaliter pro Chriſto ponitur, aliquando pro infideli Iudaico populo. Et hoc loco Iacob pro populo Iudaico qui à Iacob ortum trahebat, & frequentiſsime pro Chriſto, qui ex eius ſemine natus eſt, ex ſacra Virgine videlicet quæ nata ex ſemine Iacob erat, & ad hoc exemplum ſequẽtia omnia interpretatur T H E O. (Nam quod ſequitur, in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo) Chriſti paſsionẽ ſignificare ait, vbi Iacob. i. populus Iudæorũ (eſt enim mos ſcripturæ Iacob & Iſrael appellare vniuerſum Iudæorum populũ) eſt directus aduerſus Angelum magni Cõſilij, id eſt aduerſum Deum, vt vertere Lxx & Elohim vtrunq; ſignificat Deum, & Angelũ & Sara, verbum Hebræum præualere ſignificat, & dirigere vt vtraque trãslatio cum Hebræa lectione congruat: & ita Lxx vertere, prçualuit quod illa fuit hora tenebrarum, D. Hiero. reddidit directus eſt, à verbo Iaſar dirigere, quod Iudæorũ impius populus auſus regi gloriæ afferre manus. Be ono, vox Hebræa D. Hieron. tranſtulit in fortitudine ſua, quod on, fortitudo eſt, & impietas & labor, & ita Lxx vertere in labore ſuo. i. in ſuam peſtem, vel in impietate ſua: cum ergo propheta ſupra dixerit, iudicium Domino eſſe cũ Iuda, & retaliaturum Dominũ mala Iudæis, quæ ab illis acceperat, enumerat Iudæorum impietates, & hanc primã omnium, quod Chriſtum recens natum vna cum Herode extinguere ſunt conati, quẽ expectabant, & ſigna quæ acceperant loci, & oppidi vbi Dñs erat oriturus, ad inſidias Dño faciendas detorſere, vt quẽ expectaſſent tandiu, cum adueniſſet, extinguerent, quod præmonſtratũ indicat Propheta hiſtoria hac Geneſeos de qua dixi (inualuit ad Angelum & confortatus eſt) Lxx, & confortans eſt cum Angelo, & potentiam accepit: Inualuit Iacob aduerſum Angelum magni conſilij, aduerſus Chriſtum ſcilicet & confortatus eſt, fortitudinem accepit. Nam verbum Hebræum & Græcum ſignificat accipere illam poteſtatem, de qua Dominus: Non haberes vllam poteſtatem in me, &c. Ita inquit T H E O P H. ſignificari Iudæos præualituros poteſtate data deſuper aduerſum Angelum magni conſilij. A V G V S T. ſuper Iudicum libr. 7. q. 49. Ia-

Vnus ſepe duas typicè perſonas ſuſtinet.

Elohim qd.

cob inquit præualuit Angelo, Chriſti infirmitati, quia ita voluit, vt ab his quæ oportebat in paſsione perferret. A V G. quoque contra Maximinũ Arianum lib. 3. cap. 25. hunc locum ſic interpretatur vt Theophylactus: vt per luctam Iacob & Angeli Chriſtus ſit figuratus: quia futurum erat vt Iacob in filijs qui crucifixere Chriſtũ, præualuiſſe Chriſtum videretur; & in filijs ſuis videret Chriſtum facie ad faciem, & ait A V G V S T I N. Oſeam Prophetam dicere cum Iacob Angelum & Deum fuiſſe luctatum: quod idem erat Deus, & Angelus magni conſilij, & refellit illic hæreticum illum, qui hunc huius prophetæ locum explicabat hæreticè. A V G. contra Fauſtum Manichæũ lib. 12. cap. 26. Quis alius inquit in Angelo cum Iacob luctatus: cum ſibi prçualẽtem quaſi fortiorem infirmior, victus victorem partim benedicit, partim latitudinem fœmoris eius claudam reddit: niſi qui prçualere aduerſus ſe populum Iſrael eſt paſſus, vt redimeret nos? quoſdam qui crediderunt benedixit in eis, latitudo autem fœmoris Iacob in multitudine carnalis populi claudicauit. Hæc Auguſtin. Nam confeſſa res eſt in fœmore eſſe vim generatiuam, vim ſeminis, & ponitur pro poſteris Iacob. Idem contra Secundinũ Manichæum lib. vno cap. 23. luctans Iacob cum Angelo, vbi futura cum carne Chriſti figurata eſt lucta populi Iſrael prophetice, tibi riſum mouet. Et quæſtionũ ſuper Geneſim lib. 1. cap. 85. de lapide quẽ vocauit Iacob domus Dei, prophetia eſt de domo Dei futura, non enim illum lapidem Deum appellat, ſed domum Dei, quia in illo erat futura. Et lib. 7. quæſtionum ſuper Iudicum cap. 49. quod in Iudæis completum eſt, inquit, qui præualuerũt infirmitati Chriſti, quia ita voluit, vt ab eis, quæ oportebat paſsione perferret: & ideo Iacob præualuit Angelo cum quo luctabatur. Idem Auguſtinus lib. 12. cap. 26. Quis alius, inquit, lapis poſitus ad caput Iacob, vt nominatim quodam modo exprimeretur illo lapide Chriſtus; quis alius, inquam, ille lapis eſt ſic vnctus niſi Chriſtus? quis enim neſciat Chriſtũ ab vnctione nomen accepiſſe, quod tunc Iacob per benedictionem appellatus eſt Iſrael: amen dico vobis, inquit, Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes videbitis ſuper filium hominis, vt Angeli Dei aſcendentes Euãgeliſtæ eſſent, aſcendẽtes ad illud: In principio erat verbum, & deſcendentes ad illud: verbum caro factum eſt. C Y R I L L V S lib. 5. in Geneſim de Iacob quando aſcendimus in Bethel in domum Dei (id enim Bethel Latine ſonat) illic lapidem agnoſcemus illũ, qui factus eſt in caput anguli, hoc eſt Chriſtum vnctum à patre oleo exultationis, vnctus eſt enim à Patre Dominus in lætitia omnium noſtrum, in exultatione vniuerſæ terræ, & vnctus Spiritu ſancto; vt Trinitas plane illo typo ſit ſignificata, ſed vt illic in typo eſt ſignificata Trinitas, hic in prophetæ verbis. Et viſum Deũ ait A V G V S. in forma hominis, quod futurum erat vt fieret homo, eadem pene verbis eiſdem ait G R E G. Nazianzenus in libro de fide Iacob (inquiens) Dominus eſt viſus apud Oſeam in Angelo & in homine vt ſe indicaret eſſe illum magni conſilij Angelum, in homine vt imaginem oſtenderet futuræ colluctationis cum factus homo cum filijs Iacob in paſsione eſt colluctatus. Lectio Hebræa ſic quoque verti ad verbum poteſt. Et in impietate ſua principatus eſt aduerſum Deum, id eſt, exercuit Iacob in filijs ſuis principatum aduerſus Chriſtũ, cum Dominus in ſua paſsione adductus eſt ad Anam & Caipham Iudæorũ principes. Vbi Iudæorum principes Chriſtũ Dominum iudicabant vinctum. Principabantur ergo principes Iudæorum aduerſus Dñm, & Chriſtus Dñs vinctus corã illis ſedentibus adſtabat. Et illud quod ſequitur: Inualuit ad Angelum: ſic quoque poteſt reddi: & principatus eſt aduerſum Angelum, id eſt exercuit principatum aduerſum magni conſilij Angelum, & potuit vel accepit poteſtatem, ſic

enim

enim vertere Lxx, quia data eſt Iudæorũ populo & principibus tenebrarum poteſtas aduerſus Chriſtum & ſic interpretabimur illud noſtræ vulgatæ: confortatus eſt, id eſt robur accepit, & poteſtatem vt hoc faceret, & permiſſum eſt in corpus Chriſti robur, & Chriſti corpus pati permiſſum eſt.

Vulg. D. HIERO. Fleuit, & rogauit eum.

Tranſla. LXX. Fleuerunt, & deprecati ſunt me.

AVGVSTIN. tomo 4. Quæſtionum ſuper Geneſim, lib. 1. quæſt. 104. Quod Iacob ab illo Angelo (inquit) cui præualuit luctando, deſideret benedici magna eſt de Chriſto prophetia, præualere viſus eſt Iacob Chriſto per eos poſteros ſuos qui Chriſtum in crucem ſuſtulere, benedicitur à Chriſto in ſuis poſteris, qui credidere, & baptizati ſunt. Claudicauit Iacob in latitudine fœmoris, in multitudine filiorum ſuorum, qui non crediderunt: & quod pauci ex poſteris Iacob crediderunt, & multitudo generis Iacob non crediderit, Claudicaſſe dicitur in latitudine fœmoris in ſui generis multitudine. Hoc latius idem AVG. contra Fauſtum Manichæum lib. 12. Sed magna quæſtio eſt apud D. HIER. & THEO. cur cum Hebraicè ſit: fleuit & rogauit, numero ſingulari, & ita omnes tranſlatores verterint, Soli Lxx reddiderint numero multitudinis: aut quo ſpectarint? quid ve ſibi voluerint? facilis his temporibus, mea quidẽ ſententia eſt reſpõſio. Iudęi & nonnulli alij illa verba, fleuit & rogauit, ad Angelũ referunt, vt Angelus fleuerit & rogauerit Iacob, vt ſe dimitteret victũ iã, & ſuperatũ. Imperitos homines: Angelus incorporeus Iacob rogat, vt ſe dimittat? A page hominum ſtultitiam: & tamen in pretio ſunt. Lxx ergo, quos Auguſt. & alij patres ſua tranſlatione ſcripturæ lucem afferre teſtantur, quod interim pro tranſlatione ſcripturæ paraphraſim reddant, interim commẽtariola quædam, Lxx in quã ſuã tranſlatione admonẽt nos, quid hęc hiſtoria ſignificet, & eius typum: fleuerunt, inquiũt, poſteri Iacob qui me cruce affecere, egerunt pœnitentiam, & me deprecati ſunt. Ita enim interpretantur hunc locũ AVG. GREG. & THEOPH. de poſteris Iacob, qui crediderunt, & egerũt pœnitentiã, quod Chriſtum cruce affecerint. Vulgatus ille canon eſt in ſcriptura totũ poni pro parte & contra vt Iacob pro parte ſuæ ſobolis ponatur: vt ſupra pro perfidis Iudæis, & hoc loco pro his; qui ex eius poſteris Chriſto credidere. Rurſus canon eſt Auguſtini, ſolere prophetas tropicis locutionibus miſcere veritatẽ, vt obſcuritati tropورum veritas admiſta lucem afferat, qua de re Quintilianus cap. de tropis vbi duplex genus allegoriæ facit, totam allegoriam & allegoriam permiſtam, cum pars rei ſignificatę permiſcetur allegoriæ, quo in genere inquit Quintilianus ſpecies ex accerſitis verbis venit, intellectus ex proprijs, id eſt ex parte adiuncta rei quæ per allegoriam ſignificabatur, ex veritate rei ſignificatæ admixta. Hoc ergo quod pro pnetis tribuit Auguſtinus nõ ſolum Prophetæ faciunt, faciunt etiam Lxx frequẽter, admixto vno verbo aut duobus rei ſignificatæ totam pandunt veritatem rei per allegoriam prædictæ. Vulgata ergo quæ Hebræam lectionem ad verbum reddit, ſic explanabitur, fleuit Iacob poſtquam præualuit aduerſus Angelum teſtamenti in poſteris ſuis. TERTVLLIANVS in libro de Trinitate fol. 512. de loco illo Geneſeos diſputans, Homo inquit luctabatur cum Iacob ſi homo ſolitarius, quis eſt iſte? Vnde eſt? quare cum Iacob luctabatur? quæ ratio contentionis iſtius tantæ? quare Iacob, qui ad tenendum hominem cum quo luctabatur fortior inuenitur benedictionem ab eo, quem ipſe detinebat poſtulat, quia iam

Allegoriis interdũ admiſcetur veritas.

Lucifer orietur, niſi quia præfigurabatur contentio hæc inter Chriſtum & filios Iacob futura, quæ in Euangelio perfecta narratur, contra Chriſtum in quantū homo colluctatus eſt Iacob & potentior eſt inuentus cum illum cruci ſuffixit, & quamuis ſuperior damnando Chriſtum repertus, eget tamen Chriſti miſericordia & benedictione. Sed hic homo qui cū Iacob luctatus eſt, non, inquit, nomen tuum vocabitur Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Ac ſi Iſrael eſt homo videns Deū, oſtendit perſpicue Dominus, quod non tantum eſſet homo is, cum quo luctabatur, ſed & Deus; Et vt nulla eſſe poſſet dubitatio, interpretationem ipſe poſuit dicendo: Quia inualuiſti cum Deo. Ob quam cauſam hic idem Iacob intelligens iam vim Sacramenti nomen loci illius in quo colluctatus eſt, vocauit viſionem Dei, & ſubiunxit cauſam: vidi, inquiens, Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Vidit autem Deū, cū quo colluctatus eſt, quaſi cū homine, ſed hominem quidem, quaſi victor tenuit, benedictionem autem à Deo vt inferior poſtulauit. Ita cum Deo, & cum homine colluctatus eſt, & lucta illa ibi præfigurata in Euangelio inter Chriſtum & populum Iacob perfecta eſt. Hæc Tertullianus, & alij veteres quos citaui, vt appareat quam Iudaizet quorundam ſententia, qui vbicunque fere de perfidis Iudæis mentio eſt, Iudæos laudibus in cœlum ferunt: nec vident quam ſuæ famæ male cōſulant, cum legentem ſubire poſsit ille verſiculus: laudibus arguitur vini vinoſus Homerus. Quid iniquites populus Iudai, cus non populus Dei dicebatur, quid niſi. Sed vbi de perfidis Iudæis mentio eſt, nihil eſt quod illos commēdes, quos Chriſtus Dominus, Apoſtoli, & Euangeliſtæ & vniuerſa eccleſia vituperat perfidos.

Vulg. D. H I E. In Bethel inueni eū, ibi locutus eſt nobiſcū.

Tranſla. L X X. In domo iniquitatis inuenerunt me, vel in domo fortitudinis inuenerunt me; ibi dictum eſt ad ipſos.

VAtablus in illa verba capitis ſuperioris, quæ facit huius capitis initium admonet eſſe ibi magnum Trinitatis veſtigium, facit enim Iudæos nos tanquam ineptos, vbi non comparet Trinitatis veſtigiū, ibi teſtatū eſſe Trinitatis myſterium. Hoc loco vbi Trinitas perſonarū magno nitet ſplendore, turbat omnia malus, tamen à nimis delicatis fertur in oculis, qui fuga laboris ſacrarum litterarū myſteria vno verbo intelligere affectant; nec vident A M B R O. & alios patres teſtari ſic perijſſe Iudæos, dum quę in ſumma ſuperficie ſcripturæ prominere videntur, conſectantur: & pro poculo ſapientiæ, qui illos imitantur, poculū præſentiſsimi veneni hauriunt. T H E O D. de curandis affectionibus Græcorū hunc interpretandæ ſcripturæ canonem præſcribit, Scripturam ſacram de Deo nunquam loqui pluraliter, niſi cum ſacræ triadis nobis myſteria pandit. Ergo cum de lucta Iacob cum Deo ſermo ſit habitus, & cum monſtratum ſit luctam illam paſſionis Chriſti typum fuiſſe, pergit dicere propheta: illic in Bethel inuenit Iacob cū Chriſtum, ſcilicet illic cognouit Chriſtū, cum tulit lapidem cap. 28. Geneſeos, & fudit oleum deſuper: lapis ille Chriſtus erat, quem reprobauerunt ædificantes, qui factus eſt in caput anguli, oleum exultationis Spiritus ſanctus eſt. Hos typos Patriarchæ nouerant, & eorum ſignificationes quaſi per manus tradebant poſteris: illic ergo in Bethel intellexit Chriſtū Iacob & Spiritū ſanctū, & in Bethel locutus eſt Iacob nobiſcū, cum tribus perſonis diuinis. Illa quoque verba: In Bethel inuenit eum, poſſes vertere, in Bethel inuenit nos: vt his de Deo pluraliter loquatur, de tribus perſonis, ſcilicet iuxta canonem Theodoreti: in Bethel inuenit nos: ibi locutus eſt nobiſcum: & hoc ita eſſe intelliges ex A V G. quæſtionum ſuper Geneſim lib. 1. quæſt. 84. qui ſignum

ait in prophetia euidentiſsimum eſſe Tri
nitatis conſtitutum. Vides, inquiens, Deũ
innixum ſcalæ, vides lapidẽ illũ Chriſtũ
eſſe, qui percuſſus virga Moſis in cruce
manauit vberrimũ aquarũ fontẽ, quando
eius latus lãcea perfoſſum manauit aquã
& ſanguinẽ; vnde fons patens ſacramen-
torum in eccleſia eſt: oleum porroquo la
pis hic inũctus eſt, Spiritus ſanctus eſt. Er
go in Bethel inuenit Iacob nos, ſic enim
eſt Hebraicè, quanquã poſsit verti, inue-
nit eũ: ſed magis proprie. Inuenit nos, &
illic locutus eſt nobiſcũ. Hæc omnia fuſe
AVGVSTINVS in Pſalmo. 44. in
illa verba: Propterea vnxit te Deus
Deus tuus: & contra Fauſtum Mani-
chæum libr. 12. capit. 26. CYRILLVS
li. 1. de ſpiritu & littera, petra, inquit Chri
ſtus eſt, q̃ firmiſsima ſit, & mutari nõ poſ
ſit, nec lędi dentibus ſerpentis, eademque
editiſsima, nã in terra cũ ſit, ad cœlũ vſq;
attollitur. Petra. n. rupes editiſsima eſt; ſpe
lũca in petra, eccleſia dicitur, in Chriſto.
Procopi. in Gen. Vnctus eſt inquit lapis à
Iacob, vnctus eſt Chriſtus à Deo patre, &
vnctus eſt oleo, vnctus eſt Spiritus ſan-
ctus, & lapis erectus eſt in titulum, Chri-
ſtus reſurgens, excitatus à mortuis eſt in
ſignum in quo ſperantibus ſalus eſt ſita,
Vulgatam ergo D. Hieronymi ex tranſ-
latione Lxx quæ hoc loco metaphraſis
quædam eſt ſic explanabis. In Bethel in-
uenit eum; Iacob; ſcilicet inuenit An-
gelum in Bethel, quod interpretantur
Lxx, inuenerũt me filij Iacob, ſcilicet vt
interpreteris in Bethel inuenit eũ, Iacob
videlicet in ſuis poſteris, inuenit eum, id
eſt inuenit me, vt ſignificaret Dñs Ange-
lum quem Iacob in ſuis poſteris inuenit
ipſum Deũ eſſe. Vnde diſſoluitur illa quæ
ſtio diſputata à D. HIE. & THEOP.
cur cum Hebraicè ſit inuenit, Lxx plura
liter verterint, inuenerunt; nempe quod
Lxx virorũ tranſlatio metaphraſis ſit in
plæriſque & commentarium; quaſi Lxx
explanent inuenit Iacob, in ſuis poſteris
eum Angelum, id eſt me: aït enim Domi
nus ſe fuiſſe illum Angelũm, qui Angelus
teſtamenti dicitur, & Angelus magni cõ
ſilij, ſic enim Chriſtus ſolet nominari. Si-
mul etiam à Lxx viris refelluntur Iudæi,
& alij qui interpretantur hæc multo ſe-
cus, quam veteres patres, vt non Iacob
inuenerit Angelum, ſed contra Ange-
lus inuenerit Iacob: non fleuerit Iacob,
ſed fleuerit Angelus, non deprecatus ſit
Iacob Angelum, ſed contra Angelus, &
Deus deprecatus ſit Iacob, hos omnes cõ
futant Lxx qui reddũt hæc omnia verba
pluraliter, vt neceſſe habeas referre ad fi-
lios Iacob, qui fleuerint, & deprecati ſint
Deũ, & inuenerint eũ cũ poſt eius crucẽ
egerunt pœnitentiã & baptizati ſunt, &
inuenerũt pœnitentiã apud Dñm. Pro in
Bethel dixère Lxx in domo iniquitatis, in
Hieruſalẽ videlicet: vbi in crucẽ actus eſt
Dñs: dicebatur prius Bethel, id eſt dom⁹
Dñi, id enim ſonat vox Hebræa Bethel,
poſt admiſſũ immane illud nefas in Chri
ſtũ Dominũ dicta eſt Bethauẽ domus ini
quitatis, vt in veteri teſtamento Bethel
domus Dei dicebatur. Sed poſtquam ſe-
des idololatrię eſt facta dicta eſt Bethauę
domus iniquitatis, quod figura erat rei fu
turæ temporibus Chriſti. Ita Hieruſalem
olim dicta, id eſt viſio pacis, poſt illud im
mane nefas dicitur Bethauen domus ini-
quitatis: aut Beth on domus iniquitatis.
Ergo in domo iniquitatis, id eſt Hieroſo
lymis vbi crucifixus eſt Dñs miraculis ful
gebat Dñs in prædicatione Apoſtolorũ,
& impios Iudęos vocabat ad pœnitentiã:
& inuentus Dñs à multis, vno nãque die
tria millia, altero quinq; millia ad Chriſtũ
ſunt cõuerſi: & ita inuẽtus eſt à multis Ia-
cob poſteris, quanquam præ multitudi-
ne Iudæorum infidelium à paucis fuit in-
uentus Dominus vt ait AVGVSTIN.
in baptiſmo námque vox patris inſo-
nuit: Hic eſt filius meus dilectus: & Spiri
tus ſanctus deſcendit in Dominum in fi-
gura columbæ: & prædicare Euãgelium
diſcipuli iuſsi ſunt in nomine patris & fi-
lij & Spiritus ſancti in ea vrbe, in qua
cruci ſuffixus erat, quę Bethon dicitur he
braicè, ſiue dom⁹ impietatis, ſiue domus

fortitudinis, vtrumque enim on, ſignificat. Erat enim idolum nomine on, id eſt fortitudo, & robur, quod idololatræ dæmonem eſſe putabant, penes quem robur eſſet, & imperium. Hoc igitur dæmone expulſo, cum princeps huius mundi eiectus eſt foras, vere facta eſt Hieruſalé propter crucem Domini, domus fortitudinis, ſi modo crediſſet, quod in cruce Domini omnia poſſumus. Sed lectio Hebræa Imſaenu, dupliciter verti poteſt, inuenit eum, vt tranſtulit D. Hieronymus: Inuenit Iacob in filijs ſuis eum Angelum ſeu Deum, de quo ſupra: & ita Lxx pro inuenit, reddidêre inuenerunt: vt neceſſe haberes referre ad filios Iacob, nec poſſes præpoſtere ad Angelum referre, potes quoque vertere, inuenit nos, vtrunque proprie, magis tamen proprie inuenit nos, vt referas ad tres perſonas diuinas, vt ſit Iacob in filijs ſuis qui crediderunt inuenit nos, id eſt, Cognouit ſacratiſsimæ Trinitatis myſterium; quod in noua lege explicite creditum eſt, & huc ſpectaſſe Lxx videntur, quamuis pro inuenit nos tranſtulerint inuenit me, vt ad Deum referas, Nam quæ ad Deum referuntur dicta pluraliter, vertunt ſemper ſingulariter, ne Iudæi Ptolemæo regi, & nationibus plures viderentur habere Deos, & hic Canon Lxx viris fuit obſeruatiſsimus in vertenda ſcriptura, (ibi dictum eſt ad eos.) Hoc parum bene verſum eſt ab interprete Latino. Ex noſtra vulgata & ex lectione Hebræa mutabis in lectione græca ſpiritum exilem in denſum & leges cum ſpiritu denſo ἐκεῖ ἐλαλήθη πρὸς αὐτοὺς, illic ſermo habit⁹ eſt ad nos ipſos, quod ἑαυτοὺς pluraliter pro ratione ſententię omnium perſonarum eſt, & ex Hebræa lectione, vertendum in prima perſona, ibi ſermo habitus eſt ad nos ipſos, ad triadem ſacram. Nam vbi non tam planus eſt ſenſus de perſonarum multitudine, Lxx viri non reformidant quę de Deo dicũtur pluraliter vertere. R. Dauid hunc locum interpretatur, ibi locutus eſt Angelus nobiſcum mecum, & cum Amos Propheta vt prædicaremus Iſraeli. Hunc R. Dauid Vatablus ſequitur. Sed nec legitur vnquam Oſeam prophetaſſe in Bethel, nec de miſsione Amos hic mentio vlla facta eſt. Videre hoc Rabini alij, Nam R. Adonim & R. Iona dixere manu, ad nos poni pro imo, ad eum. R. Ioſeph interpretatur in manu, ad nos, Deus locutus eſt ad nos, ad Angelu & ad me Oſeam. Omnes hi Rabini pro nobis facere videntur, in interpretatione litterę, nam ſenſus non eſt à Iudæis petendus, & planum eſt Iudæos hæc pluraliter interpretari, & laborare multum quomodo poſsint hoc ſacratiſsimæ Trinitatis peruertere myſteriũ.

Vulg. D. HIERO. Et Dominus, Deus exercituum Dominus, memoriale eius.

Tranſla. LXX. At Dominus, Deus omnipotens, erit memoriale eius.

Solent patres veteres ex huiuſmodi locis, vbi terna repetio Dei fit, myſterium Trinitatis probare, vt ex hoc loco dici poteſt probari quo dicitur, Dominus, Deus exercituum, Dominus; præſertim cum ſuperioribus verſibus reuelari cœperit hoc myſterium, & hæc eodem ſpectare videantur. Sic ALEXANDER Papa, Tomo. 1. Conciliorum, Epiſtola 1. decretali, cum citaſſet illud ESAIAE Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth, ſubiecit, ſi Trinitas non eſt, quid ſibi voluit terna illa repetitio? Si vnitas non eſt, quare ſub terna repetitione, vnum Deum ac Dominum intimauerũt? ſi Trinitas nõ eſt, quare in ęxodo dictum eſt ter Domine, Domine, Domine miſerator & miſericors? ſi vnitas non eſt, quare cum ter dixiſſet, Domine, Domine, Domine, ſubiecit miſerator, & miſericors ſingulariter? & ad hoc exemplum

pium multos ſcripturæ locos citat Alexãd. Papa: eiſdem argumentis vtitur. 2. cõciliorũ tomo Benedictus Papa primus ſua prima decretali epiſtola, quæ ne legenti tædium pariant, qui volet inde petet. AMBROSIVS quoque de fide lib. 2. ſub finem, & de Spiritu ſancto ſecundo etiam lib. cap. 11. Sunt tamen noſtri non pauci qui quacumque via poſſunt, noſtra ſubuertere conantur, & conciliorum etiam marginibus & Sanctorum patrum ſcriptis gloſſulas adijciunt; quoties de locis ſcripturæ agitur, vbi ipſis videtur nominis Dei non trina eſſe repetitio, ſed bina, & quaſi de noſtris maioribus triumphant quod ibi non trina nominis Dei ſit repetitio, ſed bina, planum eſt plurimis ſcripturæ locis bina repetitione duas perſonas patris & filij declarari: vt in illo. Pluit Dominus à Domino; Dixit Dominus Domino meo. Alibi etiam bina repetitione panditur Trinitatis myſterium, vt 1. Gen. cap. 1. Deus Adam in paradiſo collocat, vbi Hebraicè legitur Hieoua, elohim: i. Deus Deus: quod Latine & græcè verti ſolet Dominus Deus, & ſub illa bina repetitione Trinitas ſignificatur, quod Hebræa lectio eſt vt dixi Hieoua Deus, Elohim perſonæ diuinę, vt enim docet D. THOMAS perſonas diuinas Hebraicè ſcriptura nominat helohim: vt Græcè hypoſtaſes, Latine perſonas, vnde frequentiſsimum illud in ſcriptura eſt Hieoua Elohim quaſi dicat Deus perſonæ diuinæ: vt in illa bina repetitione vnitas eſſentiæ, & perſonarum Trinitas ſignificetur. Legitur ergo Geneſeos primo, capit. primo, Deus Adam in paradiſo collocauerat, pro quo Hebraicè eſt: Hieoua Elohim; Deus perſonæ diuinæ, vt vnitas eſſentiæ & perſonarum Trinitas ſignificetur, & cap. 2. primo in die qua fecit Dominus cœlum & terram: Hebraicè eſt, Hieoua Elohim, Deus perſonæ diuinæ fecit: & ſtatim: Non pluerat Dominus Deus: pro quo Hebraicè eſt: Hieoua Elohim: Deus perſonæ diuinę, & paulo poſt: Plantauerat Deus paradiſum: pro quo etiam eſt Hebraicè: plantauerat Deus perſonæ diuinæ paradiſum: quæ forma dicendi apud Moſen eſt vſitatiſsima & in bina repetitione, & verbo ſingulari Tribitas declaratur, & eſſentiæ vnitas in verbo ſingulari, Hieoua. i. Deus & verbum ſemper ſingulari numero enũciantur, Elohim. i. perſonæ diuinæ pluraliter dicuntur in hac dicendi forma. Nec verum eſt quod quidam, vt hoc refellat, dicere ſolent: Elohim nomen eſſe ex eorum numero quæ pluraliter tantum declinantur, & ſignificant vtrumque numerum ſingularem & pluralẽ, eſt Eloha, numerus ſingularis huius nominis & Elohim huius nominis numerus pluralis vt apud nos, Deus dij; nec inficior tamen in plurali numero ſignificare non raro ſingulariter; quod perſonæ diuinæ idem ſunt cum eſſentia, diſtinguũtur ratione. Et certe nec à Iudæis & Iudaizantibus cauſa vlla niſi friuola, reddi poteſt, cur Moſes ſic loquatur frequentiſsime: Hieoua Elohim. Deus dij vel quod vere interpretere cũ D. Tho. Deus perſonæ diuinæ, vt perſonarum Trinitas & eſſentiæ vnitas ſignificetur. Nec rarum eſt illud Hebraicè vbi ia ia dicitur. i. Deus, Deus aut potius Deus de Deo ſignificetur. In ſacris enim litteris loquitur Spiritus ſanctus & in verbis ſingulis vt ait CHRYSO. ingẽs latet theſaurus, & in ſingulis litteris & ſyllabis. Non igitur temere Spiritus ſanctus dictauit Moſi iaia niſi vt tibi ſignificaret illum de quo concinit Eccleſia ſancta Deum de Deo, lumẽ de lumine, nec temere tibi ſonat Hieoua Eloha, Deus perſonæ diuinæ, niſi Trinitatem perſonarum & eſſentiæ vnitatẽ. Ait ergo Propheta hoc ſacræ triadis myſterium quod vſque adhuc reſeruauit, in eccleſia ſancta futurum ſempiternũ memoriale. i. articuli fidei futuri, ſacri baptiſmatis forma: ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti & in vulgata & Hebraicè eſt terna illa repetitio nominis Dei, de qua ſupra eſt dictum.

Elohim quomodo accipiatur.

ia, ia, Deus Deus.

Vulg. D. HIERO. Ettamen, ad Deum tuum conuerteris, miſericordiam & iudicium tuũ cuſtodi, ſpera in Deo tuo ſemper.

Tranſla. L X X. Et tamen in Deo tuo conuerteris, miſericordiam, & iudicium cuſtodi & appropinqua ad Deum tuum ſemper.

THEOPHYLAC. vſque adhuc ſiluit, dixi enim ſcholia THEODORIT. loqui non raro pro Theophylacto: Proſilit nunc in medium THEOPHY. hoc loco inquiens; Propheta videtur verba facere ad Iudæos qui nondum crediderant, & erant credituri, & dicere videtur: Tu qui nunc non credis, ad Dominum conuerteris, qui eſt Deus tuus, nec homo tantum, vt putabas: Sed ne exiſtimes, ſi credideris, te omni cura ſolutum eſſe futurum, tanquam iuſtificeris ex ſola fide, oportet poſt baptiſmum & fidem Chriſti facias opera virtutum. (Spera in Deo tuo) etiam ſi Chriſtum cruce affeceris agito pœnitentiam & in eo ſpera & ſaluus eris, pro (ſpera in Deo) Lxx dixere: app ropinqua ad Deũ & ſaluus eris pro קַוֵּה duabus mutatis litteris legere קְרַב appropinqua THEOPHYLACT. Ne pecces, nam peccata nos à Deo ſeparant, fuge peccatum, vt ſemper ad Deum appropinques, & adnota inquit Theophylactus, illud verbum ſemper; oportet enim ſemper vigilare, nec vllo tempore curam remittere, ſiquidem non eſt penes peccatorem, vt conuertatur cum velit, conuerſio enim peccatoris Dei miſerentis eſt. Initium noſtræ conuerſionis à Deo eſt, non à nobis: Deus namq; in nobis operatur & velle & operari. Pertinet hoc maxime, inquit, ad iudices, ne pauperum miſericordia diuitem iniuria afficiant, aut bonis ſpolient. Iudicium videtur appellare, quod Theologi nominant cognitionẽ & ſcientiam rerum vniuerſalium & ſpecialium quam prudentiam appellamus, quæ lumen vitæ eſt, quæ docet quæ ſunt agenda, quæ vitanda, In Alcibiade priore Eubuliam hoc nominat Plato: & alibi eudoxiam, bonum conſilium & rectum iudicium rerum gerendarum: tamen de 12. de Repub. & alijs locis Plato his adiungit rerum diuinarũ libro cognitionẽ, ſine qua, vt ille putat, nec prudens quiſquam eſſe poteſt, nec rerum gubernator bonus nec ſibi nec alijs bene præeſſe. Theologi ſcholaſtici tertiam hanc partem prudentiæ eſſe aiunt.

Vulg. D. HIER. Canaan in manu eius ſtatera doloſa calumniam dilexit.

Tranſla. L X X. Canaan in manu eius ſtatera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit.

POtiſsima cauſa cur Iudæi Chriſto nõ crediderint, auaritia fuiſſe dicitur, ne amitterent ſpes & dignitates. Iuxta illud: venient Romani, &c. & quod Chriſto credentes ſpoliabantur bonis omnibus & tradebantur ad ſupplicia. Amittere dignitates, opes, & imperia nolebant, inde factum eſt vt Chriſtum negarint, & ad Romanos idololatras tranſierint, quæ cauſa eſt cur nomine idololatrarum quos imitantur, nominentur, vt hoc loco ait Theodoritus, Samaritani Bethauenitę. Ex arte nanque eſt, vt docet Quintilianus, vti exemplis quæ ſunt audientibus magis familiaria, vt inde obſcuriora melius intelligantur. Hinc alibi prophetæ perfidos Iudęos ſemen Canaan nominãt. Ait ergo, nõ ſolũ Iudæi dignitates

& opes amittere nolunt,ſed falſis menſuris & falſis ſtateris ꝑ omne nefas quærũt opes. (Dilexit calumniam) præoptaui potius calumniari Chriſtum,& Chriſtianos,quam opes perdere. Lxx,pro(dilexit calumniam) opprimere per potentiam dilexit,quod verbum Hebræum vtrunque ſignificat, & ſententia eodem ſpectat;dilexit opprimere, ſpoliare credentes per potentiam B.PROSPER prædictionum Dei parte 2.cap.14.ſub finem, ad potentatus & imperia hæc refert,quæ Iudęi auariſsimi opibus male partis quærebant.Ait B.Proſper:caueant qui has accipiunt poteſtates, ſi eas accipiunt cupiditate dominandi,non conſulentis affectu,ſi miniſtrari eligũt, ac non potius miniſtrare, quod Dominus per Oſeam increpat dicens,Canaan in manu eius ſtatera iniuſtitiæ dominationem elegit:& Dominus in Euangelio, qui voluerit maior eſſe in vobis. Hoc quod hoc loco ait D. Proſper,eos qui imperant non ſua commoda ſpectare debere,ſed commoda eorum quos regnãt,admirabili quadam diſputatione ponit ante oculos Plato. lib. de Repub.ſub finem.

Vul.D.HIER.Dixit Ephraim diues effectus ſum,inueni idolum mihi, omnes labores mei non inueniẽt mihi iniquitatem quam peccaui,& ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti adhuc, ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis.

Tranſla.LXX. Et dixit Ephraim, veruntamen diues effectus ſum, inueni requiem mihi, omnes labores eius non inuenientur ei, propter iniquitates in quibus peccauit, ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti, adhuc habitare faciam te in tabernaculis ſicut in die feſtiuitatis.

EPhraim,vt oſtendi,ex EVSEBIO Cæſarienſi rebellis Iudæorum populus dicitur qui Chriſto non credidit, Dixit ergo Ephraim impius Iudæorum populus,veruntamen diues effectus ſum. THEOPHY. impius Iudæorum populus in partis opibus ſpes ſuas habebat ſitas,& inueniſſe ſe requiẽ putabat occiſo Chriſto iuxta illud,Eradamus eum de terra viuentium,non memoretur nomẽ eius vltra.THEOP: crucifixo Chriſto putabant Iudæi ſe rem factam habere:ad dętu quod tradunt omnes veteres:Dominum expectaſſe Iudæos,dum conuerterẽtur poſt crucem quadraginta annos, & Iudæos multo multoque magis fuiſſe rebelles aduerſus Dominum , & aduerſus Chriſtum eius quod viderent ſe poſt patratum illud immane nefas aduerſum Chriſtum multo magis locupletes eſſe factos,non modo nullas pœnas nefarij illius flagitij dediſſe, verumetiam opibus fuiſſe auctos.Quid ni eſſent?ſpoliabonis omnibus eos , qui Chriſto crediđiſſent, quorum maximus erat numerus:quanuis ſi compararentur cum reliqua multitudine:quæ non credidit, numero fuere perexiguo: munierant vrbes Iudææ,potiſsimum Hieroſolyma,adeo vt inexpugnabilis eſſe videretur,& putabant,inquit THEOPHY. in his ſibi ſitam requiẽ & refrigerium , quæ euanuere ex oculis omnia temporis momento , Nam vrbs Hieroſolyma quæ viribus humanis inexpugnabilis eſſe videbatur vt ſępe diximus, Ex Ioſepho vna nocte capta eſt ab Idumæis ſęuiſsimis Iudæorum hoſtibus, reliquo tempore belli, quot dilatum eſt ꝑ mẽſes multos,vt miſeros Iudæos indies magis ac magis renaſcens pœna torquęret,pugna erat cum Romanis,qui Hieroſolyma ab Idumęis & ab alijs tyrannis

extorquere contendebant, & Romano
Imperio adijcere. Vbi opes illę Iudæis
partæ & parta imperia tantum abfuere
vt requiem præberent Iudæis, vt illi puta
bant, vt earum cauſa quotidie miſeri à
ſeditioſis tyrannis torquerentur, & ab
Idumæis & à militibus tyrannorũ. Cũm
enim intra Hieroſolyma ſæuiret fames,
irrumpebant milites in locupletum do-
mos, nunc vt vina raperent, modo vt
framenta, poſtea vt alia edulia, & vno die
ijdem ſæpius & nunc hi poſtea illi, &
nunquam ſine miſerorum cruciatu miſe-
rabili, & multo magis cum omnia erant
exhauſta, & nihil aut ſibi aut alijs erat re-
liquum; putabant enim milites eos abdi-
ta & recondita habere multa: & vno die
miſeros torquebant millies. Hęc igitur
illis partis opibus parta erat requies, hoc
illis partum erat refrigerium. Hæc illis
attulit commoda, quod dicebant: verun-
tamen diues effectus ſum. Dixit ergo
Ephraim poſt peccatum illud admiſſum
in Chriſtum Dominum, diues effectus
ſum poſt peccatum illud quod contraxi
cum dixi, hic eſt hæres venite occidamus
eum: tantum abeſt vt pœnas huius fla-
gitij dederim, & quod corruperim cu-
ſtodes ſepulchri Domini, ne dicerent re-
ſurrexiſſe Dominum: tantum, inquam
abeſt vt huius flagitij dederim pœnas vt
effectus fuerim ditior & locupletior: (in-
ueni idolum mihi) inueni Imperatorem
Romanũ qui mihi perfugium eſt, cole-
batur enim pro numine Romanus Im-
perator: Nanque erat ille mihi ſemper
Deus &c. Idolũ ergo erat & idololatra. Ido
la nanq; pro idololatris ponũtur, vt dictũ
eſt. Pro idolo Hebraice eſt on, idolũ; opu
lentia quam etiã pro Deo colebãt natio
nes, & nominabãt Pluton, & dictum vide
tur iuxta illud Pauli: quorum Deus venter
eſt: & iuxta illud: auaritia, quæ idolorũ eſt
ſeruitus. Significat etiam, on, fortitudinẽ,
& refrigeriũ: iuxta illud Euangelij, de eo,
qui cõgregauit multa bona, & dixit ani-
mæ ſuæ verba Euãgelij: habes multa, &c.
& ita reddidere Lxx, inueni requiẽ mihi:

eo ſenſu quo dictũ eſt, (Omnes labores
mei nõ inuenient mihi iniquitatẽ quã pec-
cauimus. THEOPHY. putabãt Iudæi
opibus partis facturos ſe ne darẽt pœnas
immaniũ ſcelerũ quę fecerãt, quod Barra
ban Chriſto Domino antetulerãt, quod
in crucẽ ſuſtulerãt filiũ familias æterni
patris, & putauerunt, Chriſti nomen eſſe
eraſuros de terra viuentiũ. Fefellit eos ſua
malitia, & impietas, ſplenduit enim crux
Chriſti toto orbe, nec id ſolũ, verũ etiam
vaſtari à Romanis illa omnia, quæ parta
habebãt, ãmiſere. Hæc fere Theophila.
(Omnes labores mei non inuenient mi
hi) forma dicendi Hebræa, ideſt, nullos la
bores meos inuenient: facient vt nõ inue-
niatur mihi peccatum in Chriſtũ, ſcilicet,
phraſis eſt Hebræa, opes facient vt nulla
peccata mea probentur, & metonymia
qualis illa: Nũc cognoui, id eſt, feci te cog
noſcere: non inuenient mihi, id eſt, faciẽt
ne inueniatur mihi) peccatum in filiũ fa-
milias æterni patris, Lxx pro hoc tranſtu
lere (omnes labores eius nõ inuenientur
ei) forma dicẽdi Hebræa, id eſt nulli labo
res eius, nulla peccata eius populi Iudaici
inuenientur ei, deprehẽdentur, vt pœnas
luat, varietas punctorũ fecit, vt D. Hiero.
verbum actiua voce legerit, Lxx paſsiua.
Tum לי mihi, & לו, ei: non raro in ſe mu
tantur mutuo, quod altera littera ab alte-
ra ſola longitudine & breuitate diſtant,
(Propter iniquitates in quibus peccauit),
putabat populus Iudaicus peccatis quæ
addebat in dies magis ac magis perſequẽ-
do infideles & cruciando, & impediẽdo
prædicationẽ Euãgelicã, facturos ne in ſe
admiſſa priora crimina luerẽt, Hebraice
eſt peccatũ ꝙ peccauere, Lxx addidere
propter, quod huiuſmodi voculæ in He-
bræa lectione ſolẽt addi & ſuppleri ꝙ ſer
mo Hebręus conciſus magnopere eſt: vt
ſit ſenſus putab. crimina in Chriſtũ ad-
miſſa inueniẽda aduerſus populũ Iudai-
cũ propter peccata, quę peccabãt ad de-
lendã ex hominũ animis Chriſti memo-
riã (Ego Dñs eduxi te de terra AEgypti)
Theoph. Ego Dñs, qui eduxi te de terra
AEgy-

AEgypti per tabernacula& tẽtoria veſtra vnde celebratis feſta tabernaculorũ, quod per annos quadraginta habitaſtis in dedeſerto in tabernaculis, faciam nunc vt rurſum eatis captiui in omnes nationes, & pulſi patrijs ſedibus habitetis in tabernacũlis. Varietas tranſlationis D. Hieronimi & Lxx, nata eſt ex tranſpoſitione duarum litterarum, ל, & ה, idem tamen eſt ſenſus. Sed verbum Hebræum quod agnoſunt Lxx, אהל, ſignificat educere per tabernacula, eduxi te per tabernacula ex AEgypto, & reduceris captiuus in AEgyptum & in alias nationes per tabernacucula. Quod D. Hieronymus dixit ſedere faciam, Lxx tranſtulere, habitare faciam te. Hebræum verbum vtrunque ſignificat, & ſententia eſt eadem.

Vulg. D. HIERO. Locutus ſum ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicaui, & in manu prophetarum aſsimilatus ſum.

Tranſla. LXX. Loquar ad prophetas, & ego viſiones multiplicaui, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum.

ET locutus ſum ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicaui.) Plato in ſuis dialogis non ſemel ex ſacris litteris mutuatus videtur, vt aliquid probaturus, ab elementis illius facultatis de qua eſſet diſputaturus, caperet initium: quod mea quidem ſententia hoc loco facit Oſeas, quaſi dicat, tota lex vetus noſtrorum rerum figura erat, idque ab initio declaratum eſt ipſis prophetis à Domino, & Iudęis declaratũ eſt à Prophetis, nam Prophetæ miracula multa edebant, vt probarent populo Iudęorum ſe eſſe Prophetas Domini, & vt ſuis prædictionibus propheticis pondus adderent: nec id ſat fuit Domino, niſi efficeret vt Lxx, viri eſſent ex ſingulis tribubus ſeni, qui ab ipſis prophetis per manus acciperent explanationes prædictionum propheticarum, eaſque quaſi per manus vſque ad aduentum Domini tranſmitterent: vt nos docet HILARIVS opinor in prologo in pſalmos. Cum ergo Iudæi vt nos docet ORIGENES. 3. lib. contra Celſum tuerentur legem veterem, & nos riderent, quod Chriſto crederemus, eos increpat Dominus & elementa docet, quibus docebantur veteres, totam legem ſimilitudines eſſe & typos, quibus Synagoga ad Chriſtum ducebatur, Recencet igitur in principio hiſtorias veteris teſtamẽti, quæ typi erant paſsionis Chriſti, & eorum, qui poſt paſsionem Domini, Domino crediderunt. ISYCHIVS in Leuiticum lib. 2. in illa verba capitis 8. Tulit & oleum vnctionis: interpretans hunc locum ait, & ideo non per vnam imaginem, aut figuram vnam, ſed per plures imagines, & figuras ait, nobis Dominum ſignificaſſe aduentum ſuum, quod voluit Dominus ſuum aduentum omnibus fuiſſe quàm notiſsimum. CHRYS. in cap. 1. Ioannis homilia. 14. ego viſiones multiplicaui inquit, cum filius Dei in mundũ venturus eſſet, vera carne accepta multo ante ſanctos eius ad diuinę ſubſtantię viſionem varijs modis exercuit. Ergo ideo Dominus docet ſe multiplicauiſſe viſiones, & prophetias, & ſimilitudines teſtatur, vt omnibus ante oculos poneret aduentũ vnigeniti filij Dei, quod teſtatiſſimum apud Iudęos eſſe voluit, ne decipi poſſent, ſi modo animum adhibere, & mentem velint. THEOPHY. iure veſtris ſedibus vos expellam: iure veſtras vrbes ſubuertã: quod per Prophetas ad vos locutus ſum ſæpe, ſępe vos admonui, & nunquam audiſtis me; Loquar n. u t THEOPHY. ideſt, locutus ſum: quod Hæbraice futura, & præterita pro ſe inuicem ponuntur. Viſiones multiplicaui, prophetias per res & ſimilitudines: vt cũ *Futura & preterita Hebraice cõmutãtur.*

hic

hic Propheta meretricem vxorem iubetur ducere, & rurſus mœcham vxorem ſociare ſibi imperatur. ORIGENES. 1. tomo in caput. 26. Geneſeos homelia. 14. In manibus, inquit, prophetarum aſsimilatus ſum, quod cum vnus ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſubſtantiã, & filius Dei ſit homo factus, varijs typis, & figuris varijs in ſcriptura demonſtratur, Iſaac, verbi cauſa, cũ offertur in holocauſtum ipſius eſt typus, & poſtea aries, qui immolatur, & ipſe Angelus qui loquitur ad Abrahã ipſe Dominus eſt, idẽ Dominus ouis dicitur, & agnus, & ouium paſtor. Apud Eſaiã dicitur ſponſus, vt filius Dei, & ſponſa tanquam diuina ſapiẽtia: hęc Origenes. Chryſoſto. in cap. 1. Ioãnis homelia. 14. Ego viſiones multiplicaui, inquit, cum filius Dei in mundũ venturus eſſet vera carne accepta, multo ante ſanctos viros ad diuinæ ſubſtantiæ viſionẽ varijs modis exercuit.

Vulg. D. HIERO. Si Galaad idolum, ergo fruſtra erãt in Galaad boues immolantes, nam & altaria eorum quaſi acerui ſuper ſulcos agri.

Tranſla. LXX. Si non Galgala eſt nunquid & falſi erant in Galgala principes immolantes, & altaria eorum quaſi teſtudines ſuper deſertum agri.

THEOPHYLACTVS, Ego inquit, vos per prophetas admonebam, vt ſupra viſum eſt, vos autẽ ibatis ad idola, & oſtendit Dominus idola eſſe vana. Si Galaad, inquit, idolum, id eſt, imago quædam eſt, & ſimulachrum quoddam & nihil præterea: fruſtra erant, igitur qui ei ſacrificabant boues, & altaria horum ſimulachrorum quaſi acerui lapidum erant in medio agri, qui apud quoſdam ſtultos religioſi habentur. Pro idolo Hebraice eſt אָוֶן quæ vox ſonat idolum, nihil, mendacium, & ita vertere Lxx ſi Galaad nihil, vel mendacium, Si non Galgala eſt, nunquid falſi erant qui illic ſacrificabant: & altaria eius quaſi teſtudines in deſerto: quaſi cochleæ גלים aceruos ſignificat, & iuxta Lxx cochleas: quod גלל, rotari eſt, & volui: vnde cœlum, & plauſtra ab hoc verbo dicuntur, quod ſe circumagant & rotentur, vnde Lxx, galim, aceruos interpretantur. Altaria ergo idolorum ſunt quaſi teſtudines ſuper deſertum agri: quæ nihil frugis hominibus afferunt. Mihi quidem, ſi conuenienter ſuperioribus hæc ſunt explicanda, etiam hunc ſenſum hæc habere videntur: cum tam multa retulerit Dominus de reuelationibus factis per manus prophetarum, quę fuere fruſtra perfidis Iudæis, qui non recepere Chriſtum, qui prophetias ridebant, vt prodidit Ioſephus, aut malitioſa interpretatione alio deflectebant. Subijcit propheta: ſi lex vetus, & ſacrificia & ceremoniæ legis veteris huc erant euaſura; vt riderentur prophetiæ, & iura Romanorum idololatrarũ eſſent ſequenda: profectò lex vetus, & ſacrificia, & cęremonię fruſtra erant: quid ni? erant enim omnia Chriſti typi, & figurę, & ſimilitudines: ſi Chriſtus nõ recipitur, quorſum: boues typi Chriſti immolabantur? Nam ſine Chriſto quid eſt aries immolatum aut taurus niſi ſordes ſanguinis fimi & ſtercoris? Ergo ſi Galaad auen, vel idolum, ſi Iudęa, quæ hoc loco dicitur Galaad, id eſt aceruus teſtimoniorum de Chriſto, id enim ſonat Galaad Galaad
vox Hebræa, Si galaad ergo, ſi Iudæa; quid.
quæ aceruus teſtimoniorum de Chriſto eſt, auen, nihil, vel non, ſic enim vertere Lxx, & id etiam vox Hebræa ſonat, ſi aceruus teſtimoniorum

de Chriſto fuit in vanũ(omnis enim vita & omnis lex vetus prophetia fuit Chriſti venturi)ſi hoc fuit in vanum, vel ſi auen fuit, id eſt, idolum, ſi populus Iudaicus erat tranſiturus ad imperatorẽ idololatram, fruſtra ergo Iudæorum principes erant immolantes boues: fruſtra in veteri lege fiebant ſacrificia, quæ omnia ideo grata erant Deo quod ſingula Chriſti erant typi & figuræ, alioqui fuiſſent Deo ingratiſsima: niſi putas Deum ſtercore boum, ſanguine, & fimo fuiſſe delectatum: minime: cur ergo fiebãt? cur Deo erant gratiſsima? quod Chriſti myſteria repræſentabant. Ergo Galaad teſtimoniorum aceruus eſt. Si legas cum LXX Galgala, ſordes interpretabere, ſtercora, animalium ſordes (Si non Galgala eſt; ſi ſordes, & ſtercora animaliũ non ſunt, nihil illa immolata animalia ſignificabant; ſed tantum ſordes erant, & ſtercora, quorum ſynagogæ principes ea immolabant, nec enim delectatur Deus fimo, & ſtercore animalium.

Vul. D. HIERO. Fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruauit Iſrael in vxorẽ & in vxorem ſeruauit.

Tranſla. LXX. Receßit Iacob in campum Syriæ, & ſeruauit Iſrael in vxore & in vxore cuſtodiuit.

DIxerat Dominus per hunc prophetã, ſe multis ſimilitudinibus Chriſti myſteria repræſentaſſe per ſuos prophetas, & quædam exempla propoſuit; Addit nunc eodem ſpectaſſe hiſtoriam Iacob. THEO. hiſtoria Iacob Chriſti typus eſt, inquit, qui in terram veniẽs matrimonio ſpiritali ſibi iunxit Eccleſiã, & pro ipſa ſeruiuit in carne, & paſsionibus, & in legis mandatis, quæ obſeruauit ipſe, nos liberauit ex peccatis Aegypti. Ipſe enim eſt propheta ille, de quo Moſes; Prophetam ſuſcitabit tibi Dominus: Ipſe vere dignus vocari Iſrael, id eſt videns Deum eduxit nos è tenebris huius vitæ per Lucem Euangelij, & per promiſſa vitæ æternæ. Seruiuit Iſrael in vxorẽ: Chriſtus ſeruus factus eſt, cum eſſet Deus verus, primo Eccleſia ſua ſponſa: & in vxore ſeruauit, pro eccleſia ſeruus eſt factus & paſtor fuit: Ego ſum, inquit, paſtor bonus. Pro Lia laborioſa, id enim ſonat vox hebræa, quod laborẽ exhibuit Domino Lia, id eſt, ſinagoga, quæ lippis oculis fuit & non agnouit Dominum exceptis reliquijs, quæ ſaluæ factæ ſunt. Et paſtor fuit pro Rachel. Rachel ouis eſt Latine, ouis inquam illa Euangelij, quam relictis alijs Dominus quæſiturus de cœlo deſcendit, & ſuis portauit eam humeris. Rachel pulchra forma erat, Eccleſia ex gentibus pulchra erat forma: induit enim Chriſtum, qui eſt ipſum pulchrum, ipſa pulchritudo. In propheta eduxit Dominus Iſrael de AEgypto, in propheta Moſe, qui typus erat Chriſti qui nos ex ſatanæ ſeruitute liberauit. Seruauit Iſrael in vxorem, & in vxore ſeruauit: pro in vxorem ſeruauit, Chryſoſt. to. 3. 1141. vertiſſe videtur: In muliere ſeruatus eſt, vt ſignificaretur dominum pro vxore Lia, hoc eſt pro ſynagoga cuſtodem fuiſſe ouium ſeptem annos, id eſt omne tempus ſynagogæ, quod per ſeptenarium numerum hebdomadum omnes anni cant, & rurſum, in muliere ſeruatus eſt; in Eccleſia ſeruatus eſt propter Mariam virginem: qui paſtor eccleſiæ fuit pro populo fideli, & in muliere ſeruatus fuit populus fidelis iuxta illud: Quod Eua triſtis abſtulit, Tu reddis almo germine, Vitam datam per virginem gentes redẽptæ plaudite: vt primo loco Iacob pro Domino accipiatur, qui paſtor fuit ſynagogæ per omne tempus ſynagogæ. 2. loco Iacob ſumatur pro populo fideli, qui media ſacra virgine redemptus eſt. Non congruit hoc in quies cum Hebræa lectione: imo maxime: puncta apud Hebræos pro vocalibus valent, & prorãtione ſententiæ addit

Lia quid.

Rach. quid.

verbum Ephraim: quæ verba T H E O P H. ſiue is Theodoritus eſt ſic interpretatur. Opprobria quæ Chriſto Domino ingeſſere Chriſticidæ Iudæi: Aue rex Iudæorum: Alios ſaluos fecit, ſe ipſum ſaluum facere non poteſt: & ſimilia recident in caput eius. (Sanguis eius ſuper eum effundetur) T H E O P. verba hæc, quæ dixêre: ſanguis eius ſuper nos, effundetur ſuper caput eius populi, iuxta ſermonem Ephraim, id eſt populi Iudaici infidelis. Diximus ex Euſebio id ſignificare Ephraim, & qua ratione id ſignificet. Iuxta ergo ſermonem Ephraim, quem dixit in litteris Euangelicis: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros recidet in caput eius populi ſanguis Domini effuſus à Iudæis. Et cum D. HIERON. & eo multo antiquior O R I G E. nobis fuerint authores, vt ſcripturæ ſanctæ interpretationẽ Eccleſiaſticã cũ Hebræorum interpretatione conferremus, vt intelligeremus quàm humi repant Iudæi, quàm ſe vel digitum tranſuerſum non attollant humo, quam omnia peruertant, & à Chriſto Domino auertant, vt cum impius Iudæus per ſcripturam ſanctam peruagatur dicere poſsis, ſi aure perattẽta excipias omnia. Singularis ferus depaſcitur vineam Dei) cum ergo D. Hieron. & Origenes id nobis fuerint authores, & deſtinarim animo id oneris ſubire in duodecim prophetarum enarratione, & collationem vtriuſque interpretationis facere non ſolum ſigillatim, ſed etiam vniuerſe & generatim, non præterendũ ſilentio ſum arbitratus, quod proxime dixi de tranſlatione Lxx virorum, quæ ita diſtincta eſt authore T H E O P H Y. ſiue is T H E O D O R I. eſt, vt plane lectionem Euangelicam perſonet, noſtra confirmet, & conſtabiliat trecentis annis ante Domini aduentum in carne, refellat Iudaica, operæ pretium erit, memoria repetas, quod dictum à nobis non ſemel eſt: Ephraim, ſeu Ephrem authore Euſebio Cæſarienſi demonſtrationis Euangelicæ libro. 9. demonſtratione 17. in ſcriptura ſancta pro Iudaico populo perfido, & incredulo poni. Hoc fundamento iacto, luſtra tecum tacitus animo & cogitatione verba poſtrema capitis huius: Sanguis eius ſuper eum effundetur, opprobrium illi retribuet Dominus iuxta verbum Ephraim, id eſt iuxta verbum Iudaici populi increduli: & quære ꝙ verbũ illud fuerit Iudaici populi increduli de ſanguine effuſo & ſuccurret tibi illud: Sãguis eius ſupͤ nos & ſuper filios noſtros: vides Lxx viros ſua trãſlatione & diſtinctione nobis verba illa Euãgelica repræſentaſſe interpretationem Eccleſiaſticã probaſſe, refutaſſe Iudaicam? vt veriſsime ex ſententia veterum in diſputatione de tranſlationibus dixerimus trãſlationem Lxx pręter alia commoda innumera quæ Eccleſiæ ſanctæ ſuppeditant: illud non eſſe poſtremum, quod ſcholia ſunt antiquiſſima trecentis annis ante Domini aduẽtum in carne, quę Lucem ſcripturę ſanctæ afferunt, & Iudæos refellunt. En iam ter quaterve ſua tranſlatione in hoc propheta Eccleſiaſticam interpretationem Lxx conſtabiliêre, refutauere Iudaicam. Nam veteres vt commentatores doctiſsimi & antiquiſsimi non ſolent ſingula perſequi & explicare, vnũ duoſue locos enarraſſe contenti vnde cęteri lucem afferant.

CAP. Oſee XIII.

Vul. D. HIERO. Loquente Ephraim horror inuaſit Iſrael, & deliquit in Baal.

Tranſla. L X X. Iuſtificationes accepit ipſe in Iſrael & appoſitus eſt Baal & mortuus eſt.

DIXI hunc locum aliter fuiſſe diſtinctum à D. Hieronymo & aliter à Lxx viris, vt conſtat ex Theophylacto ſiue is Theodo-

Theodoritus eſt,in cuius ſcholijs in hoc caput ita apparet diſtinctus vt diximus. Fecere ergo Lxx principium capitis.13. (iuſtificationes accepit ipſa in Iſrael) THEO.ſiue is THEOD.O.eſt:legem accepit Iſrael qua intellexit quomodo mihi oportebat ſeruire, ipſe appoſitus eſt Baal,conuenienter tamen præcedentibus dices, (iuſtificatione accepit ipſe) accepit legem gratiæ, quæ iuſtificaret: in Iſrael, in Chriſto; qui dicitur Iſrael in ſcriptura quod ab Iſrael ſecundũ humanitatem ducit Originem. Ipſe tamen additus eſt Baal:ipſe appoſuit ſe Baal Imperatori Cæſari:cum dixit:Si hunc dimittis,non es amicus Cæſaris:& non habemus regem, niſi Cæſarem. (& mortuus eſt) & hęc fuit cauſa vaſtitatis Iudæorum. Iacob enim, & Iſrael dicitur vniuerſus Iudaicus populus,quod Iacob ſiue Iſrael principium fuit gentis Iudaicæ (Baal)vox hebræa imperãtem ſignificat, & imperatorem.Colebatur enim Romanus Imperator pro Deo, vt notum eſt: & idolum erat gentium quem populus Iudaicus regem ſibi delegit.Verbum Hebræum חֶתֶן quod D.Hiero. tranſtulit pauorē,Lxx reddidere iuſtificationes,quod vtrunque ſignificaret.Timor nãque Dei eſt religio, iuxta illud: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus,cor contritum & humiliatũ Deus nõ deſpicies, & Plato in Euthyphrone religionē & ſanctimoniã Dei timorē definit,vnde genus religionis eſt latria ἀπὸ τοῦ λίαν τρεῖν valde contremiſcere metu Dei δευλία valde timere ἀπὸ τοῦ λίαν δεῖν. Ex hac Lxx interpretatione & Theophy.ſcholijs enarrabimus vulgatam D.Hiero.& vulgatæ diſtinctionem. (Loquente Ephraim)cum impius populus Iudaicus loqueretur quæ dicta ſunt:Aue rex Iudęorum:Alios ſaluos fecit:Deſcendat nunc de cruce:(horror inuaſit Iſrael)ille de quo Euangelicæ litteræ poſt deſcripta in Chriſtum iniecta probra, ſubiecēre: Viſo terræ motu, & his quæ fiebãt,timuerũt valde,dicētes: Vere filius Dei erat iſte(& deliquit in Baal) &

Baal quid.

nihilominus poſt viſa tot miracula & poſt viſam Dñi reſurrectionem,impius populus perſtitit in priore ſententia & prępotauit habere regem Imperatorem Romanum, quam Deum. Et mortuus eſt)ideo deletus eſt populus Iudaicus ex vniuerſa Iudæa,reſidui diſperſi ſunt per omnes gentes.

Vulg. D. HIERO. Et nunc addiderunt ad peccandum, feceruntque ſibi conflatile de argento ſuo, quaſi ſimilitudinem idolorum,factura artificum totum eſt, his ipſi dicunt immolate homines,vitulos adorantes.

Tranſla. LXX. Et nunc appoſuit vt peccaret,& fecerunt ſibi conflatilia ex argento ſuo,ſecundum imaginem idolorum,opera artificum conflata eis; ipſi dicunt,immolate homines,vituli defecerunt.

HAEc enodanda erunt cõuenienter ſuperioribus,(& nunc addiderunt ad peccandum)perſequēdo fideles qui Chriſto crediderant (feceruntque ſibi cõflatile de argento ſuo)prædictionibus de Chriſto Domino ſemper,vt adnotatũ ex ſanctis patribus à nobis millies eſt, ſubiungi ſolet crimen idololatriæ,quod idololatria fuerit cauſa vt Iudęi permitterentur à Deo occæcari & non agnoſcere Chriſtum,vt vaſtaretur Iudæa poſtea,ergo fecerunt ſibi conflatilia,imagines,ſimulachra de argento ſuo(quaſi ſimilitudinem idolorum)ad ſimilitudinem idolorum(factura artificum totum eſt)idola nihil ſunt,niſi opus artificum.(His ipſi dicunt,immolate homines.Theophylactus ſiue is Theodoritus eſt,qui Hebræorum

rum interpretationes ſequitur, ſubijcit poſtea, Iudæi poſt Chriſtum, ſacrificabant Chriſti martyres, quos per omnia cruciamenta necabant, ſacrificabant inquit Iudæi quia iuxta verbum Domini putabant ſe obſequium præſtare Deo & quod defecerant vituli, diruto templo putabant ſe facere ſacrificium gratiſsimum Deo quod credentes in Chriſtum ſacrificarent. Non enim poterant iuxta legem Moſis alibi ſacrificare quam in templo Hieroſolymitano quod dirutum erat & cum oporteret ait Theophylactus loco vitulorum quos Veneri, id eſt voluptati ſacrificabant mactare potius prauas animi cupiditates & vitia, mactabant imaginem Dei renouatam per filium eius Ieſum Chriſtum qui hominem creauit. (His ipſi dicunt immolare homines) quoniam non poteſtis ſacrificare ſacrificia veteris legis euacuata lege veteri, inquit Theophylactus, immolate ipſos martyres qui Chriſti prædicant fidem, & Diuus Hieronymus tranſlationem Lxx enarrans huc videtur alluſiſſe (vitulos adorantes) vos qui idola coluiſtis & nunc adoratis principes idololatras, quod nihil eſt aliud quã adorare idola, Lxx pro (vitulos adorantes) vertere vituli defecere, mutatione vnius litteræ, legere enim Hebraicè pro Iſaqun, Iſatun. נשק oſculari eſt & adorare נשת deficere.

Vulg. D. HIERO. Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus præteriens, ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.

Tranſlatio. L X X. Id circo erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus pertranſiens, ſicut puluis exſufflatus ex area, ſicut vapor à locuſtis.

IDcirco erunt quaſi nubes matutina.) Quod hæc fecerunt Iudæi, inquit Theophylactus momẽto temporis euaneſcent, & vaſtitatem Iudææ ſimilibus multis Propheta expreſsit, quæ ad amplificandam rem multum valent, quaſi nubes inquit matutina Iudæi ex Iudæa euaneſcent quæ orto ſole ſtatim diſſoluitur, quaſi ros matutinus, quaſi puluis turbine raptus. Sed quod Theophyl. ſeu Theodoritus is eſt, hunc locum ad vtrũque refert ad captiuitatem decem tribuum & ad Chriſtum, age hæc ſimilia, quo ſpectent expendamus. Iudæus in Iudæa poſt vaſtitatem ab Adriano Imperatore Romano inuectam non comparuit, quod inde liquet quod lex lata eſt vt Iudæo eſſet capitale in Iudæam inferre pedem. Ex captiuitate decem tribuum in vrbibus Iſrael multi fuere reſidui; vnde poſtea decem tribus ſuccreuere & temporibus Chriſti fuere florentiſſimæ. Igitur hæ ſimilitudines ad Chriſti tempora ſpectant, ad captiuitatem decem tribuum non ſpectant. Euanuere ergo ex vniuerſa Iudæa Iudæi omnes, vt nubes matutina, ſicut ros matutinus pertranſiens, ſicut puluis turbine raptus ex area, ſicut fumus de fumario. Pro fumario Lxx vertere locuſtas, hoc deſcrimen feciſſe puncta D. Hieronymus in hunc locum docet. Eſſe tamen puto hunc vaporem à locuſtis nebulam quandam coortam, quę locuſtarum multitudinem conſequi ſolet cum volant.

Vulg. D. HIERON. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: & Deum abſque me neſcias, & ſaluator nõ eſt præter me.

Tranſlatio. L X X. Ego autem Dominus Deus tuus firmans cœlos, ædifi-

*cans terram, cuius manus fecerunt exer-
citus ipſius & non oſtendi tibi ea, vt
ires poſt ipſa.*

HAEc in lectione Hebræa non ſunt,
ſunt auté in exemplaribus Græcis
caſtigatioribus, & ea legit & agnoſcit
THEOPHYLACTVS, & interpre
tatur. AVGVSTIN. vero & alij pa-
tres docent ea quæ ſunt apud Lxx, etiam
ſi non ſint Hebraicè in Eccleſia ſum-
mam ſemper habuiſſe authoritatem, &
pro ſcriptura ſancta ſemper fuiſſe, quod
per tot Iudæorum clades, tot excidia plu-
rima ex lectione Hebræa intercidiſſe ſit
credibile, Ea ſic interpretabimur. Domi
nus ait ſe feciſſe cœlum, & terram & An
gelos. Quanquam THEOPHYLA.
ſiue is THEODOR. eſt exercitus cœ
lorum pro Angelis accipi poſſe ait: &
pro ſtellis & aſtris. Mihi potius videtur
Locus Gen. 2. illuſtratus. pro Angelis accipi debere, vt in illo Mo
ſis cap. 2. Geneſeos: Igitur perfecti ſunt
cœli & terra & omnis exercitus eorum.
Vbi perſuaſum habeo creationis Ange-
lorum factam eſſe mentionem, quod
quæſitum inter viros doctos & ſanctos
eſt, Cur Moſes creationis Angelorum
mentionem nunquam fecerit, & cauſan-
tur multa. En hoc loco Angelorum crea
tionis facta mentio eſt. Si quæras vnde
id colligam, dicam breui: vis verbi He-
bræi id cogere videtur, frequentiſsimum
Sabaoth, quid. eſt in ſcriptura: Dominus Deus Sabaoth:
Dominus Deus exercituum: quod pleri-
que ſanctorum Chriſti nomen eſſe vo-
lunt, vt Deus Sabaoth, Chriſtus eſſe dicá
tur caput & Deus militiæ cœleſtis, & om
nis Angelorum Hierarchiæ. Idem hoc
nomen Sabaoth eſt in illo Moſis; Perfe-
cti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus
eorum. Nam pro omnis ornatus eorum,
Hebraice eſt Sebaam, quod eſt idem no-
men quod Sabaoth: excepto quod Se-
baam eſt cum pronomine affixo, quod
Hebræi nominant tertiæ perſonæ plura-
lis: exercitus eorum ſiue ornatus eorum.
Age, ſi Deus Sabaoth dicitur, non quod
ſit de Deus aſtrorum, & ſtellarum, (quan
quam & horum quoque ſit Deus) ſed
quod ſit militię cœli Deus, & omnis An-
gelorum Hierarchiæ: quæſo te, cur
idem nomen in Moſe non eodem mo-
do interpretabere? præſertim cum vul-
go credatur in Moſe creationis Ange-
lorum nullam factam eſſe mentionem?
Sed Hieronymus inquiunt, & Lxx pro
Sabaoth apud Moſem vertunt: Omnis
ornatus eorum: bene eſt: an non ornatus
cœlorum ſunt Angeli, pluſquam ſyde-
ra, pluſquam aſtra? Angeli nonne præ-
ſunt motui cœlorum, & ſyderum, & om
nibus rebus, & continent hunc mundi
ornatum, quem Deus continet per ſe &
Angelorum miniſterio? Ergo ſi Sabaoth
interpretaris exercitus Angelorum, in
creatione Sabaoth, eoſdem exercitus
Angelorum interpreteris eſt neceſſe.
Nam Sebaam idem nomen eſt, com-
poſitum tamen cum pronomine affixo
tertiæ perſonæ pluralis: Exercitus ſiue
ornatus eorum, eodem modo ergo
vbique interpretari quid vetat? (fir-
mans cœlum) ego ſum qui feci cœlum,
& tamen cœlum pro Deo colis (&
ædificans terram) ego feci terram. (Cu-
ius manus fecerunt exercitus ipſius)
Angelos, & dæmonas, & ſydera (& non
feci ea vt ires poſt ipſa) vt adorares ip-
ſa. Hæc THEOPHYLACTVS.
Addijcit tamen cœlos, id eſt, ſanctos vi-
ros in Chriſto Ieſu firmat & conſeruat
in bono, nam cœlos dici ſanctos, qui
templa Dei ſunt, res eſt nota: terram
autem, id eſt eos qui terra ſunt, &
ſapiunt terrena, per Chriſtum
reædificat & nouam fa-
cit creatu-
ram.

Vulg.

Vulg. D. HIER. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti, Deum abſque me neſcies, & ſaluator non eſt præter me. Ego cognoui te in deſerto in terra ſolitudinis iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.

Tranſlat. LXX. Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti, & Deum præter me non cognoſces, & ſaluator non eſt abſque me, ego paſcens te in ſolitudine, in terra inhabitabili ſecundum paſcua ſua repleti ſunt in ſaturitate, & exaltata ſunt corda eorum, propter hæc obliti ſunt mei.

HAEc beneficia (inquit THEO.) contulit Deus in Iudæos, & alia innumera: pro his beneficijs Deum dereliquere, & recalcitrarunt aduerſum Dominum: & rurſum panibus à Deo ſaturati & alijs beneficijs innumerabilibus à Domino ſubleuati, elati inſolentia ſunt aduerſum Dominum, & ita Rupertus hæc omnia verba Chriſti eſſe putat, nec male cohæret, iuxta illud Elaiæ: Qui loquebar, Ecce adſum. Ipſe enim Chriſtus patris verbũ in prophetis loquitur, quid autem dicit, Deum abſque me neſcies? quod ideo dictum eſt, quod voces excluſiuæ in diuinis, non excludunt eſſentiam, nec nomina eſſentialia: pro beneficijs ſupra dictis repudiauere ipſum Dominum, & ei antetulere Cæſarem & dixere: Non habemus regem, niſi Cæſarem.

Vulg. D. HIERO. Ego ero eis ſicut leæna, ſicut Pardus in via Aſſyriorum occurram eis ſicut vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi Leo, beſtia agri ſcindet eos.

Tranſla. LXX. Ero eis quaſi Panthera, & ſicut Pardus per viam Aſſyriorũ occurram eis ſicut vrſa indigens cibo diſrumpam concluſionem cordis eorum, & deuorabunt eos ibi catuli ſyluarum, beſtiæ agri diſrumpent eos.

CYRIL. in Geneſim de Beniamin agens, Seruator, inquit, in Oſea ſe Pantheram & Pardum & vrſum nominat. Ero, inquiens, eis quaſi Panthera & Pardus. CYRILLVS itaque de Beniamin ſignum euidentiſsimum Iudæorum impietatis in Chriſtum Dominum fuit vaſtatio & deſolatio vniuerſa Iudææ, quam prædixere omnes prophetæ, cum euidens euentus & effectus eſt conſecutus: cum omnes nationes videre miſeris modis vaſtatos à Romanis Iudæos, euerſas omnes vrbes Iudææ, vicos omnes incenſos, montes & vniuerſam prouinciam conflagraſſe, reſiduas pulſos, & captiuos ductos in omnes partes terrarum, nec id ſolum, ſed vbicumque agerent Iudæi, qui ex illa vaſtitate effugiſſent, miſeris modis vaſtatos à nationibus, quod te docent hiſtoriæ: vt Phylon de Flacco, & eius immanitate in Iudæos, & Ioſephus Iudæus, & CHRISOST. AMBROSIVS, GREGORIVS Nazianzenus, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, qua de re dictum eſt alibi late, & fuſe; vt appareat hoc loco vt non immerito dicat Dominus ſe futurum in Iudæos vt Leonem, vt Pardum,

& Pantheram, vt immaniſsima quæque animalia, vt eos ab impietate in Chriſtum retraheret. Et ſubijcit C Y R I L. Dominum appellare agriferas credentes in ſe ipſum per Eſaiam dicens: benedicent me feræ agri, quod homines, qui viuebant ritu ferarum, & ideo feræ agri nominantur conuerſi ad Dominum Sirenes nominantur, & oſcines, qui Dominicas laudes ſuauiſsimis cantilenis, & voce ſuauiſsima in cœlum ferrent, facti genus Domini electum & filij Dei facti, vides ergo inquit quomodo Dominus feras agri nominet genus electum, regale ſacerdotium, ſirenas, & auicularum vocaliſsimas, quæ cócinerent laudes Domino, & ſuauiſsima voce Chriſti triumphos perſonarent, & vere inquit Cyrillus beſtiæ agri fiunt, dum pugnant pro Chriſto, & omnia vincunt, neque eſt qui ſe illis opponat. Procopius ſub finem cõmẽtariorum in Geneſin hæc verba Chriſti eſſe ait, & Chriſtum ſe comparare hoc loco Leoni, & Pantheræ & vrſo. O R I G E N E S in caput. 22. Matthæi tractatu. 20. reddit cauſam multis verbis cur Deus pater in litteris Euangelicis ſe aſsimilet homini, quoad oſtendat ſe nobis in patriã ſicuti eſt; & cur hoc loco Oſee ſe aſsimilet Pantheræ Leoni, & vrſo turbato? vt peccantes, inquit, faciat deſiſtere à peccatis. D. A M B R O S. in Apologia Dauid; Deus, inquit, pro noſtrorum ſupplicio peccatorum affectum quendam ferinæ crudelitatis induit; vt qui natura pius eſt & miſericors noſtrorum ſcelerum atrocitate commotus aſſumat quandam beſtiarum ſæuitiam. T H E O P H Y L A C T V S in illud Lucæ capit. 14. Homo quidam fecit cœnam magnam: Deus, inquit, quando vim ſuam vindicatiuam vult ſignificare pantheram ſe nominat, Leonem, & vrſum, quando humanitatem hominem ſe appellat. G R E G O R I V S Nazianzenus in plagam grandinis: Legimus, inquit, Deum, qui omni animi perturbatione vacat, pardi inſtar ad viam Aſſyriorum occurrentem. Quem locum Nicetas interpretans; vis vltrix Dei intelligenda eſt in hac comparatione, non autem quicquam aliud ex his, quæ his beſtijs ſunt, quemadmodum inquit, Dominus vrſa in anguſtias redacta præcluſoſque ſibi omnes exitus cernens: aut fame oppreſſa, incredibili quodam furore obuium quenque aggreditur; ſic etiam ego faciã hoſtes veſtros omni animorũ impetu vos inuadere, nec miſericordia vlla vos habebunt dignos. Age nunc expendamus hæc: comparationes vindictæ Domini & indignationis vtri captiuitati congruant magis, captiuitati decem tribuum, an captiuitati Iudæorum quæ crucem Domini eſt ſubſecuta? Poſt homines natos, tanta ſtrages, tanta vaſtitas, incendium tantum vllius nationis nunquam fuit, quanta Iudæorum ſtrages, quantum incendium fuit poſt crucem Domini; vt docet Ioſephus de bello Iudaico ſub Veſpaſiano, atqui multo fuit maior ſub Adriano: vt diſces ex Dione in vita Adriani, cum vniuerſa Iudæa ferro & incendio abſumpta eſt, & Iudæi omnes qui in Iudæa erant, reſidui ducti captiui diſperſi ſunt per omnes oras parteſque terrarum. Huic Iudæorum ſtragi & vaſtitati congruit magis ſæuitia Leonis, Pardi, & Pantheræ, quam captiuitati decem tribuum: in captiuitate decem tribuum namque Iſraelitæ non ſunt abſumpti ferro & incendio: ducti ſunt captiui, & quam plurimis pepercit hoſtilis gladius, & quam plurimi ſe ex illa captiuitate ſubduxêre, vnde refloruêre decem tribus & ſuccreuere quæ temporibus Chriſti fuere florentiſsimæ. (Dirumpam interiora iecoris eorum) LXX (dirumpam concluſionem cordis eorum) & conſumam eos ibi quaſi Leo, beſtia agri ſcindet eos. Hæc etiam ſatis declarant non de captiuitate decem tribuum hæc eſſe dicta, cũ enim ductæ ſunt decẽ tribus in captiuitatem ad Aſſyrios, non

non occurrit eis Dominus quaſi vrſa raptis catulis ad dilaniandos eos, ſed ſalui ducti ſunt in captiuitatem. Tunc vere quaſi vrſa raptis catulis fuit Dominus in Iudæos, cum poſt crucem Domini inuexit in Iudæam per Romanos vaſtitatem, diram famem, ſeditiones, omnium nationum arma, quæ ſub Romanorum ſignis militabant, & demum Iudæos ferro & incẽdio conſumpſit reſiduos, in omnes partes orbis diſperſit: & ſicubi verſarentur inter nationes, aut ſi quo ſe proriperent fuga, nationum inſidijs opprimebantur, & necabantur. id eſt, quod dixit Dominus: ero eis Pardus in via Aſſyriorum, id eſt, quocumque ſe fuga proripuerint, aut vbicunque fuerint, ero eis veluti Pardus, & Leo, nam Aſſyrij pro omni natione ponuntur per ſynecdochen ex vno plures, vel omnes: quod ait Quintilianus, vbiq; enim nationum inſidijs nec opinantes opprimebantur miſeri. Et dirumpam interiora iecoris eorum) Lxx (& dirumpam concluſionem cordis eorum) Theophylactus: hæc, inquit, faciam vt concluſum & occæcatum cor eius aperiam & ingrediar ad illos: vt verba Chriſti hæc ſint, vt agnoſcar à Iudæis. Malis enim preſsi Iudæorum plerique, qua cauſa tãta mala incurrerunt, & ad Chriſtum cõuerſi ſunt. Et infra idem THEOPH. hæc eadem verba interpretans, addit, Dominus ſubiungit, beſtia agri ſcindet eos, appellans beſtias agri illos, qui Iudæos duxere captiuos, non ſolum enim in Iudæa lacerabant Iudęos, ſed etiam ad ſe ductos cruciabãt miſeris modis, & compellebãt illos malis intelligere, vnde ſibi tanta fuiſſent mala nata, & crederent Chriſto. Eodem modo interpretatur R. D. clauſuram cordis, pinguedinem cordis claudentem, vt non intelligant, iuxta illud Eſaiæ: Impingua cor populi huius. Idẽ ſignificant verba noſtræ vulgatę, dirumpam interiora cordis eorũ, clauſa ſcilicet vt lux Chriſti ad ea ingrediatur, infra idem THEOPHY. Concluſi intra corticem litteræ non poterant Chriſto credere, dirumpũtur hæc clauſtra vt appareat Chriſtus, & ei credant. Addit THEOPH. clauſtra quoque nominantur dogmata philoſophyca nationum & quæcunque à Chriſto auertebant, hæc omnia rupta ſunt vt pateſieret Chriſto aditus. CYRI. in Geneſin de Beniamin agens: beſtias agri, inquit, appellat Dominus credentes, ex nationibus ſcilicet qui cum idololatræ eſſent, beſtiæ agri dicebantur: ſic enim fere in litteris ſacris nominantur, recepta vero fide Chriſti iam filij Dei dicuntur, non beſtiæ agri, & ſcindent corda Iudæorum emollita, ad lucem Euangelij recipiendã iuxta illud, ſcindite corda veſtra, non veſtimenta veſtra.

Vulg. D. HIE. Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum.

Tranſl. LXX. Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur.

AVGVSTINVS de peccatorum meritis, & remiſsionibus contra Pelagianum libro ſecundo, capite quinto, pulchra ſimilitudine hoc expreſsit: ſicut, inquit, corporis oculus non adiuuatur à lumine, ſi oculum claudas, aut ſi eum à luce auertas, ita ſi te auertas à Deo, quod lumen eſt, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, aut ſi claudas mentis oculos, incurras in laqueos dæmonum, & peribis: ſi vero te conuertas ad Deum, illę tuam mentem illuſtrabit, & te ad ſe conuertet. Itaque ò Iſrael, perditio tua ex te eſt, quia te auertis à Deo, ſalus tua tantummodo ex me, quia conuerſio ad Deum ex peccato à Deo incipiat neceſſe eſt. Salus enim noſtra cũ peccamus, aut cũ ſumus in peccato à Deo vocãte & ſanãte eſt.

te eſt. Nam ſi diceremus à nobis habere principium liberationum à peccato, quod nos ipſi nos cóuerteremus ad Deũ primum hæreſis eſſet Pelagiana; dicimus autem in manu noſtra eſſe, vt à peccato reſurgamus, quod Deus ad fores ſemper adſtat, & pulſat, & per illum non ſtabit, reſurrectio tamen à peccato non eſt à nobis primum, ſed à Deo. Lxx ita vertere corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur? Cum diſceſſeritis à me, ſcilicet quia reliquerunt Deum Iſraelitæ poſt eius crucem. Hoc axioma Theologicum eſt receptiſsimum, ore omnium Theologorum maxime detritum, quod Iudæi peruerſa interpretatione peruertunt ſic: ſichezca, corrupit te, & ſubaudiũt vitulus: Iſrael, ò Iſrael qui quoniã bi, in me beezrecha, in auxilium tuum: ſic Rabi Selomo, vt ſit: Corrupit te vitulus Samariæ quia niſi hoc fuiſſet, in me fuiſſet auxilium tuum, falſa & impia interpretatione, quoties enim poſt vitulum Samariæ miſit Dominus Prophetas ad Iſrael, vt eos auerteret à ſua impietate? Quot miracula edidit vt eos auocaret ab idololatria? vt falſo dictum ſit, niſi hoc fuiſſet, in me fuiſſet auxilium tuum. Sed Iudæorum interpretatio vt dictum eſt falſam facit & mendacem ſcripturam: non enim peccata noſtra obſtant, quantumuis tetra, & fœda, quin Dominus manus porrigat, & nos iacentes erigat: & ad ſe trahat. Vt mittam dicere, quod vt falſam efficiat Rabi Selomo ſcripturam, ſubaudit vocem illam, vitulus: Corrupit te, vitulus ſupple; & addit totam illam orationem, niſi hic fuiſſet: & quod ſequitur, In me auxilium tuum, ſupple eſt, dicit ipſe fuiſſet. Thargum vero vertit. Quando corrumpebatis vos domus Iſrael, dominatæ ſunt vobis gentes, & quando reuertebamini ad legem fui in auxilio veſtri. Male vos Deus perdat, Iudæi impij, per mille quingentos annos captiui eſtis inter nationes, & clamatis ad Deum, vt vos redimat, nec liberamini vnquam ex miſera captiuitate, nec liberabimini quoad vſque ad Chriſtum reuertamini. Falſam igitur & mendacem ſcripturam faciunt Iudæi ſua peruerſa interpretatione. Iudæi ergo, (quod Diuus Hieronymus & Lxx, nomen fecerant ſichezca, perditio, ſiue perditioni) verbum faciunt tertiæ perſonæ perdidit, aut ſecundæ perdidiſti: ſed parui referebat hoc, niſi cætera peruerterent. D. igitur HIERONYMVS mirabiliter hunc locum vertit, Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Recte etiam Lxx, corruptioni tuę Iſrael quis auxiliabitur? cum à me diſceſſeris, ſcilicet putò tamen deeſſe totam illam orationem: Quoniam in me auxilium tuum; vt additum videatur illud à Lxx, Quis auxiliabitur, multa enim à Lxx adduntur perſpicuitatis cauſa. Illud aduerte veriſsimum eſſe, quod dictum eſt à nobis non ſemel, ex authoritate veterum, interpretationem Iudaicam falſum & mendacem facere Deum: falſam & mendacem facere eius ſcripturam ſacram.

Vulg. D. HIERONY. Vbi eſt rex tuus maxime nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis, & iudices tuos de quibus dixiſti, da mihi reges & principes, dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

Tranſlatio. L X X. Vbi rex tuus ſtet, & ſaluum faciat te in cunctis vrbibus tuis, iudicet te quem dixiſti: da mihi regem & principem, & dedi tibi regem in ira mea, & repreſsi in furore meo.

THEOPHY. videtur hæc interpretari de Cæſare, quem petiere ſibi regem

gem, cum dixere: Non habemus regem niſi Cæſarem. Nam paulo infra hoc citat ex Euangelio, (vbi eſt rex tuus maxime nunc ſaluet te in omnibus vrbibus tuis) Rex ille Cæſar, quem præoptaſti tibi adſtet: & ſaluet te in omnibus vrbibus tuis, phraſis Hebrææ pro, cum omnibus vrbibus tuis, quamuis tot habeas vrbes, cum enim vaſtata à Romanis Iudæa eſt poſt crucem Domini, erat potentiſsima, plurimas habebat vrbes, & munitiſsimas, & opulentiſsimas: vt in prophetam Amos dicendum eſt, Deo bene iuuante. Quamuis ergo munitiſsima & potentiſsima es, ſaluet te, & ſaluet reges tuos, & Iudices tuos, quos petijſti à me. Nam Veſpaſiani duo imperatores Romani qui vaſtauere Iudæam periere intra breuiſsimum, periere letho malo, & quotquot Eccleſiã ſunt perſecuti: vt in Ioelem dictum eſt, acerbiſſimas luere pœnas. Reges quoque & põtifices petebant ſuos potentatus à Romanis & à Romano imperatore. Quod vertit D. Hieronymus, & Iudices tuos, de quibus dixiſti: reddidere Lxx, iudicet te quẽ dixiſti, da mihi regẽ & principẽ. THEO. tu petijſti regem, & principẽ, hic iudicet te, & te perdat & vaſtet. Dixiſti: non habemus regem niſi Cæſarem. Hic ergo rex quẽ præoptaſti te vaſtet & vlciſcatur te, & tuas vrbes ferro & incendio deleat. Quod enim inquit, repudiauere filium Dei, & ſibi regem delegere Cæſarem: tradidit Iudæos Deus Romanorum Imperatori, & per eum regem quem ſibi petiuere, Iudæos deleuit Dominus: hæc fere Theophylactus. Quod in vulgata lectione eſt: iudices tuos, Hebraice eſt שופטיך iudices tuos, ſi detrahas litterulam י vertere potes: iudicet te, vlciſcatur te, & vaſtet te, אשר, vox eſt indeclinabilis, quam vertere potes ſingulariter, & pluraliter quo velis caſu, de quibus, & quem, (Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea) quod Domino Iudęi dicere poterant regem illum datum ſibi à Domino eſſe, reſpondet Dominus, ita eſſe, ſed ſe indignatione feciſſe, & ira, vt concederet hoc illorum ſtultæ voluntati, vt edocti malis intelligerent Iudæi humana imperia non poſſe ſeruare quenquam, ſed Dei regnum & imperium: hæc THEOPHY. hoc loco, inquiens, id apparuit maxime, deleuit enim Deus Iudæos per eos ipſos imperatores Romanos, quos ſibi Iudæi parauerant defenſores, quod Lxx tranſlatio plane & aperte ſignificat; nec ad captiuitatem decem tribuum, nec ad Babylonicam referri poteſt, in ſola enim vaſtitate inuecta à Romanis iudicati & puniti ſunt Iudęi & ſubuerſi à Rege illo Romani imperij, quẽ ſibi Iudæi regem delegerãt. AVGVST. de natura boni aduerſus Manichæos nullam iniuſtitiam eſſe docet, malis regem malum à Deo dari: ait enim cap. 32. in illud: Dedi eis regem in ira mea: iniuſtum, inquit, non eſt, vt impij accipiant nocẽdi poteſtatem & ſic bonorum patiẽtia probetur & malorum malitia puniatur. Idẽ AVGVST. contra Iulianum Pelagianum lib. 5. cap. 3. de rege Saule hoc interpretatur: Lauda, inquiens, regem Saulem quia ipſe fuit pœna peccantium dicente Domino: Dedi tibi regem in ira mea: quod ſi ita interpretere erit typus Imperatoris Romani, quem ſibi petiere regem; eſt enim ſcripturæ canon, vt quoties à Propheta aliquid ex veteri teſtamento citetur, intelligamus citari tanquam rei, de qua agitur. Typus illic enim præfiguratũ eſt, ꝙ in paſsione Dñi futurũ erat, cũ hominem regẽ Deo regi prętulere Iudęi.

Vulg. D. HIE. Colligata eſt iniquitas Ephraim & abſcõditum peccatũ eius, dolores parturientis venient ei.

Tranſlat. LXX. Synagoga iniquitatis Ephraim abſconditum peccatum eius, dolores quaſi parturientis venient ei.

THEOPHYLA. colligata eſt iniquitas, coniuratio facta eſt princi-

pum & ſacerdotum, vt quæreretis regẽ vobis, quærentes vobis ipſis malum, quã do à me deficere parabatis ad Cæſarem, & dixiſtis: Non habemus regem, niſi Cæ ſarem: & repuliſtis Dei filium, regem humũcionem præoptaſtis habere, quã Deũ. Hęc ferme Theophylactus. Poteſt tamen hæc coniuratio, & colligatio iniquitatis ad conſilia Iudæorum referri, Cum Matthæi. 27. Cœperunt conſilia ſacerdotes & ſeniores populi contra IESVM. de qua coniuratione Matthæi. 12. phariſæi conſilia faciebant aduerſus IESVM, & cap. 22. conſiliũ inierunt vt caperent IESVM & ſimilia multa, quæ in litteris Euangelicis reperies. (Dolores parturiẽtis veniẽt ei) lege Ioſephũ, cũ alijs locis multis, tũ de bello Iudaico lib. 6. cap. 30. & cap. 42: quibus intelliges Iudæos præ malis quibus cincti erant fuiſſe attonitos, oculis captos, mentis inopes. THEOP. dolores calamitatum venere Iudæis poſt crucem Domini. Ephraim appellari infideles & incredulos Iudęos dictum eſt millies (peccatum abſconditum) cauebant enim ne tumultus fieret in populo THEOPH. occultũ erat peccatum occidentiũ Dominum, plenum dolo & ſimulatione. Dicebant enim, ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.

Vulg. D. HIE. Ipſe filius nõ ſapiens, nunc enim non ſtabit, in contritione filiorum.

Tran. LXX. Iſte filius tuus ſapiẽs, quia nunc non ſtabit in contritione filiorum.

IPſe filius non ſapiens, Lxx (Iſte filius tuus ſapiens) ſine negatione tales varietates Hebraice ſunt quamplurimæ, vbi quædam cum negatione legantur, quædam ſine negatione, quæ vt concordent inter ſe fit facile, ſi alterum interroganter legas, cuius reſponſio eſt negatio. Sic THEOP. iſte filius tuus ſapiens? interroganter legit: cuius interrogationis reſponſio eſt, id eſt non ſapiens. THEOP. imo ſtultus & inſipiens populus, qui ſciebat legem & prophetas, & memoria tenebat, & ſapientem & prudentem eũ eſſe oportebat & talis videbatur, cum vere non eſſet ſapiẽs, ſed cæcus, & ſtultus. Nõ ſtabit in cõtritione filiorum.) THEO. Non ſtetit in Romanorũ obſidione, cum matres præ fame filios parieti allidebãt & conterent vt illorũ carnibus veſcãtur, lege Ioſephũ de bello Iudaico c. 21. Quod Hiero. & Lxx reddidere, nunc, Hebraice eſt עת, id eſt tẽpus: quod argumentum eſt deeſſe Hebraice litteram vnam ה vt dictum, & cõmonſtratum eſt in noſtro Apologetico fuſiſsimè. En tranſlatio D. Hiero. & tranſlatio Lxx aperte arguunt Hebraice legendũ eſſe עתה nunc: & non עת tempus: pro contritione Hebraicè eſt be miſbar vt in illo Eſaię cap. 66. Nũquid ego qui alios parere facio, pro parere facio eſt verbum hoc aſbir, quod ſignificat facio frangere aquas, quod obſtetrices dicunt quebrar las aguas ſub partum infantis. Poteſt ergo hoc etiam ſic explanari: In contritione filiorum, in partu filiorum cũ pariet eccleſia filios, iuxta illud Eſaiæ: Quis audiuit tale? aut quis vidit huic ſimile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens ſimul? In hoc Eccleſiæ partu, cũ Eccleſia vno die peperit tria millia, vt leges in Apoſtolorum actis, in altero quinq; millia, Iſrael, qui primogenitus filius Dei dicebatur, non ſtabit, non erit, fugiet, Chriſto potius aduerſabitur. Nõ eſt prætereundem ſilentio Lactantium de religione & ſapientia lib. 4. cap. 19. hunc locũ legere mutata diſtinctione iuxta Lxx, vt ad Domini paſsionem, poſtea ad reſurrectionem referat, & Lactantius temporibus Chriſti proximus erat: cũ enim templum Domini ſubueruerctur, ſub Adriano opinor, ipſe in Bythinia docebat artẽ oratoriam, vt ipſe Lactãtius ait, cui de ſe ſcribenti maior habenda fides quam alij cuiquam. lib. 5. c. 2. Eo igitur tempore caſtigatiora fuiſſe exemplaria Lxx planum eſt, nec in eã tantũ Iudæis & Iudaizantibus licuiſſe, ergo Lactãtius eo loci ſic hunc locũ enarrat

rat & citat. Hic eſt filius meus ſapiens, propter quod nunc non reſiſtet in cōtribulatione filiorum ſuorum, vt ſit ſenſus hic eſt filius meus dilectus, ſapiens, quippe ipſa diuina ſapientia: non reſiſtet Iudæis, ſed ad paſsionē ſe offeret, Id enim eſt in contribulatione filiorum, cum eū tribulabunt Iudæi, qui filij Dei vſque ad illa dicebantur. Dices nihil tale eſt Hebraice, muta vnam litterulam in alteram & Hebræa lectio hoc planius ſonabit, ſi pro lo, non, legas li, mihi, vertes Hebræā lectionem: hic eſt filius mihi, id eſt filius meus, ſapiens, ipſa diuina ſapientia &c. vides quantula mutatione. ׳ in א Hebræa lectio cum ea lectione congruat, quam citat Lactantius. Nā quod Lxx interpretatio diſcrepat ab hac lectione, quam citat Lactātius, Iudæi, vt dixi in noſtro Apologetico libr. 2. multa in ſcriptura vitiarunt malitia, & neglgētia, adeo vt in ſcriptura frequenter duplex ſit lectio, vt bene exercitato homine ſit opus, vt verum ſcripturæ ſenſum vtrique lectioni reddat. Non celabo tamen lectorem: THEO. non legere: filius meus: ſed filius tuus: & hanc lectionem circunferre exemplaria Grȩca. Idem eſt ſenſus vtriuſque lectionis, quod ſi legas, hic eſt filius meus: verba erant Dei patris iuxta interpretationē Lactantij: ſi legas hic eſt filius tuus ſapiēs: erunt verba prophetiæ ad ipſum Deum. Vulgata iuxta hæc ſic explanabitur: ipſe filius non ſapiens, id eſt de quo Iudæi dicebant, quid hunc auditis? inſanit: nunc enim non ſtabit, non reſiſtet Iudȩis in cōtritione filiorum: cum eum contererent & cruci affigent Iudæi, olim dicti filij, & oſtendi libro 2. Apologetici perſonarum mutationem in Hebræa lectione eſſe frequentiſsimam.

Vulg. D. HIE. De manu mortis liberabo eos, & de morte redimam eos.

Tranſla. L X X. De manu inferni liberabo eos, de morte redimam illos.

EVSEBIVS Cæſarienſis demonſtrationis Euangelicæ lib. 4. demonſtratione 12. ait, hȩc verba eſſe Chriſti Domini ſeruatoris noſtri de morte, & de inferis triumphantis, cum veterum patrum animas ab inferis eruit. De manu inferi, inquit Dominus, liberabo genus humanū, de morte redimam fidelium animas: &c. quæ eo loci adiecit EVSE. eodem modo HIER. hæc verba interpretatur. ORI. in c. 5. epiſt. ad Romanos interpretās hūc locū: De manu inferi eripiā eos: deſcēdit, inquit, Chriſtus in infernum, vt liberaret eos, qui in ſinu Abrahæ detinebantur: de quibus multa corpora ſanctorum reſurrexerunt cum illo ait Euangeliſta. Vnde illud etiam prophetæ, Aſcendens in altū captiuam duxit captiuitatem. Ita Dominus per ſuam reſurrectionem mortis regna deſtruxit. Nam de ipſo tyranno deſtruendo Apoſtolus: Nouiſsimus, inquit, inimicus deſtruetur mors, regnum vero mortis iam deſtructum eſt, deſtruendus eſt in nouiſsimo, id eſt, in fine ſæculi tyrānus, qui iam non regnat, ſed regno depulſus latrocinatur, & ideo Apoſtolus, Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore. THEOHYLACTVS quoque in eadem ſententia eſt, tamen vt intelligas veriſsime à me dictū eſſe cōmentarijs THEOPHY. intermiſta eſſe commētaria neſcio cuius, qui magnopere Iudaizet, vſque adhuc THEOP. ad vaſtitatē Iudȩæ retulerat omnia: ad eā inquā quæ Iudæi poſt Domini crucem à Romanis eſt importata: nūc hȩc quæ plane ad reſurrectionē fidelium, & ad Chriſti Domini reſurrectionē ſpectant, ad Babylonios refert & ad decē tribus, & eodē retulerat multa in principio huius capitis. Poſtea ad Chriſtū refert Lactātius locis citatis capite ſuperiori, hæc verba de Chriſti Dñi reſurrectione enarrat. Legit enim ſingulariter: De manu inferorū eruā eū. i. excitabo eū ab inferis, pluraliter inquies ſcriptū eſt: eruā eos, parui refert: eruā eos Chriſtū, ſcilicet & ſanctos patres vt ſignificet cū Chriſto Dño excitādos ſanctos pa

tres, nec excitandi Chriſtum ſolum. Et mutatio numerorum frequens eſt Hebraicè: vt monſtratum à me eſt in Apologetico.

Vulg. D. HIRO. Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne.

Tranſlat. LXX. Vbi eſt cauſa tua mors, vbi eſt aculeus tuus inferne.

AVguſt. contra Pelagianos hypognoſticon libr. 2. in fine, Dominus in Oſee Propheta morti minitans dicit, ero mors tua ò mors ero morſus tuus inferne, mors & infernus inquit in diaboli perſona dicta intelliguntur, quia per ipſum delinquenti homini accedit mors, id eſt priuatio vitæ. Chriſtus Dei filius mors extitit mortis; & morſus inferni, quod iuſtus & innocens affigi cruci paſſus eſt, & lancea transfigi, morſus ergo inferni factus eſt Dominus cum ſe ab eo tanquam eſcam, id eſt carnem ſuam ſuſcipi paſſus eſt, qua non ſatiaretur ſicut peccatoribus, ſed abſorberetur. Propter quod dictum eſt, abſorpta eſt mors in victoriam. Ambro. fol. 156. in veteri teſtamẽto inquit, amarus morſus eſt mortis. Vnde deuorauit mors præualens in nouo teſtamento ſuauis morſus eſt vitæ, quæ mortem deuorauit. Vnde Apoſtolus, deuorata eſt mors in victoria. EVS. Pamphili de reſurrectione Domini & victoria qua mortem vicit & de ſuſcitatione à mortuis fidelium hæc interpretatur, cum mortale hoc corpus induet immortalitatem. Eodem modo interpretatur D. Hieronymus ex D. Paulo: vt præſignificetur hoc loco Victoria qua Chriſtus mortem vicit, & nos mortis fecit victores, cum induemur immortalitate in reſurrectione mortuorum. Et ſubijcit: Quod Paulus de reſurrectione Domini eſt interpretatus, nos aliter interpretari, nec poſſumus, nec audemus. Quod eò dixerim, quod Theophylact. ſiue is Theodorus, aut Theodoritus eſt, qui Iudaica ſolet conſectari, ad captiuitatem Babylonicam, ſiue decem tribuum conatur hæc referre, quanquam poſtea eò regreditur, vt interpretetur eodem modo quo Hieronymus & Euſebius. Vbi eſt mors contentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus. Auguſt. de peccatorum meritis, & remiſsione contra Pelagianum lib. 3. cap. 11. Aculeus mortis, inquit, quo mors facta eſt, peccatum eſt, cuius peccati punctu mortificatum eſt genus humanum. Hunc locum Apoſtoli verba declarant. Cum mortale hoc, inquit, induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoria: de reſurrectione corporis agebat, cum abſorbebitur mors in victoriam reſurrectionis corporis. Morti ergo corporis hoc dicitur, hanc abſorbebit victorioſa immortalitas: morti corporis tunc dicitur; Vbi eſt mors victoria tua, aut contẽtio, quia omnes ſic viceras, vt etiam Dei filius tecum confligeret: teque nõ vitãdo, ſed ſuſcipiendo ſuperaret, viciſti in morientibus, victa es in reſurgentibus. (Aculeus tuus) hoc eſt peccatum, quo puncti & venenati ſumus, vt etiam in noſtris corporibus fieres tandiu, vt ea tã logo tempore poſsideres. Sed quid iuuat hoc? dicũt aliqui: nihil tale Hebraicè habetur, nec in noſtra vulgata, quæ ad veritatem Hebraicam tranſlata eſt: quaſi dicant: Apoſtolum nos deludere, & citare quæ nuſquam ſunt, & AVGVS. & cæteros veteres, qui hæc ex litteris ſacris citant. Minime gentium, Chriſtus in Paulo loquitur, qui ait; An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſti, Chriſtus loquitur in Paulo, ergo quæ Paulus loquitur vera ſunt, loquitur enim in Paulo ipſa veritas: nos deludere, aut fallere nullo modo poteſt. Quid ergo dicemus? Commonſtrauimus in noſtro Apologetico multa ex ſacra ſcriptura aut malitia Iudaica, aut iudaica negligentia eſſe expuncta, idque teſtimonio vete-

rum

rum patrum tam Græcorum, quàm Latinorum. Addidimuſque demonſtrationẽ quam ad oculum vocant, vt quilibet, qui ſciret Hebraicè, ſibi ipſi credat, & ſuis oculis, nec credat Iudæis, qui ſe diligẽtiſſimos ſemper fuiſſe perhibent in ſeruanda & ſcribenda ſcriptura. Credat potius D. CHRYSOST. qui negligentiſſimos Iudæos fuiſſe ſcribit in tranſcribenda ſcriptura, & ſeruanda. Ergo in rebus ſcriptis Hebraicè duobus locis verbis eiſdem, ſi ea conferas incurret in oculos, etiam ſi non ſis magnopere attentus, hęc malitia Iudaica, aut negligentia: cum in huiuſmodi rebus in duobus locis ſcriptis Hebraicè verbis eiſdem in altera parte reperies deeſſe orationem integram, quæ eſt in altera: verba deeſſe in altera, quæ in altera ſunt: nec minus dicas eſſe ſacra, quæ ſunt in altera parte, etiam ſi in altera deſint. Huius rei exempla ſunt libro ſecundo noſtri Apologetici. capite. 64. vbi monſtratur deeſſe orationes alibi, & alibi eſſe in rebus ſcriptis Hebraicè in duobus locis verbis eiſdem, nec ideo minus habere fidei dicẽdæ ſunt orationes, quæ ſunt in altera parte ſcripturæ Hebraicæ, etiam ſi deſint in altera, & ita non minus habent fidei quod deſint Hebraicè, quod poſt Euangelium aut malitia, aut negligentia Iudaica exciderint ex lectione Hebræa, quæ ſunt in litteris Euangelicis, & deſunt Hebraicè, & quæ ſunt Hebraicè, & deſunt in litteris Euangelicis non minus fidei habere dicentur, quod vtraque à Deo ſint dicta, qui loquitur in prophętis, & in litteris Apoſtolicis, & Euangelicis. Ergo illa: Vbi eſt mors contentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus citata ab Apoſtolicis, poſt ipſos Apoſtolos malitia, aut negligentia Iudaica expuncta, quorſum minus habeant fidei, quæ Spiritu ſanctus per Apoſtolum eſt locutus? Quæ rurſum Hebraicè ſunt illa, ſcilicet. Ero mors tua, ò mors, ero morſus tuus inferne, quod non citantur ab Apoſtolo, & ſunt Hebraicè, & in vulgata D. Hieronymi quid minus fidei habent? In hoc igitur loco ex Hebræo cenſeo ſupplenda Græca, & Græca ex Hebræis. IRENAEVS. libr. tertio. capite. 38. victus erat Adam, & ablata erat ab eo omnis vita; & propter hoc victo à Chriſto rurſus inimico, recepit vitam Adam, nouiſſima autem inimica euacuatur mors, quæ primum hominem poſſederat, inde dictum eſt: vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? quod non poterat iuſte dici, ſi non ille liberatus eſſet, cui primum dominata eſt mors: illius enim ſalus euacuatio eſt mortis. Domino igitur viuificante Adam, id eſt hominem euacuata eſt mors. AVGVSTI. de peccatorum meritis & remiſsione libro. 3. cap. 11. pro, Vbi eſt mors victoria tua: legit, vbi eſt mors contentio tua, quod apud Paulum non legerit νῖκος cũ ι id eſt victoria: ſed νεῖκος, cũ ει contentio tua, & ſubijcit Auguſtinus ex Apoſtolo, eo abſorbetur mors in victoriã, quo corruptibile & mortale hoc induit immortalitatem: & mortis aculeum peccatum fuiſſe ait, quo mors eſt facta, quod peccati punctu, aut punctione mortificatio facta ſit. Quęrit rurſus AVGVST. de qua morte hic mentio fiat: reſpondet docente Apoſtolo, hic de reſurrectione corporis verba fieri, qua abſorbebitur mors in victoriã. Idem AVGVSTINVS. in illa verba cap. 8. Euangelij Ioannis, ſi ergo filius vos liberauerit, Quando inquit, plena & perfecta libertas erit, quando nullæ inimicitiæ, quando dicetur, Vbi eſt mors contentio tua, quando non concupiſcet caro aduerſus ſpiritum, nulla erit contentio inter ſpiritum & carnem: cum mortale hoc induerit incorruptionem. Ergo contemptionem Auguſtinus nominat, illam quæ inter ſpiritum & carnem eſt, qui fomes peccati, ille veluti actus pugnæ, qui tranſit in baptiſmate reatu, manet actu: & in Epiſtola. 57. ad Dardanum, Renatis inquit, nobis ex aqua & Spiritu ſancto condonatis nobis omnibus peccatis, tamen

manet ad exercitiũ contentio illa propter quam dicimus, Dimitte nobis, quod vincimur aliquando, vtinam non ſæpiſsime: quoad in reſurrectione dicatur: vbi eſt mors victoria tua, qua nos vincebas, vel pugna tua & contentio. De vtraque ergo morte dicetur non de morte corporis tantum. Declarat hoc magis AVGVS. 80. quæſtionum libro. 1. quæſtione. 80. diſputans enim de hoc loco: mortem, inquit, ſignificari arbitror carnalem conſuetudinem, quæ reſiſtit bonæ voluntati, ob delectationem & voluptatem. Alioquin non diceretur: vbi eſt contentio tua? ſi non reſiſteret, & repugnaret: hanc mortem peccato meruimus. Vbi Auguſtinus mortem nominat peccati fomitẽ, quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Liberabimur, in reſurrectione: cum dicetur: vbi eſt mors contentio tua. Igitur tota hæc lis eſt, vtrum apud Paulum legi debeat νῖκος, cum ι victoria, an νεῖκος, cum ει, id eſt cõtẽtio, eodẽ modo legit CHRYSOSTOMVS in ſermone natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ ex capit. primo Lucæ vbi verba hæc eſſe docet ſupernarum poteſtatum, quibus conteſtantur Chriſtum mortem deuiciſſe, vt nos qui mortui iam olim tenebamur, immortalitatẽ caperemus, &c. Legit ergo CHRYSOSTOMVS vbi eſt mors contentio tua? AMBROS. de figura ſæculi cap. 9. Mortem ne timeas, ſi geras Chriſtum, in quo dicere potes: vbi eſt mors victoria tua, etenim cum vetus homo noſter affixus eſt cruci, deſtructum eſt peccatum, obtuſus aculeus, vacuata culpa, nũc non vetus homo in nobis, ſed noua creatura, habens in ſe ſimilitudinem Chriſti, cuius mortis ſimilitudinis conſepulti, imaginem vitæ eius aſſumpſimus, alas gratiæ ſpiritualis accepimus.

(?)

Vulg. D. HIERO. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, adducet vrentem ventum Dominus, de deſerto aſcẽdente, & ſiccabit venas eius & deſolabit fõntem eius i pſe diripiet Theſaurum omnis vaſis deſyderabilis.

Tranſl. LXX. Conſolatio abſconditur ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, adducet ventum vrentem Dominum ex deſerto ſuper eos, ſiccabit venas eius, deſolabit fontes illius, iſte arefaciet terram eius, & omnia vaſa deſyderabilia.

CONſolatio abſcondita eſt ab oculis meis) dicendum ex CHRYS. in Amos Prophetam eſt: ſanctos prophetas præ charitate ardentiſsima angi vehementer ſolitos ob impiorum peccata, quibus à Deo acerbiſsimas merentur pœnas. Dolet ergo Oſee propheta, quod quamuis Chriſti inſtet aduentus, qui in ſcriptura conſolator dicitur, iuxta illud: conſolamini, conſolamini popule meus Eſaiæ. 40. conſolatio tamen, inquit, abeſt ab oculis meis, quod hic vnigenitus filius Dei, alioquin paracletus & conſolator, diuiſurus ſit inter fratres: quoſdam Iudæos recipiet, quoſdam excludet ab Eccleſia. Excludet incredulos, recipiet reliquias, quæ ſaluæ factæ ſunt. Huc ſpectat THEOPHY. quamuis illud: diuidet inter fratres, refert ad illud Euangelicũ: gladium veni mittere in terram, vt fratrẽ fratrem tradat. (Adducit vrentem ventũ Dominus) Chriſtum inquit THEOPHY. quod Deus ignis conſumens eſt, qui conſumpſit mortem aſcendens de deſerto, de ſacra virgine, inquit, THEO PHY.

PHYL. quæ terra inuia, ſine pluuia humani ſeminis fuit. Lege quæ ſcripta ſunt in illa verba Eſaię cap.53. ſicut radix de terra ſitienti,(& ſiccabit venas eius) fontem mortis & peccatorum noſtrorum,quod ſignificant etiam verba illa (deſolabit fontem eius) (Diripiet Theſaurum omnis vaſis deſyderabilis) terram mortalem, carnem humani corporis ſanctorum ſuſcitabit,quæ à morte tenebantur. Sanctorum namque corpora vaſa deſyderabilia nominãtur. Hęc fere THEOPHYLACTVS. Eodem modo interpretatur hunc locum D. HIERON. tomo.1.ad Theodoram in epitaphio Lucinij Betici , eodem ſpectat in commentarijs in hunc locum.

CAP. XIIII. Oſee.

Vulg. D. HIERO. Pereat Samaria quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum,&c.

PEREAT Samaria) RVPERTVS, Synagoga quę peccatum Samariæ ſupergreſſa eſt:dum non tantummodo ſcidit ſe à credentibus, ſed etiam crucifixit filium Dei, & ſitientem potauit aceto. THEOPHYLACTVS in ſuperioribus ſæpè Samariam Hieroſolyma eſt interpretatus , quod peccatum Samarię exſuperauit. Hoc loco ad Samariam hoc retulit,non ad Hieroſolyma. Sed fortaſsis non eſt is THEOPHILACTVS , ſed THEODO. vt ſæpe monui. Tertullianus, cum alijs locis,tum aduerſus Marcionem libro. 3. capit.8. Archontas Sodomorum appellat,Eſaias Iudæorum Principes, & populum Iudæorum nominant populum Gomorrhæ. Et alibi , populus,inquit , tuus Amorrhæus,& mater tua Cetæa ; ob ſimilitudinem impietatis,quibus verbis docet Tertullianus propter impietatis ſimilitudinem Iudæorum Principes impientiſsimarum vrbium nominibus nominari: interim Sodomorum principes , interim Iudæorum populum', Gomorrhæ populum appellari,interim Amorrhæũ Cetæum . Pergit Tertullianus : ſæpe AEgypti nomine totus orbis appellatur ob impietatis ſimilitudinẽ:ſic & Babylõ Roma dicitur ob ſimilitudinẽ ſuperbiæ, aduerſus Regem Aſſyriorum, aduerſus Herodem intellige ob eandem cauſam. Ergo iuxta hunc canonem , vt alijs locis ſupra dixerat THEOPHYLAC. ob impietatis ſimilitudinem, Samariam Hieroſolyma intellige. (Quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum) Chriſtum Dominum quem cruce affecit & innumeris contumelijs (in gladio pereant) Nunquam hoc factum eſt:ducti ſiquidem captiui ſunt Samaritæ cum alijs partibus decem tribuum : non ſunt gladio deleti. Potuit fieri,aiunt, vt gladio delerentur : prodidit ſcriptura ductos fuiſſe captiuos,& ais. Potuit fieri vt delerentur gladio contra litteras ſacras? Sed frequens hoc eſt vt Iudæi ſua interpretatione faciant mendaces prophetias. Hieroſolymitæ,quos appellat Samaritas,per iere gladio & incendio , paruuli eorum eliſi ſunt,& fœtæ eorum ſciſſæ ſunt,vt ex Ioſepho millies oſtendimus (conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum) verba ſunt Chriſti vocantis Iſrael ad pœnitentiam ab iniquitate quam fecerat. THEOPHYLACTVS: Aſſur non ſaluabit vo's,nec hominum auxilia,ſi conuerſus fueris & confeſſus toto corde IESVM CHRISTVM ſaluaberis,non equus te ſaluabit, ſed fides quæ per dilectionem operatur(tollite vobiſcum verba) RVPERTVS: verba confeſsionis & precum(vitulos labiorum) RVPERTVS: non tauros non victimas, ſed labiorum vitulos, verba confeſsionis & laudis: quæ victimæ Deo ſunt gratiſsimæ & ſacrificia & victimæ. Qui verba confeſsionis

feſſionis Deo redditis, audite quid Deus dicat: (ſanabo contritiones eorum) RVPERTVS: verba Saluatoris hæc ſunt: In gaudium conuertam eorum triſtitiam, qui ad pœnitentiam contriſtati ſunt, habentes cor contritum, & humiliatum. THEOPHYLACTVS: Chriſtus dum ſigna faceret, & prodigia, ſanauit eorum corpora, non ſanauit eorum animas qui noluerunt credere, iuxta illud: quoties volui congregare vos ſicut gallina congregat pullos ſuos (gratis ſanabo eos) gratuita peccatorum remiſſione. Aſſur non ſaluabit nos: hominum inquit auxilia vos non ſaluabunt (ſuper equos non aſcendemus) Nec equi nos liberabunt, aut exercitus. (Nec dicemus vltra dij noſtri:) nec idololatræ vltra erimus: ſiquidem poſt Chriſti crucem non coluêre vltra idola. (Quia eius qui in te eſt miſereberis pupilli.) THEOPHYLACTVS: ego, inquit, Deus, qui in te habito, miſerebor Iſrael orbatum me patre Deo vero, & orbatum meo auxilio: Pupillus enim dicitur & orphanus puer paruulus patre orbatus. (Diligam eos ſpontaneè) THEOPHYLAC. primo ſpontaneè apud LXX inquit eſt ὁμολόγως ἤγουν ἀναμφιλύγως ὁμοῦ πάντας; eadem ratione, citra diſcrimen, ſimul omnes: quaſi dicat, ſe nullo diſcrimine habiturum eos, qui ſe crucifixêre, & verberibus affecere & contumelijs & eos qui ſe à tam nefario ſcelere abſtinuêre, ὁμολογοῦντας τὸν χριστὸν πρὸς δέξομαι, qui meum nomen fuerint confeſſi recipiam. Vulgata ſic explanabitur. Diligam eos ſpontaneè, gratis, ſponte, ſi conuertantur. (Ero quaſi ros Iſrael) RVPERTVS quando Spiritus ſanctus virginem ſacram obumbrante verbum patris in eius vterum deſcendit. THEOPHYLAC. τὰς ἐμὰς εὐεργεσίας ἐπιχορηγήσω αὐτοῖς, ὡς δρόσον, καὶ ἀνθήσουσι ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν. μανθάνομεν οὖν ἐκ τούτων ὅτι πρὸς εὐωδίᾳ καὶ ἡ λευκότης τοῦ ἄνθους θαυμάζεται, πᾶσα δὲ γὰρ ψυχὴ ἀπαλλαγεῖσα τοῦ σώματος, καὶ τῆς δυσωδίας τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ῥύπου, καὶ τὴν λαμπρὰν τοῦ βαπτίσματος περιβαλλομένη στολήν: περὶ ἧς καὶ ὁ Ἡσαΐας φησί: ἀγαλλιάσεται ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐνέδυσε με τῷ ἱματίῳ τοῦ σωτηρίου. Mea beneficia præſtabo ipſis, vt rorem, & florebunt vt lilium in medio ſpinarum. Diſcimus autem ex his, præter boni odoris fragrantiam floris candorem admiratione imbuere animos. Omnis autem anima hoc corpore exuta, & fœtore, & ſordibus peccati libera, & ſplendida, baptiſmatis induta ſtola, vndique ſplendet, & lucet, & gaudio exultat, vt Eſaias ait, Exultauit anima mea in Domino & induit me veſtimento ſalutaris (Germinabit Iſrael quaſi lilium) THEOPHYLACTVS: κρίνον λαμπρότατον ἔχει τὴν εὐωδίαν, μέγεθος δὲ οὐκ ἔχει, id eſt Lilium candidum & ſplendidum habet odoris fragrantiam, magnitudinem non habet. Et infra: ὅταν ἴδῃς ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰ βιοῦντα καλῶς καὶ λάμποντα τῷ φῶς αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων κρίνον εἰπέ, id eſt quando in eccleſia aliquem videris per ſancte viuere, & luce virtutum ſplendere coram hominibus, appellato illum lilium. Et infra idem THEOPHYLACTVS: Huius inſtar lilij florebit Iſrael ſi Deum nouerit, & deſuper deſcendentem rorem exceperit illum, ſcilicet, qui deſcendit ſicut pluuia in vellus, erit Iſrael ſi hoc fecerit in odorem ſuauitatis Deo qualis Paulus fuit Chriſto. AMBROSIVS poſtrema epiſtola libri 3. ſub finem epiſtolæ videtur hunc locum intellexiſſe de his, qui ex gentibus in eccleſiam introiêre, quod ita eſſe verbum illud deſertum innuit, quod in ſcriptura pro populo gentium accipi ſolet. Quod deſertum nullo aratro proſciſſum eſt, & nullo hominum cultu ſubactum, ita gentium populus nullo aratro cæleſti proſciſſus, nulla cœleſti agricultura excultus, ait Procopius: & permiſſus à Domino eſt viuere vt vellet. Verba Ambroſij ſunt:

floruit

floruit deſertum, vt lilium, cum introiere electa gentium ad reſiduos populi, quo reliquiæ ſaluæ fierent per electionem gratiæ, niſi forte hic locus citatur ab AMBROSIO ex Eſaia. RVPERTVS cum THEOPHYL. legit (Germinabit Iſrael quaſi lilium) quia veri Iſraelitæ Apoſtoli non in carne ſed in ſpiritu ſanctificauerunt, imitantes lilium Chriſtum eorum magiſtrum, & doctorem. (Erumpet radix eius vt Libanus.) RVPERTVS non pulchritudine ſolum, ſed fortitudine arborum Libani montis, erant futuri, quæ arbores altiſsimas agunt radices. More nanque ſcripturę, vt à me repetitum centies eſt in Eſaiam & alijs locis, ſancti arbores amœniſsimæ & proceræ atque odoratæ dicuntur: quales hoc loco Apoſtoli nominatur & prædicatores verbi exorti de radice Iſrael, id eſt Chriſti, ex cuius latere lancea ſuffoſſo Eccleſia eſt nata. THEOPHYLACTVS ἐμνήσθη τοῦ λιβάνου ὅτι μέγα ἐστὶ καὶ δένδρεσι κατάκοσμον εὐθέσι καὶ ῥίζας ἔχουσι, ἐπὶ μήκιστον διαρκεῖν δυναμένοις, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστραφέντων ἰσραηλιτῶν δόξα μεγάλη ἔσται καὶ διαρκής, id eſt hoc loco propheta mentionem Libani fecit, quod Libanus mons magnus eſt, & arboribus ornatiſsimus rectis, & radices altas habentibus, quæ poſsint in longiſsimum durare tempus: vt oſtendat Iſraelitarum, qui ad Deum conuerſi fuiſſent magnam fore gloriam & perpetuam. Ex infra: idem THEOPHYLACTVS: ὅταν ἴδῃς τινὰ ὑψηλά τινα φθεγγόμενον περὶ θεοῦ καὶ βαλόντα τὰς ῥίζας αὐτοῦ καὶ θειοτέρους εἶναι τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ μαθητὰς ἀποτελεῖν τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, λίβανον αὐτὸν κάλεσον, id eſt, Quando videris aliquem ſublimia quędam de Deo eloqui, & radices ſuas longe lateque fundere, & diuiniores facere ſermones, & diſcipulos habere verbi veritatis Libanum illum nomina. (ibunt rami eius) THEOPHLACTVS κλάδοι τοῦ εὐαρεστοῦντες τῷ θεῷ ἰσραὴλ οἱ ἀπόστολοι οἱ πορευθέντες μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, id eſt, Rami Iſrael placentis Deo, Apoſtoli, ſcilicet, qui iêre ad docendas omnes nationes. (Erit quaſi oliua gloria eius) THEOPHYLAC. ἀειθαλὴς δηλοῦν καὶ οὐδὲ ἐν πειρασμοῖς ξηραινόμενος ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἐλάια ἐν χειμῶνι φυλλοβολεῖ πλὴν ἐπεὶ πολλοὶ σχῆμα μόνον ἔχουσιν ἀρετῆς, δεῖ φησὶν εἶναι καρποὺς ἐλάιαν δεῖ εἶναι κατάκαρπον μὴ πρὸς ἐπίδειξιν, οὐδὲ γὰρ ἀπορρέουσιν αὐτῶν οἱ καρποὶ, οὐδὲ ἀπόλλυται ὁ μισθὸς, id eſt. Erit gloria eius quaſi oliua ſemper virens, ſcilicet, nec in tentationibus exiccabitur, quéadmodum nec oliua hyeme amittit folia. Verum quoniam multi figuram tantum virtutis habent, oportet, inquit Oliuam eſſe frugiferam, fructus edere, & non eſſe ad oſtentationem ſolum, non enim Oliua eſt frugiperda, nec decidunt Oliuæ fructus, nec perit merces colentis bona fide Deum. (Odor eius vt Libani) THEOPHYLACTVS λιβάνου εὔοσμόν τι θυμίαμά ἐστιν, ὁ γοῦν προσαγαγὼν ἑαυτὸν τῷ θεῷ διὰ τοῦ ἐν πνεύματι προσεύχεσθαι, ἔχει τὴν εὐφρασίαν, ὡς λίβανος, id eſt, Libani ſuaue olens fragrantia eſt, qui enim ſe ipſum offert Deo, mente & ſpiritu orans habet fregrantiam boni odoris vt Libanus. (Conuertentur ſedentes in vmbra eius) THEOPHYLACTVS (conuertentur) pœnitentiam agent, (in vmbra eius) protecti à Domino, à peccato & ab omni tribulatione ſeruati (ſedebunt) ſtabilem & fixam bonorum cœleſtium fruitionem habebunt. (Viuent tritico) THEOPHYLACTVS τινὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει, μεθυσθήσονται, id eſt, quædam exemplaria habent inebriabuntur, καὶ πάντων φησὶ ἀγαθῶν ἀφθονίαν ἕξουσι ζήσοντες μὲν οὖν γεννηθέντες διὰ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς γενόμενοι στηριχθήσονται σίτῳ τῷ δεσποτικῷ, καὶ μεθυσθήσονται ἐκ τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος, id eſt,

id eſt, Omniũ bonorũ abundantiã habebunt, viuent ergo regenerati per regenerationem baptiſmatis & nati per ſpiritum ſanctũ confirmabuntur dominico tritico, & inebriabũtur dominico ſanguine, (& erit quaſi Oliua gloria eius) RVPERTVS: Oliua pacis ſignum eſt, & ita Dominus: Pacem meam do vobis, & pacem euangelizauit, pacem inter Deum & homines confirmauit, & ita à Iudæis receptus eſt cum palmis Oliuarum (Odor eius vt Libani (RVPERTVS: quia vnguentum effuſum nomen tuum. (Conuertentur ſedentes in vmbra eius) id eſt conuerſi ſedebunt in vmbra eius (Viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea) viuent grano illo frumenti ait RVPERTVS, quod cadens in terram & mortuum multum fructum attulit. (Germinabunt quaſi vinea: quod Dominus dixit: ego ſum vitis, & vos palmites, & Plato homines dixit eſſe arbores in Deo conſitas, quæ Deum verſus agant radices. THEOPHYLAC. ἐπὶ καὶ ὁ κύριος ἄμπελος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ μνημονεύσεται καὶ τὸ αἷμα τῆς σταφυλῆς αἷμα αὐτοῦ γίνεται, id eſt, Quoniam Dominus in Euangelio vitis dicitur, & ſanguis vuæ ſanguis Domini fit. (Et memoriale eius) THEO. τὸ δὲ μνημόσυνον αὐτοῦ ὅτι εἶπε κύριος τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, id eſt, Memoriale eius quod Dominus dixit. Hoc facite in meam commemorationem. & addidit THEO. Confirmat nos Dominus tritico, vt ſupra dixit, & hoc loco, inebriat nos vino. Itaque habes hoc loco prædicta myſteria corporis & ſanguinis domini (Ephraim quid mihi vltra idola) dixi ſupra centies ex EVSEBIO. Ephraim accipi frequenter pro populo incredulo Iudæorum, vt ſit ſenſus, Poſt triumphum crucis ò popule Iudęorum incredule, quid vltra idola ſequeris, id eſt imperatores idololatras Romanos, vt viam Euangelicæ prædicationis impedias. THEOPHYLACTVS τοσαύτης φησὶ ἀπολαύσας τῆς ἐμῆς κηδεμονίας καὶ χρηστότητος ὀφείλεις φεύγειν τὰ εἴδωλα, id eſt, Tanta mea cura & benignitate affectus, debueras tandem fugere idola: intellige idololatras imperatores. Nam poſt crucem Domini Iudæi nõ coluère idola. Sed per idololatras Romanos putauit ſe poſſe vitare Domini vindictam, quod regem gloriæ cruce affecerit & mille cruciamentis, & ideo coijt cũ idololatris ſocietatem ad prædicationem Euangelij impediendam, iuxta illud: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Hoc ergo Dominus vituperat: (ego exaudiam & dirigam eum) THEO. ἐγώ εἰμι τὰ δυσχερῆ ἐπαγαγών, καὶ τὰ τῆς εὐφροσύνης χορηγῆσαι δυνάμενος, ὅμοιον τῷ, ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, ταπεινοῦται ἡ σὰρξ, ἵνα ἰσχύει τὸ πνεῦμα, ταῦτα γὰρ ἀντίκειται ἀλλήλοις, διὸ καὶ παῦλος: ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. id eſt, Ego ſum qui importo dura & difficilia, & qui læta ſuppeditare poſſum. eſt ſimile illi: Ego occidam, & ego viuere faciam. Humiliatur caro, vt robur accipiat ſpiritus. Hæc enim ſibi mutuo opponuntur, propter quod dicebat Paulus: Quãdo infirmor, tunc potens ſum. (Ego vt abietem virentem) Lxx, pro abiete vertere iuniperum, eodem ſenſu. THEO. ἄρκευθος φυτόν ἐστι, &c. δασὺ καὶ ἀμφιλαφὲς: πυκνοὺς ἔχον κλάδους, καὶ ἀειθαλὲς, καὶ ἀκανθώδη κόμην φέρων: φησὶν οὖν: οὕτω σε πυκάσω πυκνοῖς τοῖς κλάδοις, καὶ σκεπάσω τῇ ἐμῇ βοηθείᾳ, ὥστε σε κατοικεῖν ἐν τῇ ἐμῇ βοηθείᾳ, καὶ ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ φοβηθήσει, οὔτε καύσωνά τινα, οὔτε τὰ λοιπὰ ἄκανθα δὲ πάντως ἐν παντὶ τῷ κατὰ θεὸν ζῶντι, καὶ ὁ βίος ὁ τραχύς, καὶ ὁ κεντῶν ἡμᾶς τῇ φροντίδι τῆς ἐκεῖ κρίσεως, id eſt, Iuniperus arbor eſt denſa, & rotunda, denſos habens ramos, ſemper virens & quæ comam habeat ſpinoſam, erit ergo Dominus: ſic te ornabo denſis ramis, & protegã te meo auxilio, vt tu viuas ſub

auxilio

auxilio meo,& in protectione Dei cœli, & nõ timebis cauſonẽ,nec æſtum,nec reliqua. Cauſon febris eſt peſtifera : ſpina omnino eſt ei:qui ſecundum Deum volet viuere, & ſic neceſſe eſt ei vita aſpera, quæ pungat nos cura iudicij poſtremi. Theophraſtus de plantis li.3.c.12. iuniperum arborem eſſe ait,cedro quam ſimillimam,&cedrum à quibuſdam appellari, qua in re inter ſe differant illinc pete. Idẽ ait Dioſcorides:excepto quod iuniperi duo facit genera,minus & maius : maius cedri genus nominat , & de iunipero , & cedro Plinius mutuatus omnia ex Theophraſto . Varinus ἄρκευθον ἀπὸ τοῦ τὴν ἀρὰν, ἢ τὴν βλάβην κεύθειν dici putat, ideſt Arceuthon,id eſt,iuniperum, ſic enim appellatur græce , dictam eſſe à vitanda aut occultanda maledictione:& talem Dominus poſiturum ſe ait virum iuſtum , qui maledictionem & peccata vitet & admiſſa peccata occultet : iuxta illud: beatus vir cui remiſſæ ſunt iniquitates,& cui peccata nõ imputãtur,& iuxta illud: Dic tu iniquitates tuas prior,& ego amplius memor nõ ero. Addit Variunus dici Arceuthon ſic enim iuniperus græce dicitur, διὰ τὸ ἔχειν ἄκανθας κεκρυμμένας,quod habeat occultas ſpinas.οὗ τὴν ὀδμὴν πάντα τὰ ἑρπετὰ ἀποστρέφουσι cuius odorem omne ſerpentum genus aduerſatur,& hoc idem ait Dioſcorides opinor aut Theophraſtus,& tales facit ſuos Dominus,quibus dedit poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes : & Origenes ait tranſlationem Lxx,quanuis ſit tranſlatio & non Archetypus,talem eſſe vt vniuerſa Eccleſia in ea expenderit verba & ſyllabas & litteras. Quid ni expẽderit?putauit enim omnis antiquitas afflatu Spiritus ſancti illam eſſe textam.(Ex me fructus eius inuentus eſt)THEO. ἐγὼ σε χορηγήσω παντὸς ἀγαθοῦ ἐπικαρπίου,καὶ ὁ καρπὸς ὁ ὀφειλόμενος σοι ἔσται ἐξ ἐμοῦ, ἐκ τοῦ χριστοῦ , δηλονότι, id eſt. Ego tibi præbebo omnis boni fructum , & fructus qui tibi debetur erit ex me : ex Chriſto, ſcilicet,vt hæc omnia verba ſint Chriſti (Quis ſapiens & intelligens iſta,& intelligens & ſciens hæc) THEO.prophetia, inquit,omnis ſapientia indiget,& intellectu,vt referet occulta ſpiritus , & quæ obſcura erant aperiet audientibus (Quia rectæ viæ Domini) addit, inquit THEO.propheta horum cauſam,quia rectæ viæ Domini: & ideo qui Chriſti viam rectam non inſiſtunt, in ſcriptura Chriſtum non inueniunt, Qui enim viam Chriſti non inſiſtunt,ſed peccatorũ obliquas vias,& non habent ſpiritum rectum in ſe,& ſi ille non adeſt nec intellectus,nec ſapientia adeſt ad enarrãdam enodandam ſcripturã. EPIPHA. in Ancyroto hunc locum interpretatur de his,qui prophetias de Chriſto alio referunt,& in eis quæ maxime nos & noſtram fidem conſtabiliunt, offendunt; nec vlla culpa inquit, in ſcriptis diuinis eſt,ſed in his qui ſua culpa res diuinas ſuo intellectu non capiunt,de quibus Epiphanius dici putat illa poſtrema verba: præuaricatores corruent in eis. ORIGENES contra Celſum lib.3. de hoc loco inquit : iſtius modi inter fideles depoſcit ſapiẽtia præditos Chriſti doctrina,vt vel in ænigmatibus, quæ obſcuriora ſunt & recondita queat eloqui:quod Oſee dixit: quis ſapiens,&c.

FINIS.



SALMANTICÆ.

Excudebant hæredes Matthiæ Gaſtlj.

Anno. M.D.LXXXVI.

ADditiones ad 11. *& 12. cap. Oſeæ Prophetæ Authore Doctiſſimo Magiſtro Leone de Caſtro legi de mandato ſupremi ſenatus (quod ſi ex vnguibus Leonem liceat cognoſcere) opus dignum authore, nil continens ſacræ doctrinæ, vel aduerſum, vel ab illa diuerſum, præter exactam, quam affert ſummâque diligentiam in ſacris ſenſibus eruendis pro Chriſto & Eccleſia, quod omnes (vtinam) interpretes tum æquo ferant animo, tum adſequantur, vt Eccleſiã ædificent: non in ſanguinibus, vt eſt in Prophetis. Quare tutiſſimo, prelo comittentur: in Conuentu D. Philippi Mantuæ Carpentanæ ordinis D. Auguſtini. Anno.* 1584. *Die vero.* 24. *menſis Auguſti.*

F. Gabriel Pinelo.

ERRATA.

PAg.3.col.2.ver.10.(inquit.lege.(inquit).p.5.c.2.ver.inter.Hebræorum.l.Hebræorum &.p.8.c.1.ver.voluſit.l.volunt.p.9.col.2.v.cum.ſurſum quærite.l.ſurſum ſunt,quærite.p.10.col.2.v.bunm deletos.l delectos.p.20.col.2.v.ſeri.demergerant.l.demergerent.p.28.c.1.v.vuis.pemnata.l.pemmata.& ver.olim.Deos.l.Deorum. & c.2.v.duxi.vertete.l.vertere.& ver.39.dixiiſſet.l.dixiſſet.p.32.c.1.v.Lxx.ſedebãt.l. ſedebunt.p.40.c.1.v.aul.affeecera.l.affecere.p.41.c.1.v.ſti.punit.l.puniti.p.46.c.1.v.ω.l.ως.&.v.pti.fit.l.ſit.p.48.c.2.vn. ius.victinã.l.victimam.p.50.c.1.v.omnia.effectus.l.affectus.p.51.c.1.v.tus.declinabit.l.declinauit.&.c.2.v. poſtea.aduerſos.l. aduerſus.p.53.c.1.v.inquit.ſedebant.l.ſedebunt.&.ver.quos.reuocaneandos.l.reuocandos.p.56.c.2.v.quid.tam.l.iam. p.63.c.2.v.fur.latrunculis. l.latrunculus.p.69.c.2.v.græce,& v.occultum.&ver. Hebræum.de ſunt græca verba.p.78.c.2.v.men.dedem.l.decem.p.79.c.2.v.iuxta.exemplaria. deeſt græcũ.p.81.c.1.v.deluere.l.deleuere.p84.c.1.v.ſunt.congabit.l.congregauit.p.87.c.2.v.rege.rexerat.l.rex erat.p.90.c.2.v.ante.Typus.l.Tyrus.p.91.c.1.v.po.imperatos.l imparatos.p.95.c.1.v.res.l.rex.p.98.c.1.v.ſuo.producẽti.l.prudẽti.&.c.2.v.mus.legit.l. legũt.p.99.c.v.cætera.interpretetur.l.interpretentur.p.100.c.1.v.eſt.domum in regis l.in domum regis.p. 103.c.1. v.etu.tum.l.tantum.p.108.c.2.v.ſum.perderitis.l.perderetis.p.109.c.2.circa finem literæ hebrææ aliquot deſunt.p.110.c.1.v.vaſta.on.l.non,& v.irriuiſſe.l.irruiſſe.p.113.c.1.v.tiui.ſubuertere.l.ſubuerterent.p.118.c.1.v.quæ.funiculos.l.funiculos,& c.2.v.la.exultans.l.exaltans.p.120.c.1.v.rint.vulli.l.vlli.&.c.2.v.do.l.no.p.121.c.2.v.ret plumus.l.plurimis,& v,pre.Romanis l.i romanis.p.126.c.2.v.exi.diſtinxerint.l.diſtinxerunt.p.127.c 2.v.ſunt.mũdum.l. immundum.p.130.col.1.v. Chri.præualuiſſe Chriſtum.l.præualuiſſe Chriſto.p.136.c.2.v.dicium.de.12.l.12.& v.git.dele.libro.p.137.c.1.v.opes.prçoptaui.l.prçoptauit,& v.rum.regnat.l.regat.p.137.c.2.v.fuiſſe.ſpolia.l.ſpoliabant p.138.c.1.v.framenta.l frumenta.p .139.c.2.v.ga.recencet.l.recenſet.p.144.c.2.v .cleſ.ſuppeditat.l.ſuppeditat.p.146.c.1.v.mol.immolare.l.immolate.p.147.c.2.v.ſit.ſit de.l.ſit Deus.p.148.c.2.v .tiã.reſiduas.l.reſiduos.p.152.c 2.v.dequa.typus.l.agitur typus. p.157.c.2.v.deſolab.eiuſi.l.eius, ipſe.p.159.c.1.v.ne.nos.l.vos.p.161.c.2.v.& quæ.erit.l.dicit.

tres, nec excitandi Chriſtum ſolum. Et mutatio numerorum frequens eſt Hebraicè: vt monſtratum à me eſt in Apologetico.

Vulg. D. HIRO. Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne.

Tranſlat. LXX. Vbi eſt cauſa tua mors, vbi eſt aculeus tuus inferne.

AVguſt. contra Pelagianos hypognoſticon libr. 2. in fine, Dominus in Oſee Propheta morti minitans dicit, ero mors tua ô mors ero morſus tuus inferne, mors & infernus inquit in diaboli perſona dicta intelliguntur, quia per ipſum delinquenti homini accedit mors, id eſt priuatio vitæ. Chriſtus Dei filius mors extitit mortis; & morſus inferni, quod iuſtus & innocens affigi cruci paſſus eſt, & lancea transfigi, morſus ergo inferni factus eſt Dominus cum ſe ab eo tanquam eſcam, id eſt carnem ſuam ſuſcipi paſſus eſt, qua non ſatiaretur ſicut peccatoribus, ſed abſorberetur. Propter quod dictum eſt, abſorpta eſt mors in victoriam. Ambro. fol. 156. in veteri teſtaméto inquit, amarus morſus eſt mortis. Vnde deuorauit mors præualens in nouo teſtamento ſuauis morſus eſt vitæ, quæ mortem deuorauit. Vnde Apoſtolus, deuorata eſt mors in victoria. EVS. Pamphili de reſurrectione Domini & victoria qua mortem vicit & de ſuſcitatione à mortuis fidelium hæc interpretatur, cum mortale hoc corpus induet immortalitatem. Eodem modo interpretatur D. Hieronymus ex D. Paulo: vt præſignificetur hoc loco Victoria qua Chriſtus mortem vicit, & nos mortis fecit victores, cum induemur immortalitate in reſurrectione mortuorum. Et ſubijcit: Quod Paulus de reſurrectione Domini eſt interpretatus, nos aliter interpretari, nec poſſumus, nec audemus. Quod eò dixerim, quod Theophylact. ſiue is Theodorus, aut Theodoritus eſt, qui Iudaica ſolet conſectari, ad captiuitatem Babylonicam, ſiue decem tribuum conatur hæc referre, quanquam poſtea eò regreditur, vt interpretetur eodem modo quo Hieronymus & Euſebius. Vbi eſt mors contentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus. Auguſt. de peccatorum meritis, & remiſsione contra Pelagianum lib. 3. cap. 11. Aculeus mortis, inquit, quo mors facta eſt, peccatum eſt, cuius peccati punctu mortificatum eſt genus humanum. Hunc locum Apoſtoli verba declarant. Cum mortale hoc, inquit, induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoria: de reſurrectione corporis agebat, cum abſorbebitur mors in victoriam reſurrectionis corporis. Morti ergo corporis hoc dicitur, hanc abſorbebit victorioſa immortalitas: morti corporis tunc dicitur; Vbi eſt mors victoria tua, aut contétio, quia omnes ſic viceras, vt etiam Dei filius tecum confligeret: teque nõ vitãdo, ſed ſuſcipiendo ſuperaret, viciſti in morientibus, victa es in reſurgentibus. (Aculeus tuus) hoc eſt peccatum, quo puncti & venenati ſumus, vt etiam in noſtris corporibus fieres tandiu, vt ea tã logo tempore poſsideres. Sed quid iuuat hoc? dicút aliqui: nihil tale Hebraicè habetur, nec in noſtra vulgata, quæ ad veritatem Hebraicam tranſlata eſt: quaſi dicant: Apoſtolum nos deludere, & citare quæ nuſquam ſunt, & AVGVS. & cæteros veteres, qui hæc ex litteris ſacris citant. Minime gentium, Chriſtus in Paulo loquitur, qui ait; An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſti, Chriſtus loquitur in Paulo, ergo quæ Paulus loquitur vera ſunt, loquitur enim in Paulo ipſa veritas: nos deludere, aut fallere nullo modo poteſt. Quid ergo dicemus? Commonſtrauimus in noſtro Apologetico multa ex ſacra ſcriptura aut malitia Iudaica, aut iudaica negligentia eſſe expuncta, idque teſtimonio vete-

rum

rum patrum tam Græcorum, quàm Latinorum. Addidimuſque demonſtrationē quàm ad oculum vocant, vt quilibet, qui ſciret Hebraicè; ſibi ipſi credat, & ſuis oculis, nec credat Iudæis, qui ſe diligētiſſimos ſemper fuiſſe perhibent in ſeruanda & ſcribenda ſcriptura. Credat potius D. CHRYSOST. qui negligentiſſimos Iudæos fuiſſe ſcribit in tranſcribenda ſcriptura, & ſeruanda. Ergo in rebus ſcriptis Hebraicè duobus locis verbis eiſdem, ſi ea conferas incurret in oculos, etiam ſi non ſis magnopere attentus, hęc malitia Iudaica, aut negligentia: cum in huiuſmodi rebus in duobus locis ſcriptis Hebraicè verbis eiſdem in altera parte reperies deeſſe orationem integram, quæ eſt in altera: verba deeſſe in altera, quæ in altera ſunt: nec minus dicas eſſe ſacra, quæ ſunt in altera parte, etiam ſi in altera deſint. Huius rei exempla ſunt libro ſecundo noſtri Apologetici capite. 64. vbi monſtratur deeſſe orationes alibi, & alibi eſſe in rebus ſcriptis Hebraicè in duobus locis verbis eiſdem, nec ideo minus habere fidei dicēdæ ſunt orationes, quæ ſunt in altera parte ſcripturæ Hebraicæ, etiam ſi deſint in altera, & ita non minus habent fidei quod deſint Hebraicè, quod poſt Euangelium aut malitia, aut negligentia Iudaica exciderint ex lectione Hebræa, quæ ſunt in litteris Euangelicis, & deſunt Hebraicè, & quæ ſunt Hebraicè, & deſunt in litteris Euangelicis non minus fidei habere dicentur, quod vtraque à Deo ſint dicta, qui loquitur in prophętis, & in litteris Apoſtolicis, & Euangelicis. Ergo illa: Vbi eſt mors contentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus citata ab Apoſtolicis, poſt ipſos Apoſtolos malitia, aut negligentia Iudaica expuncta, quorſum minus habeant fidei, quæ Spiritus ſanctus per Apoſtolum eſt locutus? Quæ rurſum Hebraicè ſunt illa, ſcilicet. Ero mors tua, ò mors, ero morſus tuus inferne, quod non citantur ab Apoſtolo, & ſunt Hebraicè, & in vulgata D. Hieronymi quid minus fidei habent? In hoc igitur loco ex Hebræo cenſeo ſupplenda Græca, & Græca ex Hebræis. IRENAEVS. libr. tertio. capite. 38. victus erat Adam, & ablata erat ab eo omnis vita; & propter hoc victo à Chriſto rurſus inimico, recepit vitam Adam, nouiſſima autem inimica euacuatur mors, quæ primum hominem poſſederat, inde dictum eſt: vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? quod non poterat iuſte dici, ſi non ille liberatus eſſet, cui primum dominata eſt mors: illius enim ſalus euacuatio eſt mortis. Domino igitur viuificante Adam, id eſt hominem euacuata eſt mors. AVGVSTI. de peccatorum meritis & remiſsione libro. 3. cap. 11. pro, Vbi eſt mors victoria tua: legit, vbi eſt mors contentio tua, quod apud Paulum non legerit νῖκος cū ι id eſt victoria: ſed νεῖκος, cū ει contentio tua, & ſubijcit Auguſtinus ex Apoſtolo, eo abſorbetur mors in victoriā, quo corruptibile & mortale hoc induit immortalitatem: & mortis aculeum peccatum fuiſſe ait, quo mors eſt facta, quod peccati punctu, aut punctione mortificatio facta ſit. Quęrit rurſus AVGVST. de qua morte hic mentio fiat: reſpondet docente Apoſtolo, hic de reſurrectione corporis verba fieri, qua abſorbebitur mors in victoriā. Idem AVGVSTINVS. in illa verba cap. 8. Euangelij Ioannis, ſi ergo filius vos liberauerit, Quando inquit, plena & perfecta libertas erit, quando nullæ inimicitiæ, quando dicetur, Vbi eſt mors contentio tua, quando non concupiſcet caro aduerſus ſpiritum, nulla erit contentio inter ſpiritum & carnem: cum mortale hoc induerit incorruptionem. Ergo contemptionem Auguſtinus nominat, illam quæ inter ſpiritum & carnem eſt, qui fomes peccati, ille veluti actus pugnæ, qui tranſit in baptiſmate reatu, manet actu: & in Epiſtola. 57. ad Dardanum, Renatis inquit, nobis ex aqua & Spiritu ſancto condonatis nobis omnibus peccatis, tamen

manet ad exercitiū contentio illa propter quam dicimus, Dimitte nobis, quod vincimur aliquando, vtinam non ſæpiſsime: quoad in reſurrectione dicatur : vbi eſt mors victoria tua, qua nos vincebas, vel pugna tua & contentio. De vtraque ergo morte dicetur non de morte corporis tantum. Declarat hoc magis AVGVS. 80. quæſtionum libro. 1. quæſtione. 80. diſputans enim de hoc loco: mortem, inquit, ſignificari arbitror carnalem conſuetudinem, quæ reſiſtit bonæ voluntati, ob delectationem & voluptatem. Alioqui non diceretur: vbi eſt contentio tua? ſi non reſiſteret, & repugnaret: hanc mortem peccato meruimus. Vbi Auguſtinus mortem nominat peccati fomitē, quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Liberabimur, in reſurrectione: cum dicetur: vbi eſt mors contentio tua. Igitur tota hæc lis eſt, vtrum apud Paulum legi debeat νῖκος, cum ι victoria, an νεῖκος, cum ει, id eſt cōtētio, eodē modo legit CHRYSOSTOMVS in ſermone natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ ex capit. primo Lucæ vbi verba hæc eſſe docet ſupernarum poteſtatum, quibus conteſtantur Chriſtum mortem deuiciſſe, vt nos qui mortui iam olim tenebamur, immortalitatē caperemus, &c. Legit ergo CHRYSOSTOMVS vbi eſt mors contentio tua? AMBROS. de figura ſæculi cap. 9. Mortem ne timeas, ſi geras Chriſtum, in quo dicere potes: vbi eſt mors victoria tua, etenim cum vetus homo noſter affixus eſt cruci, deſtructum eſt peccatum, obtuſus aculeus, vacuata culpa, nūc non vetus homo in nobis, ſed noua creatura, habens in ſe ſimilitudinem Chriſti, cuius mortis ſimilitudinis conſepulti, imaginem vitæ eius aſſumpſimus, alas gratiæ ſpiritualis accepimus.

(?)

Vulg. D. HIERO. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, adducet vrentem ventum Dominus, de deſerto aſcēdente, & ſiccabit venas eius & deſolabit fōntem eius, ipſe diripiet Theſaurum omnis vaſis deſyderabilis.

Tranſl. LXX. Conſolatio abſconditur ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, adducet ventum vrentem Dominum ex deſerto ſuper eos, ſiccabit venas eius, deſolabit fontes illius, iſte areſaciet terram eius, & omnia vaſa deſyderabilia.

Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis) dicendum ex CHRYS. in Amos Prophetam eſt: ſanctos prophetas præ charitate ardentiſsima angi vehementer ſolitos ob impiorum peccata, quibus à Deo acerbiſsimas merentur pœnas. Dolet ergo Oſee propheta, quod quamuis Chriſti inſtet aduentus, qui in ſcriptura conſolator dicitur, iuxta illud: conſolamini, conſolamini popule meus Eſaiæ. 40. conſolatio tamen, inquit, abeſt ab oculis meis, quod hic vnigenitus filius Dei, alioquin paracletus & conſolator, diuiſurus ſit inter fratres: quoſdam Iudæos recipiet, quoſdam excludet ab Eccleſia. Excludet incredulos, recipiet reliquias, quæ ſaluæ factæ ſunt. Huc ſpectat THEOPHY. quamuis illud: diuidet inter fratres, refert ad illud Euangelicū: gladium veni mittere in terram, vt fratrē fratrem tradat. (Adducit vrentem ventū Dominus) Chriſtum inquit THEOPHY. quod Deus ignis conſumens eſt, qui conſumpſit mortem aſcendens de deſerto, de ſacra virgine, inquit, THEOPHY.

PHYL. quæ terra inuia, ſine pluuia humani ſeminis fuit. Lege quæ ſcripta ſunt in illa verba Eſaię cap. 53. ſicut radix de terra ſitienti,(& ſiccabit venas eius) fontem mortis & peccatorum noſtrorum, quod ſignificant etiam verba illa (deſolabit fontem eius) (Diripiet Theſaurum omnis vaſis deſyderabilis) terram mortalem, carnem humani corporis ſanctorum ſuſcitabit, quæ à morte tenebantur. Sanctorum namque corpora vaſa deſyderabilia nominãtur. Hęc fere THEOPHYLACTVS. Eodem modo interpretatur hunc locum D. HIERON. tomo. 1. ad Theodoram in epitaphio Lucinij Betici, eodem ſpectat in commentarijs in hunc locum.

CAP. XIIII. Oſee.

Vulg. D. HIERO. Pereat Samaria quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum, &c.

PEREAT Samaria) RVPERTVS, Synagoga quę peccatum Samariæ ſupergreſſa eſt: dum non tantummodo ſcidit ſe à credentibus, ſed etiam crucifixit filium Dei, & ſitientem potauit aceto. THEOPHYLACTVS in ſuperioribus ſæpè Samariam Hieroſolyma eſt interpretatus, quod peccatum Samarię exſuperauit. Hoc loco ad Samariam hoc retulit, non ad Hieroſolyma. Sed fortaſsis non eſt is THEOPHILACTVS, ſed THEODO. vt ſæpe monui. Tertullianus, cum alijs locis, tum aduerſus Marcionem libro. 3. capit. 8. Archontas Sodomorum appellat, Eſaias Iudæorum Principes, & populum Iudæorum nominant populum Gomorrhæ. Et alibi, populus, inquit, tuus Amorrhæus, & mater tua Cetæa; ob ſimilitudinem impietatis, quibus verbis docet Tertullianus propter impietatis ſimilitudinem Iudæorum Principes impientiſsimarum vrbium nominibus nominari: interim Sodomorum principes, interim Iudæorum populum, Gomorrhæ populum appellari, interim Amorrhæũ Cetæum. Pergit Tertullianus: ſæpe AEgypti nomine totus orbis appellatur ob impietatis ſimilitudinẽ: ſic & Babylõ Roma dicitur ob ſimilitudinẽ ſuperbiæ, aduerſus Regem Aſſyriorum, aduerſus Herodem intellige ob eandem cauſam. Ergo iuxta hunc canonem, vt alijs locis ſupra dixerat THEOPHYLAC. ob impietatis ſimilitudinem, Samariam Hieroſolyma intellige. (Quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum) Chriſtum Dominum quem cruce affecit & innumeris contumelijs (in gladio pereant) Nunquam hoc factum eſt: ducti ſiquidem captiui ſunt Samaritæ cum alijs partibus decem tribuum: non ſunt gladio deleti. Potuit fieri, aiunt, vt gladio delerentur: prodidit ſcriptura ductos fuiſſe captiuos, & ais. Potuit fieri vt delerentur gladio contra litteras ſacras? Sed frequens hoc eſt vt Iudæi ſua interpretatione faciant mendaces prophetias. Hieroſolymitæ, quos appellat Samaritas, perierę gladio & incendio, paruuli eorum eliſi ſunt, & fœtæ eorum ſciſſæ ſunt, vt ex Ioſepho millies oſtendimus (conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum) verba ſunt Chriſti vocantis Iſrael ad pœnitentiam ab iniquitate quam fecerat. THEOPHYLACTVS: Aſſur non ſaluabit vos, nec hominum auxilia, ſi conuerſus fueris & confeſſus toto corde IESVM CHRISTVM ſaluaberis, non equus te ſaluabit, ſed fides quæ per dilectionem operatur (tollite vobiſcum verba) RVPERTVS: verba confeſsionis & precum (vitulos labiorum) RVPERTVS: non tauros non victimas, ſed labiorum vitulos, verba confeſsionis & laudis: quæ victimæ Deo ſunt gratiſsimæ & ſacrificia & victimæ. Qui verba confeſsionis

feſsionis Deó redditis, audite quid Deus dicat:(ſanabo contritiones eorum) RVPERTVS: verba Saluatoris hæc ſunt: In gaudium conuertam eorum triſtitiam, qui ad pœnitentiam contriſtati ſunt, habentes cor contritum,& humiliatum. THEOPHYLACTVS: Chriſtus dum ſigna faceret,& prodigia, ſanauit eorum corpora, non ſanauit eorum animas qui noluerunt credere, iuxta illud: quoties volui congregare vos ſicut gallina congregat pullos ſuos(gratis ſanabo eos) gratuita peccatorum remiſsione. Aſſur non ſaluabit nos: hominum inquit auxilia vos non ſaluabunt(ſuper equos non aſcendemus) Nec equi nos liberabunt,aut exercitus. (Nec dicemus vltra dij noſtri:) nec idololatræ vltra erimus: ſiquidem poſt Chriſti crucem non coluêre vltra idola. (Quia eius qui in te eſt miſereberis pupilli.) THEOPHYLACTVS: ego, inquit, Deus, qui in te habito, miſerebor Iſrael orbatum me patre Deo vero, & orbatum meo auxilio: Pupillus enim dicitur & orphanus puer paruulus patre orbatus. (Diligam eos ſpontaneè) THEOPHYLAC. primo ſpontanee apud Lxx inquit eſt ὁμολόγως ἤγουν ἀναμφιλύγως ὁμοῦ πάντας, eadem ratione, citra diſcrimen, ſimul omnes: quaſi dicat, ſe nullo diſcrimine habiturum eos, qui ſe crucifixêre,& verberibus affecere & contumelijs & eos qui ſe à tam nefario ſcelere abſtinuêre, ὁμολογοῦντας τὸν χριστὸν πρὸς δέξομαι, qui meum nomen fuerint confeſsi recipiam. Vulgata ſic explanabitur. Diligam eos ſpontaneè, gratis, ſponte, ſi conuertantur. (Ero quaſi ros Iſrael) RVPERTVS quando Spiritus ſanctus virginem ſacram obumbrante verbum patris in eius vterum deſcendit. THEOPHYLAC. τὰς ἐμὰς εὐεργεσίας ἐπιχορηγήσω αὐτοῖς, ὡς δρόσον, καὶ ἀνθήσουσι ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν: μανθάνομεν οὖν ἐκ τούτων ὅτι πρὸς εὐοδία καὶ ἡ λευκότης τοῦ ἄνθους θαυμάζεται, πᾶσα δὲ γὰρ ψυχὴ ἀπαλλαγεῖσα τοῦ σώματος, καὶ τῆς δυσωδίας τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ῥύπου, καὶ τὴν λαμπρὰν τοῦ βαπτίσματος περιβαλλομένη στολὴν: περὶ ἧς καὶ ὁ ἡσαΐας φησὶ: ἀγαλλιάζεται ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐνέδυσέ με τῷ ἱματίῳ τοῦ σωτηρίου. Mea beneficia præſtabo ipſis, vt rorem, & florebunt vt lilium in medio ſpinarum. Diſcimus autem ex his, præter boni odoris fragrantiam floris candorem admiratione imbuere animos. Omnis autem anima hoc corpore exuta, & fœtore, & ſordibus peccati libera, & ſplendida, baptiſmatis induta ſtola, vndique ſplendet, & lucet, & gaudio exultat, vt Eſaias ait, Exultauit anima mea in Domino & induit me veſtimento ſalutaris (Germinabit Iſrael quaſi lilium) THEOPHYLACTVS: κρίνον λαμπρότατον ἔχει τὴν εὐωδίαν, μέγεθος δὲ οὐκ ἔχει, id eſt Lilium candidum & ſplendidum habet odoris fragrantiam. magnitudinem non habet. Et infra: ὅταν ἴδῃς ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰ βιοῦντα καλῶς, καὶ λάμπειν τὸ φῶς αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων κρίνον εἰπὲ, id eſt quando in eccleſia aliquem videris per ſancte viuere, & luce virtutum ſplendere coram hominibus, appellato illum lilium. Et infra idem THEOPHYLACTVS: Huius inſtar lilij florebit Iſrael ſi Deum nouerit, & deſuper deſcendentem rorem exceperit illum, ſcilicet, qui deſcendit ſicut pluuia in vellus, erit Iſrael ſi hoc fecerit in odorem ſuauitatis Deo qualis Paulus fuit Chriſto. AMBROSIVS poſtrema epiſtola libri 3. ſub finem epiſtolæ videtur hunc locum intellexiſſe de his, qui ex gentibus in eccleſiam introiêre, quod ita eſſe verbum illud deſertum innuit, quod in ſcriptura pro populo gentium accipi ſolet. Quod deſertum nullo aratro proſciſſum eſt, & nullo hominum cultu ſubactum, ita gentium populus nullo aratro cæleſti proſciſſus, nulla cœleſti agricultura excultus, ait Procopius: & permiſsus à Domino eſt viuere vt vellet. Verba Ambroſij ſunt:

floruit

floruit deſertum, vt lilium, cum introiere electa gentium ad reſiduos populi, quo reliquiæ ſaluæ fierent per electionem gratiæ, niſi forte hic locus citatur ab AMBROSIO ex Eſaia. RVPERTVS cum THEOPHYL. legit (Germinabit Iſrael quaſi lilium) quia veri Iſraelitæ Apoſtoli non in carne ſed in ſpiritu ſanctificauerunt, imitantes lilium Chriſtum eorum magiſtrum, & doctorem. (Erumpet radix eius vt Libanus.) RVPERTVS non pulchritudine ſolum, ſed fortitudine arborum Libani montis, erant futuri, quæ arbores altiſsimas agunt radices. More nanque ſcripturę, vt à me repetitum centies eſt in Eſaiam & alijs locis, ſancti arbores amœniſsimæ & proceræ atque odoratæ dicuntur: quales hoc loco Apoſtoli nominatur & prædicatores verbi exorti de radice Iſrael, id eſt Chriſti, ex cuius latere lancea ſuffoſſo Eccleſia eſt nata. THEOPHYLACTVS ἐμνήσθη τοῦ λιβάνου ὅτι μέγα ἐστι καὶ δένδρεσι κατάκοσμον εὐθέσι καὶ ῥίζας ἔχουσι, ἐπὶ μήκιστον διαρκεῖν δυναμένοις, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστραφέντων ἰσραηλιτῶν δόξα μεγάλη ἔσται καὶ διαρκής, id eſt hoc loco propheta mentionem Libani fecit, quod Libanus mons magnus eſt, & arboribus ornatiſsimus rectis, & radices altas habentibus, quæ poſsint in longiſsimum durare tempus: vt oſtendat Iſraelitarum, qui ad Deum conuerſi fuiſſent magnam fore gloriam & perpetuam. Ex infra: idem THEOPHYLACTVS: ὅταν ἴδῃς τινὰ ὑψηλά τινα φθεγγόμενον περὶ θεοῦ καὶ βαλόντα τὰς ῥίζας αὐτοῦ καὶ θειοτέρους εἶναι τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ μαθητὰς ἀποτελεῖν τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, λίβανον αὐτὸν κάλεσον, id eſt, Quando videris aliquem ſublimia quędam de Deo eloqui, & radices ſuas longe lateque fundere, & diuiniores facere ſermones, & diſcipulos habere verbi veritatis Libanum illum nomina. (ibunt rami eius) THEOPHLACTVS κλάδοι τοῦ εὐαρεστοῦντες τῷ θεῷ ἰσραὴλ οἱ ἀπόστολοι οἱ πορευθέντες μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, id eſt, Rami Iſrael placentis Deo, Apoſtoli, ſcilicet, qui iêre ad docendas omnes nationes. (Erit quaſi oliua gloria eius) THEOPHYLAC. ἀειθαλὴς δηλοῦν καὶ οὐδὲ ἐν πειρασμοῖς ξηραινόμενος ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἐλαία ἐν χειμῶνι φυλλοβολεῖ πλὴν ἐπεὶ πολλοὶ σχῆμα μόνον ἔχουσιν ἀρετῆς, δεῖ φησὶν εἶναι καρποὺς ἐλαίαν δεῖ εἶναι κατάκαρπον μὴ πρὸς ἐπίδειξιν, οὐδὲ γὰρ ἀποῤῥέουσιν αὐτῶν οἱ καρποί, οὐδὲ ἀπόλλυται ὁ μισθός, id eſt. Erit gloria eius quaſi oliua ſemper virens, ſcilicet, nec in tentationibus exiccabitur, quęadmodum nec oliua hyeme amittit folia. Verum quoniam multi figuram tantum virtutis habent, oportet, inquit Oliuam eſſe frugiferam, fructus edere, & non eſſe ad oſtentationem ſolum, non enim Oliua eſt frugiperda, nec decidunt Oliuæ fructus, nec perit merces colentis bona fide Deum. (Odor eius vt Libani) THEOPHYLACTVS λιβάνου εὐοσμόν τι θυμίαμά ἐστιν, ὁ γοῦν προσαγαγὼν ἑαυτὸν τῷ θεῷ διὰ τοῦ ἐν πνεύματι προσεύχεσθαι, ἔχει τὴν ὀσφρασίαν, ὡς λίβανος, id eſt, Libani ſuaueolens fragrantia eſt, qui enim ſe ipſum offert Deo, mente & ſpiritu orans habet fragrantiam boni odoris vt Libanus. (Conuertentur ſedentes in vmbra eius) THEOPHYLACTVS (conuertentur) pœnitentiam agent, (in vmbra eius) protecti à Domino, à peccato & ab omni tribulatione ſeruati (ſedebunt) ſtabilem & fixam bonorum cœleſtium fruitionem habebunt. (Viuent tritico) THEOPHYLACTVS τινὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει, μεθυσθήσονται, id eſt, quædam exemplaria habent inebriabuntur, καὶ πάντων φησὶ ἀγαθῶν ἀφθονίαν ἕξουσι ζήσοντες μὲν οὖν γεννηθέντες διὰ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς γενόμενοι στηριχθήσονται σίτῳ τῷ δεσποτικῷ, καὶ μεθυσθήσονται ἐκ τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος, id eſt,

id eſt,Omniũ bonorũ abundantiã habebunt,viuent ergo regenerati per regenerationem baptiſmatis & nati per ſpiritum ſanctũ confirmabuntur dominico tritico,& inebriabũtur dominico ſanguine,(& erit quaſi Oliua gloria eius) RVPERTVS: Oliua pacis ſignum eſt, & ita Dominus: Pacem meam do vobis, & pacem euangelizauit,pacem inter Deum & homines confirmauit,& ita à Iudæis receptus eſt cum palmis Oliuarum (Odor eius vt Libani (RVPERTVS: quia vnguentum effuſum nomen tuum. (Conuertentur ſedentes in vmbra eius) id eſt conuerſi ſedebunt in vmbra eius (Viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea) viuent grano illo frumenti ait RVPERTVS, quod cadens in terram & mortuum multum fructum attulit.(Germinabunt quaſi vinea:quod Dominus dixit:ego ſum vitis, & vos palmites, & Plato homines dixit eſſe arbores in Deo conſitas, quæ Deum verſus agant radices. THEOPHYLAC. ἐπὶ καὶ ὁ κύριος ἄμπελος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ μνημονεύσεται καὶ τὸ αἷμα τῆς σταφυλῆς αἷμα αὐτοῦ γίνεται,id eſt,Quoniam Dominus in Euangelio vitis dicitur, & ſanguis vuæ ſanguis Domini fit. (Et memoriale eius) THEO. τὸ δὲ μνημόσυνον αὐτοῦ ὅτι εἶπε κύριος τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, id eſt,Memoriale eius quod Dominus dixit.Hoc facite in meam commemorationem. & addidit THEO. Confirmat nos Dominus tritico, vt ſupra dixit,& hoc loco,inebriat nos vino. Itaque habes hoc loco prædicta myſteria corporis & ſanguinis domini(Ephraim quid mihi vltra idola) dixi ſupra centies ex EVSEBIO. Ephraim accipi frequenter pro populo incredulo Iudæorum, vt ſit ſenſus, Poſt triumphum crucis ò popule Iudęorum incredule,quid vltra idola ſequeris, id eſt imperatores idololatras Romanos, vt viam Euangelicæ prædicationis impedias. THEOPHYLACTVS τοσαύτης φησὶ ἀπολαύσας τῆς ἐμῆς κηδεμονίας καὶ χρηστότητος ὀφείλεις φυγεῖν τὰ εἴδωλα,id eſt,Tanta mea cura & benignitate affectus, debueras tandem fugere idola:intellige idololatras imperatores.Nam poſt crucem Domini Iudæi nõ coluêre idola.Sed per idololatras Romanos putauit ſe poſſe vitare Domini vindictam,quod regem gloriæ cruce affecerit & mille cruciamentis, & ideo coiit cũ idololatris ſocietatem ad prædicationem Euangelij impediendam,iuxta illud:Quare fremuerunt gentes,& populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.Hoc ergo Dominus vituperat:(ego exaudiam & dirigam eum) THEO. ἐγώ εἰμί τὰ δυσχερῆ ἐπαγαγὼν, καὶ τὰ τῆς εὐφροσύνης χορηγῆσαι δυνάμενος, ὅμοιον τῷ, ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω, ταπεινοῦσται ἡ σάρξ, ἵνα ἰσχύῃ τὸ πνεῦμα, ταῦτα γὰρ ἀντίκειται ἀλλήλοις, διὸ καὶ παῦλος: ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατὸς εἰμι.id eſt,Ego ſum qui importo dura & difficilia,& qui læta ſuppeditare poſſum.eſt ſimile illi:Ego occidam,& ego viuere faciam.Humiliatur caro,vt robur accipiat ſpiritus.Hæc enim ſibi mutuo opponuntur,propter quod dicebat Paulus: Quãdo infirmor,tunc potens ſum.(Ego vt abietem virentem)Lxx,pro abiete vertere iuniperum,eodem ſenſu. THEO. ἄρκευθος φυτόν ἐστι,&c. δασὺ καὶ ἀμφιλαφές: πυφὲς τοὺς ἔχον κλάδους,καὶ ἀειθαλές,καὶ ἀκανθώδη κόμην φέρων: φισω οὖν. οὕτω σε πυκάσω πυκνοῖς τοῖς κλάδοις, καὶ σκεπάσω τῇ ἐμῇ βοηθείᾳ, ὥστε σε κατοικεῖν ἐν τῇ ἐμῇ βοηθείᾳ, καὶ ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ φοβηθήσει, οὔτε καύσωνά τινα, οὔτε τὰ λοιπὰ ἄκανθα δὲ πάντως ἐν παντὶ τῷ κατὰ θεὸν ζῶντι, καὶ ὁ βίος ὁ τραχύς, καὶ ὁ κεντῶν ἡμᾶς τῇ φροντίδι τῆς ἐκεῖ κοίσεως, id eſt, Iuniperus arbor eſt denſa, & rotundà,denſos habens ramos, ſemper virens & quæ comam habeat ſpinoſam,erit ergo Dominus:ſic te ornabo denſis ramis, & protegã te meo auxilio,vt tu viuas ſub

auxilio

auxilio meo,& in protectione Dei cœli, & nō timebis cauſonē,nec æſtum,nec re liqua. Cauſon febris eſt peſtifera: ſpina omnino eſt ei:qui ſecundum Deum volet viuere, & ſic neceſſe eſt ei vita aſpera, quæ pungat nos curæ iudicij poſtremi. Theophraſtus de plantis li. 3.c.12. iunipe rum arborem eſſe ait,cedro quam ſimillimam,&cedrum à quibuſdam appellari, qua in re inter ſe differant illinc pete. Idē ait Dioſcorides:excepto quod iuniperi duo facit genera,minus & maius ; maius cedri genus nominat, & de iunipero, & cedro Plinius mutuatus omnia ex Theophraſto. Varinus ἄρκευθον ἀπὸ τοῦ τὴν ἀρὰν, ἤτοι τὴν βλάβην κεύθειν dici putat, id eſt Arceuthon,id eſt,iuniperum, ſic enim appellatur græce, dictam eſſe à vitanda aut occultanda maledictione:& talem Dominus poſiturum ſe ait virum iuſtum, qui maledictionem & peccata vitet & admiſſa peccata occultet: iuxta illud: beatus vir cui remiſſæ ſunt iniquitates,& cui peccata nō imputātur,& iuxta illud: Dic tu iniquitates tuas prior,& ego amplius memor nō ero. Addit Variunus dici Arceuthon ſic enim iuniperus græce dicitur, διὰ τὸ ἔχειν ἀκάνθας κεκρυμμένας, quod habeat occultas ſpinas ἐν τῇ ὀδμῇ πάντα τὰ ἑρπετὰ ἀποστρέφονται, cuius odorem omne ſerpentum genus aduerſatur,& hoc idem ait Dioſcorides opinor aut Theophraſtus,& tales facit ſuos Dominus,quibus dedit poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes: & Origenes ait tranſlationem Lxx,quanuis ſit tranſlatio & non Archetypus,talem eſſe vt vniuerſa Eccleſia in ea expenderit verba & ſyllabas & litteras. Quid ni expēderit? putauit enim omnis antiquitas afflatu Spiritus ſancti illam eſſe textam.(Ex me fructus eius inuentus eſt)THEO. ἐγὼ σοι χορηγήσω παντὸς ἀγαθοῦ ἐπικαρπίαν, καὶ ὁ καρπὸς ὁ ὀφειλόμενός σοι ἔσται ἐξ ἐμοῦ, ἐκ τοῦ χριστοῦ, δηλονότι, id eſt. Ego tibi præbebo omnis boni fructum, & fructus qui tibi debetur erit ex me: ex Chriſto, ſcilicet,vt hæc omnia verba ſint Chriſti (Quis ſapiens & intelligens iſta,& intelligens & ſciens hæc) THEO.prophetia, inquit,omnis ſapientia indiget,& intellectu,vt referet occulta ſpiritus, & quæ obſcura erant aperiet audientibus (Quia rectæ viæ Domini) addit, inquit THEO.propheta horum cauſam,quia rectæ viæ Domini: & ideo qui Chriſti viam rectam non inſiſtunt, in ſcriptura Chriſtum non inueniunt, Qui enim viam Chriſti non inſiſtunt,ſed peccatorū obliquas vias,& non habent ſpiritum rectum in ſe,& ſi ille non adeſt nec intellectus,nec ſapientia adeſt ad enarrādam enodandam ſcripturā. EPIPHA. in Ancyroto hunc locum interpretatur de his,qui prophetias de Chriſto alio referunt,& in eis,quæ maxime nos & noſtram fidem conſtabiliunt, offendunt; nec vlla,culpa inquit,in ſcriptis diuinis eſt,ſed in his qui ſua culpā res diuinas ſuo intellectu non capiunt,de quibus Epiphanius dici putat illa poſtrema verba: præuaricatores corruent in eis. ORIGENES contra Ce'ſum lib.3. de hoc loco inquit: iſtius modi inter fideles depoſcit ſapiētia præditos Chriſti doctrina,vt vel in ænigmatibus, quæ obſcuriora ſunt & recondita queat eloqui: quod Oſee dixit: quis ſapiens,&c.

FINIS.

SALMANTICÆ.

Excudebant hæredes Matthiæ Gaſtij.

Anno. M.D.LXXXVI.

ADditiones ad 11. & 12. cap. Oſeæ Prophetæ Authore Doctiſſimo Magiſtro Leone de Caſtro legi de mandato ſupremi ſenatus (quod ſi ex Vnguibus Leonem liceat cognoſcere) opus dignum authore, nil continens ſacræ doctrinæ, vel aduerſum, vel ab illa diuerſum, præter exactam, quam affert ſummamque diligentiam in ſacris ſenſibus eruendis pro Chriſto & Eccleſia, quod omnes (Vtinam) interpretes tum æquo ferant animo, tum adſequantur, Vt Eccleſiã ædificent: non in ſanguinibus, Vt eſt in Prophetis. Quare tutiſsimo, prelo comittentur: in Conuentu D. Philippi Mantuæ Carpentanæ ordinis D. Auguſtini. Anno. 1584. Die Vero. 24. menſis Auguſti.

F. Gabriel Pinelo.

ERRATA.

PAg.3.col.2.ver.10.(Inquit.lege.(inquit).p.5.c.1.ver.inter.Hebræorum.l.Hebræorum &.p.8.c.1.ver.voluñt.
l.volunt.p.9.col.2.v.eum.ſurſum quærite.l.ſurſum ſunt,quærite.p.10.col.2.v.bunm deletos.l delectos.|p.20.
col.2.v.ſeri.demergerant.l.demergerent.p.28.c.1.v.vuis.pemnata.l.pemmata.& ver.olim.Deos.l.Deorum. & c.
2.v.duxl.vertete.l.vertere.& ver.39.dixiiſſet.l.dixiſſet.p.32.c.1.v.Lxx.ſedebãt.l. ſedebunt.p.40.c.1.v.aul.aſfece
ra.l.affecere.p.41.c.1.v.ſti.punit.l.puniti.p.46.c.1.v.ώ.l.ώs.&.v.pti.fit.l.ſit.p.48.c.2.vn. ius.victinã.l.victimam.
p.50.c.1.v.omnia.effectus.l.affectus.p.51.c.1.v.tus.declinabit.l.declinauit.&.c.2.v. poſtea.aduerſos.,l. aduerſus.
p.53.c.1.v.inquit.ſedebant.l.ſedebunt.&.ver.quos.reuocaneandos.l.reuocandos.p.56.c.2.v.quid.tam.l.iam. p.
63.c.2.v.fur.latrunculis. l.latrunculus.p.69.c.2.v.græce,& v.occultum.&ver. Hebræum.dc ſunt græca verba.p.
78.c.2.v.men.dedem.l.decem.p.79.c.2.v.iuxta.exemplaria. deeſt græcũ.p.81.c.1.v.deluere.l.deleuere.p84.c.1.
v.ſunt.congabit.l.congregauit.p.87.c.2.v.rege.rexerat.l.rex erat.p.90.c.2.v.ante.Typus.l.Tyrus.p.91.c.1.v.
po.imperatos.l imparatos.p.95.c.1.v.res.l.rex.p.98.c.1.v.ſuo. producẽti.l.prũdenti.&.c.2.v.mus.legit.l. legũt.
p.99.c.v. cætera.interpretetur.l.interpretentur.p.100.c.1.v.eſt.domum in regis l.in domum regis.p. 103.c.1. v.
cru.tum.l.tantum.p.108.c.2.v.ſum.perderitis.l.perdereris.p.109.c.2.circa finem literæ hebrææ aliquot deſunt.
p.110.c.1.v.vaſta.ou.l.non,& v.irriuiſſe.l.irruiſſe.p.113.c.1.v.riui.ſubuertere.l.ſubuerterent.p.118.c.1.v. quæ.fu)
niculos.l.funiculos,& c.2.v.la.exukans.l.exaltans.p.120.c.1.v.rint.vulli.l.vlli.&.c.2.v.do.l.no.p.121.c.2.v.ret plu
mus.l.plurimis,& v,pre.Romanis l.i romanis.p.126.c.2.v.exi.diſtinxerint.l.diſtinxerunt.p.127.c 2.v.ſunt.mũ-
dum.l. immundum.p.130.col.1.v. Chri.præualuiſſe Chriſmo.l.præualuiſſe Chriſto.p.136.c.2.v.dicium.dc.ra.
l.12.& v.git.dele.libro.p.137.c.1.v.opes.prçoptaui.l.piçoptauit,& v.rum.regnat.l.regat.p.137.c.2.v.fuiſſe.ſpolia.
l.ſpoliabant p.138.c.1.v.framenta.l frumenta.p .139.c.2.v.ga.receneet.l.recenſet.p.144.c.2.v .cleſ.ſuppeditat.l.
ſuppeditat.p.146.c.1.v.mol.immolare.l.immolate.p.147.c.2.v.ſit.ſit de.l.ſit Deus.p.148.c.2.v tiã.reſiduas.l.reſi
duos.p.152.c.2.v.dequa.Typus.l.agitur typus. p.157.c.2.v.deſolab.eiuſi.l.eius, ipſe.p.159.c.1.v.nc.nos.l.vos.p.
161.c.2.v.& quæ.erit.l.dicit.

1-6-2